ANTONII DE BVTRIO I. V. D. SVPER



Prima parte ſecundi Decretalium Lectura: cum ſummariis quicquid notatu dignum eſt, accuratiſsime ac breuiſsime complectentibus.

LVGDVNI.

M. D. LVI.

Sequuntur Rubrice prime partis.ij.libri Decreta.

Cauſa poſſeſſionis ⁊ proprietatis.	fo.100.
Confeſſis.	160.
Dilationibus.	fo.83.verſo.
Dolo,⁊ contumacia.	fo.142.verſo.
Eo,qui mittitur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruande.	fo.152. verſo.
Feriis.	fo.88.
Foro competenti.	fo.30.
Iuramento calumnie.	fo.78.
Iudiciis.	fo.2.
Libelli oblatione.	fo.35.
Litis conteſtatione.	fol.63.verſo.
Mutuis petitionibus.	fo.60.
Ordine cognitionum.	fo.91.
Plus petitionibus.	fo.99.
Reſtitutione ſpoliatorum.	fo.118.
Sequeſtratione poſſeſſionis ⁊ fructuum.	fo.159.
Ut lite pendente nil innouetur.	fo.117.
Ut lite non conteſtata.	fo.66.

¶ Finis.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritusſancti. Amen.

Celeberrimi, ac conſummatiſſimi viri iuris vtriuſq; monarchæ domini Antonii de Butrio ſuper ſecundo Libro Decretalium.

De iudicijs. Rubrica.

1 Judicium quotuplex ſit.

LJber ſecundus, qui difficilis eſt. Rubrica continuatur per Goffre. ſic: expeditis preparatorijs iudiciorum, ad iudicia veniamus. Vel ſecundo: Viſis inſtrumentis, quibus iudicant iudices, ſcilicet legibus, & conſtitutionibus, ac conſuetudinibus, viſis etiam iudicum poteſtatibus, & modis creandi poteſtates, & quibuſdam preludijs ad iudicia excludenda, & aliquibus ad illa concludenda, vel ordinanda, reſtabat videre de iudicijs, & partibus eorum: quas partes, & actus in iudicio intervenientes totus hic liber inſequitur. Ideo poſt librum precedentem ponit iſtam. Ad materiam facit. ij. q. i. & v. q. iiij. xiiij. q. i. xv. queſtio. vij. xvj. queſt. vi. xxx. queſtio. viij. ſ. his ita. vſq; ad finem. Et repetitur in Sexto & clemen. † Quero primo circa rubricam, que ſupponit plura fore iudicia, quotuplex
8 eſt, iudicium. Dic, iudicium aliquando ſumitur pro diſcretione. ff. de iudi. l. pretor. iij. q. vij. c. infamis. §. tria. Furioſus caret iudicio, id eſt diſcretione. Quandoq; pro inſtantia cauſe. C. de iudicijs. l. properandum. Quandoq; pro deliberatione, ſeu examinatione. lix. diſtin. capit. i. Quandoq; pro authoritate. lxij. diſt. c. i. Quandoq; pro pena. l. diſtinc. vt purgabit. De hoc per Hoſtien. hic in ſumma. per glo. Inſtit. quibus non eſt permiſſ. fa. teſta. §. iij. per Archidia. lv. diſtinct. precepta. Quero ſecundo, ſumpto iudicio pro inſtantia cauſe diſcutiende, & partibus eius, vt hic ſumitur, quotuplex eſt iudicium: Dic quod diuiditur in reſpectu ad materiam ibi diſcutiendam. Et dicimus quod iudicium aliud temporale, quod de re temporali tractat. aliud ſpirituale, quod de re ſpirituali tractat. ſ. eo. exhibita. & c. venerabilis. Nec dicimus quod ſit dare annexum propter ius patronatus: quia illud eſt ſpirituale ſecundum ſuam naturam originariam, quamquam ex accidenti diſpenſatione eccleſie cadat in laicum. Ideo dicitur quod temporaliter habetur. de iure patrona. nobis. & c. iij. & c. quia clerici. eodem titu. & ab aliquibus appellatur annexum: vt in. c. quanto. ſecundum Goffre. hic in ſumma. An autem poſſeſſorium iudicium ſuper re ſpirituali ſpirituale dicatur, not. ſ. eodem. capit. fina. per docto. & dicam cum glo. in. c. literas. de iuramento calumnie. Judicia autem hec, & temporalia, & ſpiritualia diuiduntur: quia quedam ciuilia, quedam criminalia, & quedam mixta: & quamuis varient gloſ. ponendo penam pecuniariam pro ciuili, aliquando pro criminali, vt colligitur ex glo. in. l. pretor. in princip. C. de ſepulchro viola. in. l. i. C. quando ciuilis actio preiudi. crimi. l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offi. proconſu. C. de epiſco. & clericis. l. ſi qua per calumniam. ff. de iniuri. l. lex Cornelia. C. de ſepol. viola. qui ſepulcra. non adhibita differentia inter pecuniariam, & ciuilem. Cauſa ciuilis, cuius finis eſt commodum partis, & intereſſe priuatum. Cauſa criminalis, cuius finis eſt intereſſe publicum, & vindicta publica. Cauſa mixta, que participat de vtroq; ſ. eodem. examinata. & in pluribus capitulis huius tituli. De ſecundo. ſ. capit. at ſi clerici. & cap. cum non ab homine. De tertio de procura. tue. Et quod pena pecuniaria fiſco applicanda criminalis ſit, tenet Innocentius de accu. qualiter. el. ij. in princip. ſecunde gloſ. & allegat. ff. de preuari. l. iij. §. primo. quia ita intenditur vindictam diuidere per penam pecuniariam, ſicut corporis, vel fame. Cauſa ergo fiſcalis, prout non agitur ad vindictam, ſed pro intereſſe fiſci, ciuilis dicitur. l. i. C. de his, quibus vt indig. l. differre. & quaſi per totum. ff. de iure fiſci. Diuiditur ſecundo principaliter ex parte forme: & ſic dicitur iudicium ordinarium: quia tractatur via ordinaria. Aliud extraordinarium, vt iudicium notorium. de iureiurã. ad noſtras. Judicium inquiſitionis. de accuſa. inquiſitionis. & capit. qualiter. & iudicium denunciationis. ſ. capit. nouit. & ij. q. vj. in ſumma. in Specula. de preparato iudi. in princip. Aliud ſummarium, de quo vide in clemen. diſpendioſam. de iudi. de verborum ſignifica. capitu. fina. Altero reſpectu dicitur ordinarium, quia coram iudice ordinario. Extraordinarium, quia coram iudice delegato, vel arbitro glo. in verbo, ordinarium. de proba. quoniam contra. iuncto textu. xj. queſt. i. continua lege. ij. queſt. vj. c. a iudicibus. §. quod de arbitris. Alii ſubdiuidunt ex parte quantitatis: quia aliud vniuerſale, aliud particulare, &c. Sed hoc potius eſt diuidere actionem, quam iudicium. De hoc per glo. in. l. i. ff. de eden. & ſ. de libelli oblatio. capit. i. per Innocentium, de offi. ordina. cap. conquerente. & in capitu. cum ad ſedem. de reſtitutione ſpoliatorum. de ſepul. certificari. de offi. ordina. & capit. dilecto. aliud, de ſepulturis. in noſtra. dic vt ibi. & hec pro modo ſufficiant. De ceteris dic vt hic per Summiſtas, ſecundum Goffredum & Hoſtienſem. & vide in Spec. de prepa. iudicum. in principio. & ponitur hic pro diſcuſſione iuris: quia cauſa eſt cum proponitur, &c. de verborum ſignificatione. forus.

1 Pactum quando non admittat penitentiam. & 37.
2 Nomen aliquando ſumitur ex verbo & prepoſitione ſimul.
3 Nominis proprij alluſio neceſſario non infert.
4 Aduerſarius dicitur ille, qui in lite mihi aduerſatur.
5 Statuta, que repellunt aduerſarium ab accuſando, intelliguntur etiam de eo, qui in lite mihi aduerſatur.
6 Judex poteſt recuſari in alia lite, tanquam ſuſpectus per partem, cum qua alias habuit proceſſum.
7 Teſtis poteſt recuſari vt ſuſpectus ab eo, contra quem producitur, vbi alias cum illo habuit proceſſum.
8 Citatio facta propria partis authoritate, non valet.
Fallit in debitore fugitiuo, & alijs caſibus expreſſis, in numero. 21. & 23.
9 Judicialiter nulli proponere permittitur abſq; audientia.
10 Citatus niſi quis fuerit, quomodo compellatur in iudicio reſpondere.
11 Cauſe epiſcoporum, & clericorum quomodo in ſynodo tractari poſſint. num. 30.
12 Exceptiones declinatorie fori non admittuntur lite conteſtata. nume. 34. & 36.
13 Judex poteſt in qualibet iudicij parte, partes interrogare ad facti veritatem eruendam.
14 Contumax reputatur citatus comparens & illicentiatus recedens. num. 28.
15 Excommunicatus pro offenſa manifeſta hodie abſoluitur ad cautelam, ſatiſfacto per eum, vel cum cautione. num. 41.
16 Abſolutus eſſe non cenſetur excommunicatus ſola ſatiſfactione, niſi abſolutio actualiter intercedat.
17 Judex de facto in quibus ſupplet.
18 Sententiari non poteſt etiam in manifeſtum contumacem in criminali ad finem depoſitionis lite non conteſtata, & non liquidata cauſa.
19 Contumax poteſt mulctari ex antiqua contumacia, abſq; noua citatione ad actum mulcte imponende.
20 Excommunicatus licet priuetur fructibus ſui beneficij: non tamen priuatur titulo, niſi excommunicatio ſurrexerit a cauſa priuãte ipſo iure.
22 Citari an quis poſſit verbaliter ad preueniendum iuriſdictionem in cauſa fuge, ſuſpicionis ſine licentia legitima.
23 Delinquens, & in flagranti crimine repertus, poteſt capi propria authoritate.
24 Citationis actus an poſſit parti committi. num. 26.
25 Executor an poſſit dari vt poſſit authoritate propria exequi.
29 Contumax verus quomodo quis poteſt dici per vnicam citationem.
Citatione vnica quis dici verus contumax.
30 Epiſcopus in quibus ſynodum ſibi iudicem habeat.
31 Archiepiſcopus vel legatus iudicat ſolus epiſcopum.
Matrimoniale vinculum ſolus papa diſſoluit.
32 Excommunicatio an videatur inducta per hec verba, nullus communicet tali.
33 Mala grammatica non vitiat actum, ſeu inſtrumentum.
35 Concilium, cui papa preeſt vt iudex, non poteſt tanquam ſuſpectum recuſari.
36 Judex ſicut poſt litem conteſtatam poteſt recuſari vt ſuſpectus ex noua cauſa ſuperueniente, ita & poſt pactum de reſpondendo, quo iudex approbatur.
37 Penitentia quando admittatur.
38 Verba que liberam voluntatem denotare videantur, & que boni viri arbitrio ſubiugant.
39 Forum qui ratione contractus ſortitus eſt, an poſſit penitere.
40 Juramenti ratione an quis compellatur ad contractus obſeruantiam.
Pactum de non vendendo, aut declinãdo iuramento, an poſſit quis compelli ad illud, vt non liberetur ſoluendo intereſſe.
42 Epiſcopus quando ratione contumacie poſſit epiſcopatus dignitate priuari.
43 Excommunicatus an ipſo iure beneficio dicatur indiſtincte priuatus ratione excommunicationis.

De quoùultdeo. Diuidi-
tur in
duas. Primo ponitur factum, ⁊ contu-
macis punitio. In ſecunda repellitur ac-
cuſatoris iniuſta petitio. Secunda ibi,
nam adiui. Uel ſecundum Pet. diuidi-
tur in tres. In prima ponitur facti nar-
ratio. In ſecunda iuris poſitio. In ter-
tia incidentis queſtionis deciſio. Secun
da ibi, placuit. Tertia ibi, nam. Pactum
de non declinando a iudice alias ſuo, qui exceptione repelli poteſt, eſt
irreuocabile. hoc dicit ſecundum gloſſam. Secundum alium intelle-
1 ctum. ¶ † Pactum de reſpondendo coram iudice non ſuo in preſen
tia iudicis, ⁊ iudice acceptante inito actu paciſcentem iuriſdictioni
iudicis ſubmittit: ideo poſtea non admittitur penitentia. hoc dicit.
Caſus. Coram concilio quidam de Quoùultdeo accuſatus compa-
ruit: ⁊ quia poterat recuſare concilium prouinciale, vel papam eligere,
nec ſic declinare poſſet, fuit a concilio interrogatus, an vellet experi-
ri, ⁊ iudicium ingredi coram concilio: ⁊ reſpondet ꝙ ſic. Altera die re-
ceſſit illicentiatus. Propoſitum fuit in concilio generali vt hic damn
naretur, ⁊ deponeretur. Papa reſpondit, ⁊ procedit vt in litera patet
De quoùultdeo. Sunt due partes, prepoſitio de, eſt per ſe; quoùult-
deo, eſt caſus ablatiui, ⁊ regitur a verbo, placuit. Uel tota eſt vna pars
2 ⁊ caſus datiui, ⁊ regitur a verbo, communicet. ¶ † Nota primo quod
nomen aliquando ſumitur ex verbo, ⁊ prepoſitione ſimul: ⁊ quando
que ſumitur ſic, ex verbi ⁊ nominis ſigno deſiderato innominato, vt
de quoùult deo: quaſi ex hoc velit dei voluntatem: ſicut de nomine
Deodato. de ſimo. c. ij. in ſuprascriptione. ⁊ Deus dedit. eo. tit. can-
3 ta. ¶ † Nominis tamen proprij alluſio vel etymologia neceſſario non
infert, nec etiam probat: vt quia imponuntur ad libitum, ⁊ non ad ne
ceſſitatem: vt. l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de leg. ij. de quo in. l. fa-
cta. §. ſi in danda. ff. ad trebel. ⁊ de preben. cum ſecundum. ⁊ per Bar-
4 tolum in rubrica Inforiati. ⁊ aliquid. §. ſub ſciam. ¶ † Nota ſecun-
5 do, aduerſarium mihi dici, qui in lite aduerſatur. † quod nota, pro-
6 pter ſtatuta repellentia aduerſarios ab accuſando † ⁊ habes glo-
ſam que de iure dicit, aduerſarium litis poſſe etiam in iudices partia,
cui aduerſatur in alia lite recuſari. de officio delega. cum ſuper abba-
tis. que in hoc eſt bona glo. etiam inquantum dicit ꝙ ſe opponens in
lite, nedum propriis, ſed eccleſie opponitur. ad quod eo. titu. inſinuan
7 te. ¶ † In teſte autem dicit Joan. Andreas in rubrica, de teſte. §. op-
ponitur. in additionibus Speculato. verſi. eſt ſciendum. ibi. ſexto de
his. ꝙ ex hoc non repellitur de iure a teſtificando, quia aliquam cau-
ſam cum eo habuerit: ſed loquitur in preteritum, per quod non dicit
quid de habente in preſenti. Alleg. inſti. de excuſatione tutorum. §.
item propter. in authen. de teſtibus. §. ſi vero odioſus. Puto hoc per
iudicem arbitrandum, argumen. ff. de teſti. l. iij. §. i. quanta fides ad-
hibenda ſit: ex hoc tamen ex toto non puto repellendum. Unde ſi ſit
odioſus, ex lite criminali repellitur. in authen. de teſtibus. §. ſi vero o-
dioſus. ⁊ in authen. ſi vero odioſus. vbi Barto. C. eodem titulo. ad
hoc quod nota. in. l. iij. ff. de teſtibus. ⁊ idem ſi eſſet queſtio de omni-
bus bonis, vel maiori parte. ff. de excuſatione tutorum. propter lites,
8 de reſtitu. ſpolia. frequens. li. vi. ¶ † Nota tertio practicam citandi,
quod ante omnia debet a iudice de citando licentia peti: nam propria
authoritate nō poteſt. Ad hoc. ff. de iudicij. s. ad peremptorium. Ui-
de Bartolum in. l. iiij. §. pretor. ff. de damno infecto. Item non debet
citare iudex abſq; petitione partis: ideo in citationibus dicitur, ad
petitionem talis. l. iij. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto. ⁊
vide per Specula. in titu. de cita. §. ſequitur. verſicu. illud autem. nota
quod citatio: vt tenet Bartolus citationem nullam, ſi non eſt facta
ad petitionem partis: quia iſte eſt ordo a iure requiſitus, vt precedat
petitio: vt dicta. l. ad peremptorium. ⁊ facit. l. iij. §. hoc autem. quod
not. In dubio tamen ſi apparet citationem deſcriptam, ⁊ citationis
commiſſionem, ⁊ relationem. preſumi debet requiſitionem preceſſiſ-
ſe: quia omnia ſolenniter acta preſumuntur; argumentum eorum,
que not. Hoſtien. ⁊ Joannes Andreas poſt eum, de litis conteſta. c.
j. ſuper. j. glo. in ſuppletione magna. verſicu. quid ſi inueniatur. per. l.
ſciendum. ff. de verb. obliga. Inſtituta. de fideiuſſoribus. §. final. ⁊ de
inutili ſtipula. §. ſi ita ſcriptum. ⁊ quod no. Bar. in. l. ſi quis in aliquo.
C. de eden. ⁊ notaſ per ea, que ſcripſi de probatio. quoniam cōtra fal-
ſam. Et tenet hoc Guilelmus de Suza. ff. de iudi. l. ad peremptori-
um. Ad hoc optime. l. ſecunda cum gl. ſua. C. de dotis promiſ. ⁊ quod
ſcribit Bart. in. l. qui in aliena. in princip. ff. de acquirenda heredita-
te. Et per hoc concluditur ad illud dubium, an citationis actus poſ-
ſit parti committi, vel executoris officium: de quo dicam alibi, licet
conſueuerim ponere hic. dicam forte de conceſſio. prebendr. cum no-
9 ſtris. vbi gl. Innocen. tangit. ¶ † Nota quarto quem proponere non
debere, niſi audientia conceſſa, ſecundum Uincentium ad hoc alle-
10 gat. xxi. diſtinct. nunc autem. ¶ † Nota quinto, quem non compelli
in iudicio reſpondere, niſi ad hoc fuerit citatus, ⁊ vocatus caſualiter
enim in iudicio inuentus non compellitur. v. queſt. ij. capitu. vocatio
11 ad ſynodum de quo aliquid infra. ¶ † Nota ſexto ꝙ ſecundum hec
tempora cauſe clericorum. ⁊ epiſcoporum tractabantur in ſynodo:
de quo de preb end. graue. ſecundum Innocentium. xv. q. vij. in ſum-
12 ma. verſicu. ſi autem. ⁊. c. felix. ¶ † Nota ſeptimo vellem practicam
excludendi reum a facultate proponendi declinatoriam contra iudi
cem, vt ante omnia interrogetur an velit coram illo iudice reſponde-
re: quia ſi reſpondet quod ſic: non poteſt amplius declinare: ⁊ ſic cite-
riori actu litis conteſtationi via precluditur ad declinatorias. de quo
per Bart. ff. de re iudicata. l. quidam. ⁊. l. prima. ff. de iudicijs, per ali-
os. ⁊. l. ſi conuenerit. de iuriſditione omnium iudicum. ⁊ infra de ſen-
13 ten. ⁊ re iudicata. inter monaſterium. ¶ † Nota octauo iudicem poſ-
ſe in qualibet parte iudicij interrogare partem ad veritatem facti
eruendam, ac etiā ad iudicij preparationē. Et dicunt doctores, quod
circa principalem queſtionem interrogat in ſex caſibus, qui not. de in
terroga. acti. l. i. Extra principalem autem queſtionem interrogat in
ſex caſibus, vbicunq; equitas iudicantis ſuadet: ⁊ an primo condu-
xiſti hoſpitium, vel lectum: vel, quando fuiſti citatus: vel, vis liti-
gare ſub nobis. Imo talem interrogationem etiam ad declaratio-
nem dubie probationis poteſt iudex facere poſt concluſionem in cau
ſa: que licet alius actibus excludat aditum, de fide inſtrumen. cum di
lectus. de procu. auditis. no. hec. de fide inſtrumen. cum Joannes ere
mita. ⁊ ſic declaratur. l. vbicunq;. ff. de interroga. act. xxx. queſt. v. iu-
dicantem. ⁊ hoc ante litem conteſtatam, ⁊ poſt: quamquam poſt litis
conteſta. pleniorem habeat iudex poteſtatem: vt patet. ff. de edili. edi
cto. l. ediles. §. item ſciendum. ⁊ de appella. ſignificante. ſecundum Jo
annem Andream. Et licet quidam dicant interrogationem fieri poſ
ſe ad declarandam demum probationem poſt concluſionem in cau-
ſa, conſului ꝙ etiam ad fundandam, per. l. generaliter. §. i. C. de rebus
14 creditis. ⁊ gloſ. in. l. vbicunq;. de interroga. actione. qđ nota. ¶ † No-
ta nono citatum comparentem, illicentiatum recedentem, dici con-
tumacem. ad hoc. xi. q. iij. certum. Et hoc additur inter alios modos
contumacie. j. vt lit. non conteſta. c. quoniam. §. porro. in verbo, impe-
dit. ad finem gl. Et ſatis puto ipſum dici verum contumacem, ſi per-
ſonaliter ſe preſentauit in tribunali. Imo ſi in publico, poteſt dici ma-
nifeſtus contumax: quia notorie conſtito de comparitione, cōſtat no
torie de receſſu nimis tempeſtiue: ⁊ maxime ſi receſſerit contra pro-
miſſionem de reſpōdendo: quia talia iudicia nō poſſunt non eſſe ma-
nifeſta. Ad hoc gl. de ſenten. excom. venerabilis. §. ſecus. in verbo, in
iudicio. ⁊ quod not. in Specu. de cita. §. ſequitur. verſi. ſed nunquid. ⁊
per Joan. Andr. in Spec. de contuma. §. i. in additio. magna, de do-
lo, ⁊ contuma. cle. ſi ante. ¶ Circa ſecundam partem, nota primo qđ
per hec verba, Nullus communicet tali. promulgari videtur excom-
15 municationis ſententia. de quo aliquid infra. ¶ † Nota ſecundo ex-
communicatum pro manifeſta cōtumacia non abſolui antequam ſa-
16 tiſfaciat. Idem ſi pro non manifeſta contumacia, vt hic. ¶ † Nota
tertio excommunicatum donec ſatiſfaciat, nō liberari ſola ſatiſfactio
ne, niſi actualis intercedat abſolutio. Patet ibi: ſatiſfactione premiſ
ſa. ⁊c. ⁊ eſt optimus textus pro his, que notat Innocentius de etate
⁊ quali. cum bone. de quo de matri. contracto. c. ſi. ⁊ glo. de offi. ordi.
preſenti. lib. vi. in verbo, quouſq;. ⁊ de cenſi. exigit. in eodem verbo. ⁊
per Inn. de cohabi. cleri. ſicut. de ſimo. per tuas. ⁊ de etate, ⁊ qualita.
17 cum bone. Archid. xxii. diſt. §. verum. ¶ † Nota quarto, ꝙ in his, in
quibus non ſolum pars offenditur, ſed ⁊ decor iudicis, iudex de fa-
cto ſupplet: ideo punit contumaciam, parte non petente, vel aliquid
18 petente: ⁊ ſic mulctat iudex partem ex officio. ¶ † Nota quinto ꝙ in
criminali ad finem depoſitionis lite non conteſtata, ⁊ non liquidata
cā, nō proceditur ad ſententiā etiam in manifeſtum cōtumacem. Ad
hoc infra de dolo. veritatis. vbi per gl. iij. q. ix. c. abſens. §. niſi. Secus
ſi ageretur ciuiliter propter non reſidentiam. vt lite non conteſta. tue.
19 de cleri. non reſiden. ex tue. ¶ † Nota contumacem poſſe mulctari ex
antiqua cōtumacia abſq; noua citatione ad actum mulcte imponen
de. Uide Barto. in. l. ex quacunq;. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit.
⁊ quod notat poſt Frederic. de ſenio. j. vt lite non conteſta. quoniam.
§. porro. ſuper princi. glo. magne. ¶ Nota ſexto ꝙ exitus cauſe datur
in concluſionem, illa liquidata, ⁊ probatione facta debito ordine ob-
20 ſeruato. ¶ † Nota ſeptimo excommunicatum non priuari titulo be-
neficij, quanquam priuetur redditibus beneficij. Et vide de hoc de ap
pella. paſtoralis. niſi excommunicatio ſurrexerit a cauſa priuāte ipſo
21 iure. de heretic. excommunicamus. ¶ † Examinemus aliqua nota-
bilia de predictis. Primo videtur ꝙ quis poſſit propria authorita-
te citari. lege ait pretor. §. ſi quis debitorem. de his que in fraudem cre
dito. j. de appel. cum ſit romana. ff. de operis noui nuntia. l. de pupil-
lo. § ſi quis ipſi pretori. Solutio. Dic ꝙ citationis via nō poteſt pars
partem propria authoritate citare, niſi hoc petat ⁊ obtineat a iudi-
ce, vt hic, ⁊. l. ad peremptorium. ff. de iudi. Uide Barto. qui hoc fir-
mat in. l. neminem. C. de accuſa. Allegat. l. cum clericis. C. de epiſ. ⁊ cle.
ri. ⁊. l. omnes. Et hoc dicit verum, etiam ſi ſit nuntius generalis ad ci
tationes: quia commiſſio generalis non ſufficit. l. j. C. de iure dot. im-
pe. vbi

pe.vbi idem Bar.q̃cquid ſenſerit. Inno. de proba. quoniam contra.
in verb.citationes.ſufficit tamẽ,vt ibi dicit Innocen.quod habeant lite-
ram commiſſionis ſigillatam ſigillo iudicis. quia talis commiſſio ſi fiat
ante iudicium: non eſt de actis:ideo non oportet ad acta deferri. Ita
men appareat citationem factam per nuntium,et non appareat de com
miſſione:tenet Gul.commiſſionem preſumi.in l.ad peremptorium ff.de
iudi.ſecundum Gui.de Suzar.Barto.dicit contrarium in l.ſciendum.de
verbo.obliga.quia hec eſt ſolennitas,que preuenit actum. l.i. C. de iure
fiſ.libro.x. Fallit in caſu debitoris fugientis,vbi poteſt propria autorita
22 te realiter. ¶ †An verbaliter poſſet in caſu ſuſpicionis fuge citare ad
preueniendam iuriſdictionẽ,vt ſic poſſet poſtea iudex cõtra ipſum agen
tem procedere:Non credo:quod citatio in preueniendo licentia exigitur
legitima:vt in cap.propoſuiſti.de foro compe.quod hic non eſt. Item ci-
tatio realis permittitur:quia per illam etiã vt puta facti prouidetur ci-
tanti,ſed quo ad effectus verbalis illa communiter conſiſtit in iuris effe
ctu:citationem autem iuris facere non poteſt,ex quo non habet iudicis
licentiam. Fallit ſecundo quando citat per viam appellationis extraiu-
dicialis,bene poſſunt facere partes cũ cauſa legitima,et grauamine pre-
cedente.infra de appella.cum ſit Romana.et c.bone.et in clemẽ. cauſam.
de elect. Et ſic tempera,et intellige gloſ.in verbo,nec ſolent.que ad hoc
23 eſt bona gloſſa,de appel.cum ſit Romana. ¶ †Fallit tertio,ſecundum
Bart.in dicta l.neminem.in inuento in fragranti crimine.l. raptores. de
epiſc.aud.C. de rapt. virgi.l.i.ff.de fur.ſi quis in ſeruitutẽ.et l. interdum.
§.qui furem.C.de maleſi.ff.de adulte.capite quinto.Plus dicit gloſ.ira-
liter licere cuiq̃ malefactorem capere vt ducat ad iudicem.glo.C.de Iu
24 de.l.nullus. ¶ †An autem citatio poſſit parti committi,per Cyn in l.
dotis.C.ſoluto matrimo.per Barto.ff de acquirẽ.poſſeſ.l.iuſte.et in l.me
minerint.C.vnde vi.per Cynum in penulti.q̃one per tex.et glo.ff.de reg.
iuris. non eſt ſingularis, in quibus etiam tractatur de alijs actibus,
25 ¶ †An poſſit parti dari executor, vt propria authoritate exequatur.
De quo vltimo dicam vbi tangit Innocen.de conceſ.preben.cũ noſtris.
26 in glo.magna,verſicu.vel aliter.vltra medium ¶ †Citationis autẽ actus
an parti poſſit committi,Specu.in titu.de cita.§.ſequitur.verſicu.quan-
doq̃ citatio fit per partem.parum poſt princi.§.ſuper petitionibus.ver-
ſicu. itẽ videtur.in vj.colum.tenet citationem committi poſſe,et valere:
ſed aduerſarius citanti credere non arctatur:vt lite nõ conteſt. accedẽs.
de probat.ex literis.cum ſimil. Et per hoc dicit quod quis non tenetur
credere dicenti ſe cõtra eum extraiudicialiter appellaſſe:cum appellatio
vim citationis habeat.de appel.cum ſit Romana.de quo in ſpecu.de ap
pel.§.qualiter autem.verſic.tantus.Et ideo Ioan.And. ibi remittit ad
cle.cauſam.de electio.Si tamen habeat literas publicas iudicis,et credẽ
dum eſt,et citationi parendum:vt l.i.et.ij.C.de ſeruis fugi.et ibi Barto.in
verſicu.precedenti dicit Specu. citationem poſſe committi notario.et,
quod plus eſt,poterit idẽ ſcribere relationem propriam,et ibi credetur.
allegat.ff. de adoptio.l.ij pater.§.i.et l.ij conſul. Contra quod facit quod
ſcribit Ioannes Andr.de proba quoniam.vbi dicit notarium non poſ
ſe ſcribere commiſſionem,que datur teſtium examinatori.Et hoc verius
puto. Parti tamen aſſerenti ſe citaſſe non creditur,aduerſa parte negan
te,niſi aliter probetur:quia non debet eſſe teſtis in cauſa propria.iiij.q.
iij.§.teſtes quos.quanquam alias nuntio referente aliquando credatur,
27 vt no.de appel.cum parati. ¶ †Oppo.ij. quem compelli in iudicio re
ſpondere,licet non ſit vocatus.Si enim eſt preſens in iudicio:potheſt a iu
dice moneri.l.ij.C.quomodo,et quando iu.cum glo.ſua. de offi. delega.
conſuluit.Glo.in verbo,peremptorium. Item certus certiorari non de-
bet.de regu.iur.eũ qui certus.cum concor.Si ergo preſens eſt, ex ne-
ceſſitate non eſt citandus.Glo.tangit. v.q. ij. vocatio.xj. q6. iij. certum.
Gul.de cu.et Barto.tangit hoc in l.i.ff.de in ius vocan.Bart.et Butriga.
ante eum in authent.ſi omnes.C.ut ſe ab here.abſti. et idem Barto.in
rubrica , de in ius vocan.abſq̃ dubio abſentis a iudicio, quanquã pre-
ſens in loco no arctatur venire,niſi ſit citatus:et in abſente citatio eſt de
ſubſtantia.Sed an in preſente:videtur q̃ non arctetur. Et quod citatio
etiam ſit de ſubſtantia iudicij,et inter cetera ſub ſubſtantia iudicij nume-
ratur:vt in c.quoniam contra.de probatio.et eſt gloſ.de libel.obla.c.j.et in
Specu. de prepara. iud. in prin. §.q.i.in ſumma.et in l.prolatã. C.de
ſenten.de conſtitu.eccleſia ſancte marie . Et iura non diſtinguunt inter
abſentẽ et preſentem. Item non ſufficit facto fieri,niſi ad hoc ſint adhi-
biti.l.heredes palam.ad fi.ff.de here.inſtitu.l.ij.de condi.et demon.l. pre
to:.§.docere.ff vi bono.rap. Item libelli oblatio non habet vim citatio
nis.l.j.et l.libertus.ff.de in ius vocan. ¶ Duo videnda ſunt an ſi preſens
eſt,et voluntarie reſpondeat,valeat iudicium. ſecundo an preſens reſpõ-
dere compellatur. ¶ Ad primum habet communis opinio quod in pre
ſentem valeat iudicium abſq̃ citatione. Primo,quia certiorari &c.vt ſu-
pra. Secundo,quia eo quod ſe in iudicio repreſentauit, citatus preſu-
mitur:quia omnia preſumuntur ſolenniter acta.Et eſt tex. de hoc cum
dicto Petri de San. de electio.bone.el primo.quod dicit recitat,et ſe-
quitur Archidia.in c.propoſuiſti.xxij.diſt.in.ad hoc.alleg.Gul. de cu.
per locum a ſpeciali per l. hac lege.C.de prepo.ſacro.cu.li.xij. ʒ ij.et l.hac
lege.C.de princip.age.in re.qui hoc tenet.et idem Bal.et Barto.et Ar-
chi.in locis preallegatis. et hoc tenet Ioan. Andr. et latiſſime diſputa-
de elec.c.fina lib.vj.in verbo,alias.ver. ſed quidam in nouella. et conclu
dit idem.allegat legẽ que ſolam preſentiã exigunt.de accuſa.qualiter.§.
debet.ff.de re iudi.l.de vnoquoq̃.C.quomodo,et quando iudex.in rubro.
et l.ſi vt propomis.§.vbi citato reo ad vnum locũ, in alio valet preceſſus
eo preſente,vbi citatus nõ fuit. Allegat l.j.§.fina.ff.de libe.agno.et quod
de canonico dicitur,quia ſufficit preſentem eſſe,licet non fuerit vocatus.
de electio.quia propter.allegat de electio.cle.cauſam.vbi non exigitur in
timatio: quoniã in preſentia appellatio eſt interpoſita. Idẽ tenet poſt
Guidonem de ſuza.in addi.Specu.in titu.de ſenten.profe.§.vt autẽ que
premiſimus.verſicu.et no.in fi.iij. colum. Ad hoc regula,qui tacet. de
reg.iur.lib.vj.et eſt caſus in l.in cauſe.§.cauſa cognita.ff.de mino. Sed ſi
eſt preſens,et non velit reſpondere,Archidia.in dicto ca.propoſuiſti.te-
net eũ arctandum:quia vocatus preſumitur,per dictum c.bone.Gul.te
net contra.m.d.l.j.de in ius vocan.allegat l.ij.§.omnes.ff.de iu di.puto ſi
interrogatus an velit reſpondere reſpondeat annuendo, q̃ reſpondere
arctatur,vt hic.Si non fuerit interrogatus,vel fuit,et reſpondit ſe nolle
reſpondere:dic ſi alias fuit in iudicio,et tũc preſens declinet ad actũ,qui
nouiter exercetur,et potuit eſſe deliberatus, quod reſpondere compelli-
tur.Si tamen reſpondere non vellet,et ſtatim recederet:nõ debet iudex
procedere,niſi eum moneat.Et ſic intellige gl.in l.ij.C.quomodo,et quã-
do iu.et gloſ.in c.conſuluit. Si tamen eo nõ monito preſens ſtaret,et nõ
recederet:valeret quod agitur:quia ſola ſufficit preſentia:vt dicto.§.cau
ſa cognita. Vbicunq̃ tamen dixi proceſſum valere in preſentem non ci-
tatum,dic hoc eſſe verum,quando a iudice certioratus eſt de eo, quod
contra eum agendũ eſt:alias preſens non diceretur.de verbo.ſignifi. co
ram.et no.glo.de electi.vt circa.lib.vi.in verbo,coram. In dubio autem
ex quo non apparet eum citatum,dicit Barto.quod nõ preſumitur cer
tioratus,niſi pro eo lata eſſet ſententia:ſecus ſi contra eum. Et hoc po-
nit in l.furioſo.ff.de re iudica. Alleg.ad hoc dictum.§.in teſtamentis. iũ
cta l.ſi filiusfam.§.multis.ff de procura. Hoc puto ſi caſualiter eſſet in
iudicio,et non obſtabat ſi dicatur,ex quo venit, preſumitur citatus: vt
dicto c.bone.quia id non eſt ſic ſimpliciter intelligendum,ſed quando ve
nit de longinquo.quando enim eſt de ciuitate,cum multis caſibus in iu-
dicio ſe offerat,etiam cauſam non habens,non preſumitur citatus. Itẽ
textus ille procedit quando miſit nuntiũ ad cauſam:quia bene tunc cõ
cluditur citatus.Et cum hoc temperio intelligo dictum Pet.de San.
et Archi.in locis alleg.quod dictum ſequuntur domini de Rota,ſua cõ
cluſi.ccclxv.vbi plus dicunt q̃ teſtes eo q̃ ſe repreſentant ad teſtifican-
dum,preſumuntur citati et requiſiti.Et ad hoc optime.d.§.in teſtamen-
tis in l.heredes palam.Si autẽ nunquam plus fuit in iudicio,et modo
repreſentat in iudicio,et non apparet citatus:non compellitur reſponde
re. Aduerte tamen quomodo allegat, ſi pretendit defectum citationis,
et per hoc denegat reſpondere,ex hoc non excuſatur:quia ſufficit quod
ſit preſens.ſi pretendat defectum deliberationis,ipſe auditur,nec com-
pellitur reſpondere:vt dicto.c.vocatio.v.q.ij. Caute tamen debet de re-
ſpondendo.l.ij.§.ſi agant.ff.de iudi.et §.ſed ſi dubitetur. Et ſic dicit hic
Archidia ſeruari in curia Romana.et hoc tenet Bal.de cu.in dicta l. ij.
ff.de in ius vocan. Item plus dicit Specu.in titu.de libel.concep. §. ſe-
quitur.verſicu. item dicunt quidam quod compellitur recipere libellu:
q̃ not. q̃ ſatis puto:quia non eſt de actis,cum et ante citationem porri
gatur:vt no.Bar.in rubrica.C.de in ius vo. Ad hoc l.miles.§.lex agi-
ta.ff.de adult.vbi libellus porrigi poteſt die feriata. Et hec procedunt
vbi non eſt vniuerſaliter deliberatus,aliter reſpondere compellitur.et ad
hoc j.de dila.expoſuit.Et hoc tenet,licet Archi.in d.c.propoſuiſti.conclu-
dat eum indiſtincte compelli ad reſpondendũ,quod nõ puto: nec video
in hoc differentiam,an ciuiliter,an criminaliter agatur:licet Io. hic fa
cere velit differentiam,vt in ciuili cogatur,non in criminali:vt d.c.voca-
tio.v.q.ij.iiij quia facilius deliberatur in ciuili,quam forte in criminali:
28 vel ibi in cauſis que aguntur in conſilijs. ¶ †Oppo.iij.quod citatus ſi
licẽtiatus recedens non ſit contumax.xj.q.iij.certum.xviij.di. quoniam.
et c.ſiquis autem. Solu.Si actus,ad quem quis vocatur,eſt expeditus,
recedere poteſt:quia tacite videtur licẽtiatus,vt in contrariũ. Si actus
non eſt expeditus,et in termino non expeditur propter factũ partis ci-
tare facientis,quia nõ comparuit,recedere non debet:quia iudex poteſt
differre in alteram diem:et ſi recedit,cõtumax eſt.de offi.dele.conſuluit.et
ibi Inno.et condemnabitur in expẽſis,altero poſtea veniẽte,et de aliquo
iuſto impedimento docente:ſi alter non venerit,nulla erit pena:quãq̃
incautum fuerit recedere ante licentiam habitam,licet ſit lapſus citatio
nis terminus. Hoc ponit ibi Innocen.in verbo,expectare an prius.et ver
ſi.ſuper eo . Si non expeditur propter factum iudicis qui abeſt a loco:
vtraq̃ pars licite recedere poteſt abſq̃ aliqua licentia:quia eũ alibi que
rere non debet.ij.q. vj.biduum. dummodo expectent in ſequentem diẽ
termini:per dictum.c.conſuluit. Dicit Innocen.in dicto ca.conſuluit in
dicta glo.in fi.verſi. ſi autem iudex. ſecundum hoc ergo vt pars euitet cõ
tumaciam data abſentia partis citantis debet expectare etiã poſt ter-
minum, et vltra diem. Si iudex abeſt ſolum ad diem ſequentem,non vi-
eo rationem diuerſitatis ,ſed totum ſtat in iſto,an citatus ad diem cer

ſam arcetur ad comparendum, vel perſiſtendum poſt diem: ⁊ quan to tempore expectare debeat poſt diem. Quod examinat Paulus de Liaz. de dolo, finem. cuius verba ponam eodem titul. cum dilecti. ⁊ vide tur quod ſemper donec licentietur, vel circunducatur edictum: quia duo ſunt mandata, de comparendo, et ad diem comparendo, vt habe tur de dolo. cum dilecti. argu. ff. de arbitrio. Celſus. Puto quod ſi cita tus eſt ad actum ſucceſſiuum, vel ad plures ſucceſſiue exercendos, vel dies eſt aſſignata vt terminus, ex quo procedi debeat, etiam lapſo die termini contumax ſit. recedens poſt lapſum diem termini non li centiatus. Sic loquitur capitulum, cum dilecti filii. de dolo ⁊ contu macia. Idem ſi ſit citatus ad actum momentaneum, vt ſententiam ta li die proferendam, vel poſtea quandocunque placuit: vt dicit Gui do de Suzaria in lege, properandum. §. ſi quidem. C. de iudi. qui con ſuluit citationem ſic fieri debere, ſi citatus eſt ad diem, vel actum mo mentaneum illa die expediendum, ſi actus eſt talis, qui per iudicem ex pediri poſſit iudicis officio, non obſtante abſentia alterius partis, ⁊ altera parte non proſequente, nec inſtante, debet expectare, et non recedere illicentiatus: alias poſſet contumacia puniri. Nota gloſſam de electio. cupientes. §. quod ſi per viginti. in gloſa in verbo, opponen tes. Si actus eſt talis, qui expediri poſſit parte denium inſtante, tex tus videtur quod terminus ſit diffuſus, id eſt, extinctus. in lege ſecun da. §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis cautio. iubet iudicium eſſe diffuſum: ſed gloſſa deſtruit, id eſt, dici differendum. Et hoc ſentit Guid. in lo co preallegato. tex. in capitulo, conſuluit. de offi. de lega. dicit iudi cium ex equitate poſſe differri ad alteram diem: puta ſi iudex differt diez vltra terminum, planum comparentem illicentiatum recedentem fore contumacem: ſed ſi non eſt dies dilata, dubitauit Innocen. de dolo. cum dilecti. Si dubitatur an citatus teneatur comparere: hoc tangit Innocen. in dicto capitulo, cum dilecti. ⁊ ponit duas opiniones in verbo, preſentare. ⁊ illud ibi decidam: quia non agimus hic de non comparente. Si dubitatur de comparente, an poſſit recedere termi no lapſo, ſi nullum ſubeſt impedimentum, nec in iudice, nec in par te. Innocen. reſidet quod non circunducitur edictum, niſi licentietur a iudice: ideo recedens condemnaretur in expenſis, abſente poſt diem comparente: quia citatus videtur vt comparcat ad diem. De bet ergo expectare poſt diem antequam recedat, niſi licentietur. Nec ſufficit accuſatio contumacie: quia non ſufficit comparere, niſi expe ctet in toto termino, vel licentietur. ff. de iudiciis. lege, poſt edictum. et colligitur. ff. de re iudi. lege, queſitum. ſecundum Bartolū in lege. ſi fi nita. §. Iulianus. ff. de damno infecto. Et pre hoc ſentire videtur qđ ſufficit expectatio vſque ad terminum, ſi ſubeſt impedimentum ex parte iudicis, vt quia facto impeditur propter abſentiam, non plus expecta bit vltra diem ſequentem: quia cum ſit abſens: non eſt ibi licentians: ideo propria poſſunt authoritate recedere, quia licentiam ex termini lapſu. Sed ſi iudicis infirmitate non poteſt procedi: tunc debent re quirere iudicem vt licentiet, vel diem proroget: ⁊ ſi non valet his in tendere, lapſo termino poſſunt recedere, quanquam non licentiati, ex quo iudex non valet intendere, ⁊ alteram citationem expectare. ff. de arbit. lege, arbiter Calendis. licentiati enim tunc intelliguntur a iure, quando non poſſunt hoc a iudice obtinere, quia non adeſt: vel ſic eſt infirmus, quod predictis non valet intendere. Si impeditur pro pter contumaciam partis aduerſe citantis, ante terminum recedere non poteſt: poſt terminum Bartolus tenet qđ recedere poſſit. Dic qđ ex quo habet iudicem, debet petere licentiam, nec ſufficit excuſatio contumacie, vt dicit Barto. ff. de damno infecto. l. ſi finita. §. Iulianus. Innocen. in ca. conſuluit. tenet quod ſufficit vt in diem ſequentem. Pri mum tutius, ⁊ verius. Si impedimentum eſt ex parte perſone compa rentis, quia illa die procedi non poſſit: tunc dic vt pre Joan. And. et Bar. ⁊ Gul. de electio. cupientes. per Archi. ⁊ Joan. Andr. de electo. ſi poſtquam. libro. vi. vbi Joan. Andr. in Nouella, in verbo, licentia. ⁊ per Archi. xi. q. iii. certum in verbo, abire, quia ſi impedimentum ſu perueniens eſt tale, quod a principio ipſo iure excuſaret a comparen do, ⁊ qđ ipſo iure diem differt, vt morbum ſonticus. ff. de re iudi. l. que ſitum. ff. ſi quis cautio. l. ii. §. ſi quis. ⁊ impune recedit: quia ipſo iure licentiatus videtur a iure: debet tamen dimittere procuratorem, qui excuſationem iudici alleget, vel cauſam proſequatur, vbi impedi tus comparere debet pre procuratorem. de quo de procurat. querel lam. Si tale ſic proueniat impedimentum, qđ ipſo iure non excuſat, dat tamen facultatem petendi licentiam a iudice: vt quia non excu ſaſſet a principio ipſo iure a comparendo: ⁊ tunc non excuſatur, ſi li centiam non petat. ff. de iudi. lege. ii. §. ſed ſi quis. ⁊ eo. titulo, ſi quis ex aliena. Hoc verum, ſi copiam iudicis habere potuit: alias poteſt, ſi magnum periculum ſit in mora, premiſſis proteſtationibus rece dere, omiſſo tamen procuratore, vt ſupra dixi. Impedimento tamen ceſſante, redire compellitur. de appellatio. cum ceſſante. de electio. cu pientes. libro. vi. verſi. hec inſuper. Hec omnia procedunt, vbi com paruit, ⁊ receſſit illicentiatus. Sed ſi non compareat actus geſtus in contumaciam: ita demum tenet, ſi eſt geſtus in termino, quo citatus eſt. Si enim altera die, vel hora fieret, non valeret actus: vt l. qui ali per. in princi. ⁊ l. vlti. in fine. ff. quod vi, aut clam. ⁊ ibi Barto. quod

29 nota. ¶ † Oppo. quarto quod dato quod ſit contumax. non poſſit ex communicari ante quam citetur, vel moneatur. Ex prima enim citatio ne purificata eſt contumacia. ⁊ cauſa promulgande ſententie: exigitur ergo citatio pro ſolennitate ſententie argu. de ſenten. excom. ſacro. Ite vdeo quod data contumacia, ſi iudex multare velit: habet neceſſe iterato citare vt veniat ad ſe defendendum, quare non debeat mul ctari, lege, ex quacunque. ⁊ ibi Barto. ff. ſi quis in ius voca. non ie. ſic videmus quod ſi clericus abſens fuerit requiſitus, ⁊ ex hoc commo datur edictum non reſidentie iterato debet citari: vt not. Frede. ſup conſi. cliii. ⁊ not. de cleri. non reſiden. ex tue. xigi de hoc vt ibi e non come ſta. quoniam. §. porro. ſuper principio glo. magne. ⁊ ſimile no. de of fi. delega. conſuluit. per Innocen. in gloſ. i. verſi. tamen credimus. vbi ci tari debet poſt contumaciam commiſſam ad abſolutionem ab in ſtantia, eo quia ad hoc nunquam fuit citatus. Solutio. Hoc dico ſpecia le in excommunicatione, ad cuius ſolennitatem non exigitur citatio, ⁊ monitio, que exigitur ſolum, ⁊ requiritur ad purificandum deli ctum contumacie: quia aliter defecta, vt ſi manifeſte contumax eſt: poſt ſuam promiſſionem non exigitur alia monitio, vt hic: ⁊ ſic con tumacia aliter manifeſta quo ad facultatem excommunicandi, non exigitur alia monitio. Quod nota. quia limitat. c. ſacro. de ſenten. ex communi. ad hoc de teſti. cogen. cap. ii. In aliis autem ſententiis pro cedunt contraria: ⁊ tunc ſatis congrue diceretur quod quandoque a gitur de pena contumacie commiſſe in iudicis conſpectu, circa quam nulla cadit excuſatio, vel allegatio: ⁊ illa poteſt infligi abſque alia ci tatione in partem. maxime preſentem. C. de teſtibus. lege, nullum. Si autem aliqua cadere poteſt excuſatio, vt in mulcta abſenti citato im ponenda, exigitur citatio: vt dicta l. ex quacunque. ⁊ ibi Barto. in. l. i. §. i. ff. de re militari. Ideo puto quod in condemnatione expenſarum contumacis, vbi feratur in preſentem: aliam vero requiri citationem. ſecus ſi in abſentem, niſi appareat manifeſta, vel vera apparens con tumacia. Et hoc tenet Barto. C. de fructibus ⁊ litis expenſis. lege, termi nato. licet Cynus poſt Pet. teneat indiſtincte eum damnandum abſ que citatione, in l. ſancimus. C. de iudi. Non enim video differen tiam inter mulctam, ⁊ expenſarum condemnationem. In contrarium eſt tex. pro Cr. in. c. cum dilecti. de dolo ⁊ contuma. ⁊ illa pars eſt tu tior. Sed poſſet reſponderi quod ibi fuit citatus ad totam cauſam. Sed vide tex. cum glo. pe. de procura. conſtitutus. ⁊ hoc tenet Inno cen. de procura. querelam. ⁊ Joannes Andreas de dolo. finem. ⁊ eſt ca ſus cum glo. de procura. conſtitutus. an licet ad miſſionem ſit itera citandus: vt not. Innocen. de eo qui mitti in poſſeſſionem. in c. fin. Et hoc maxime verum, quando in actu citationis facta eſt commina tio pene: vt no. Joannes Andreas de teſti. co. c. ii. in verbo, ſuſpenſos. Ad circunductionem tamen edicti citandus non eſt actor: quia ta le eſt leuis, aut nullius preiudicii: vt not. Innocen. in loco preallega to, ⁊ Barto. ff. de iudi. lege, et poſt edictum. Per predicta dicit glo. ⁊ Barto. quod ſi iudex iubet parti vt litem conteſtetur, ⁊ pars ſit contu max, ⁊ recedat lite non conteſtata, quod cum notoria ſit hec contu macia, non arbitrabitur ad actum miſſionis, quam in hanc contuma ciam facere poteſt ad iterato citandum reum: vt ipſe notat. C. quomo do, ⁊ quando iu. authen. qui ſemel. ⁊ ad hoc alleg. l. quoties. §. pretor.

30 ff. de noxa. ⁊ alleg. l. nemo. ff. de re mili. ¶ † Oppo. quinto quod cauſe epiſcoporum ad finem depoſitionis non tractentur in ſinodo. ii. q. vi. decreto. ⁊ queſtione. vii. ſicut. iii. q. vi. dudum. ⁊ c. quamuis. ⁊ c. multum ſtupeo. ⁊ capitulo diſcutere. Dic, quandoque agitur ciuiliter contra epiſcopum ad finem depoſitionis ab eccleſia, vt ſcilicet remoueatur propter contemptum, aut quia non reſidet: ⁊ licet concilium cognoſce re poſſit, ⁊ inferior ordinarius: non tamen poteſt ſententiare depo nendum, vel annullare electionem poſt confirmationem ⁊ conſecra tionem. dicit glo. de clericis. non reſidenti. c. ex tue. in verbo, remoueat, Innocen. de elec. quod ſicut. in verbo, infirmanda. alleg. iii. q. vi. accu ſatus. ⁊ dictum capitulū ex tue. Idem Archidia. recitans dictum In nocentium in dicto capitulo, accuſatus. in verbo, diffinire. ad hoc gl. xx iiii. diſtin. quorundam. Quandoque agitur contra Epiſcopum ad fi nem ſuſpendendi, excommunicandi, vel interdicendi: ⁊ poteſt concilium ⁊ inferior hanc in epiſcopū promulgare. xii. diſtinctio. de his. in fine. xi. queſtione. iii. ſi quis epiſcopus. xviii. diſtinctio. propter. tenet Archid. xxxiii. diſtin. quorundam. ⁊ ad hoc illud. c. quinimo. ⁊ hoc poſſunt officiales archiepiſcopi abſente epiſcopo, licet non poſſint, vel de beant eo preſente: ſi tamen hec faciant, valet ſententia. de offi. ordina. Romana. §. officiales. lib. vi. Ad primum eſt glo. Joan. in dicto ca pitulo, accuſatus. ⁊ idem dicit in dicto. c. de his. ii. queſtione. i. c. prima tes. Ad hoc de ſentē. excom. venerabilibus. §. i. libro. vi. x. queſtione. iii. quia cognouimus. xviii. diſtinctio. placuit. et. c. ſi epiſcopus. Innocen. de cleri. non reſi. ex tue. in verbo, procedatur. Quandoque agitur de pena detruſionis in monaſterium, ⁊ concilium prouinciale cognoſcit, papa tamen actualiter detrudit. ii. queſtione. vi. biduum. in ſi. ponit Ar chidia. alleg. ff. de interdictis. ⁊ releg. l. interpona. Sed non placet, ſi ex detruſione ſequatur depoſitio. Quandoque agitur cauſa criminalis ad finem deponendi, ⁊ cognoſcere poteſt concilium. iii. queſtione. v. accu ſatus. quamuis. multum ſtupeo. diſcutere. ⁊. c. dudū. glo. ii. queſtione. vi. decreto.

decreto. An autem poſſit pronunciare deponendum, Joan.Andr. qđ
ſic.ij. queſtione. vj. biduum.verſi.aduerſus. alleg. caſum illius l. ſi ad-
uerſus.quia preſes pronunciat deportandum, licet inſulam aſſignare
non poſſit. Et hoc tenet. Archi. in dicto.c.accuſatus.ſuper gloſ. in ver-
bo,ſuſpendere.& ponit.xvij.queſtione.iiij. ſi quis. quod non placet. per
c. proxime alleg. que ſolum reſeruant cognitionem: vt in.c. quamuis.
multum ſtupeo.& ſimilia.ij. q.vi.& prohibetur omnis deciſio. Non ob
ſtat ſimile de preſide,qui pronunciat deportandum: quia ibi non defi-
cit in poteſtate pronunciandi, ſed exequendi: quia non habet inſu-
lam. hic autem deficit in poteſtate etiam pronunciandi ex non ſubie-
ctione cauſe, vel perſone quo ad cauſam, ſecundum me. Actualiter au
tem ſolus papa deponit epiſcopum, concilium non, niſi ſit conci-
lium congregatum authoritate pape:vt no. glo.ij.queſtione.i. ſi prima-
tes. & tex. v.q.iij.c.i. & .ij.vel niſi de ſpeciali mandato pape quis depo-
nat.no.Innocen.& Hoſtien.in dicto.c. tne.ad hoc.v. queſtione. iiij. per
totum.vj.queſtione.iiij.c.ij.iij.q.vj.per totum.& maxime in.c.accuſatus.
cum.c. ſequenti.ij.q.vi. decreto.ij. q.vij. ſicut. Item ſolus papa ipſum
abſoluit a depoſitione,licet cauſa poſſit vſque ad concluſionem per infe
riorem tractari:vt no.iij.queſtione.vi. accuſatus.v.q.iiij.c.i.ibi glo. Ar-
chid.vi.queſtione.iiij.c.ij.ij.q.i.primates.& hoc tenet hic Joan.de ligna.
licet Joan.liberationis fauore dicat eum abſoluere poſſe,ſcilicet conci-
lium.xij.diſtin.preceptis.in glo.fin.& Joan.Mo.de here. inquiſitione.
libro. vi. & Hoſte.in Summa, infra titu.prox.in princi.ad hoc quia
in talibus vt maioribus papa ſemper eſt iudex, ex quo oppoſitum
cautum non reperitur,ſtandum eſt regule: & quia eius eſt abſolue-
re, cuius eſt ligare.de pen.diſtin.i.verbum.de maior. & obe. cum infe-
rior.ad hoc. iij. queſtione.vi.ad hoc.& c.quamuis.ibi,diffinire.& c.mul
tum ſtupeo.ibi,nihil decernens.& capitulo,diſcutere.ibi,diffinire. que
verba etiam adaptantur ad abſolutionem. Ad hoc gloſ.v. queſtione
iiij.capitulo.i.in glo.i.& ibi eſt caſus ibi:iudicetur,vel condemnetur.& in
31 c.ij.eo.titu.ibi:finis vero cauſe ad apoſtolicam ſedem referatur. ❡ † Ad
quid autem vbi dicitur ſupra concilium poſſe poſſit ordinarius,ſcilicet ar-
chiepiſcopus, vel legatus. Dic quod cauſam epiſcopi inquantum agi-
tur ad aliam penam quam depoſitionis a dignitate epiſcopali cogno-
ſcit archiepiſcopus,& iudicat cum ſuo capitulo: inquantum agitur ad
penam depoſitionis ordinis,vel officij, ſolus non procedit: vnde om-
nes comprouinciales epiſcopi erunt tunc iudices in cognoſcendo. iii.
queſtione. v. ſi quis epiſcoporum. vel duodecim, ad minus congrega
bit metropolitanus, vel ipſe reus, ſi electos habeat ſuſpectos, quos
metropolitanus elegit:vt not. glo. iii.queſtione.viii. in ſumma. Hoc ve
rum videtur dicere gl.xv. queſtione.vij.in ſumma.quando agitur ad de
poſitionem ordinis. Secus ſi agitur ad depoſitionem beneficij: quia
non exigitur ille numerus. Quod non placet in epiſcopo,per illa,que
not. Innocen. de electio. quod ſicut. quod dictum ſupra retuli. Item
quia diſſoluere matrimoniale vinculum ab eccleſia ſpectat ad ſolum pa-
pam:vt no. de tranſla.prela.per totum. de renunt. niſi.& c.ad ſupplica-
tionem. Et hoc firmat Hug. & Archi. quod inquantum agitur re
moueri ab adminiſtratione,vel epiſcopatu, hoc non poſſit archiepi-
ſcopus.xxxiij. diſtin.quorundam. Procedit autem quod dicit Jo-
an. in inferioribus clericis. Hec autem vera inquantum agitur ad fi-
nem depoſitionis,vbi requiritur numerus ille, etiam ſi ciuiliter aga-
tur, vt a dignitate repellatur.xxiij.diſtin.illud.vt no. Innocen. & Ho-
ſtien. de preben.graue.alleg. iij. queſtione.vi.accuſatus. Et idem reci-
tando ſequitur Archidia.xxv.q.ij.in ſumma.& idem dicit in preelleg. c.
illud. etiam ſi per viam exceptionis agatur:alias opponatur,quicquid
ſenſerit Joan.ibi.xv. queſtione. vij. viſum. Hec vera inquantum agitur
contra epiſcopum conſecratum: ſed ſi ciuiliter agitur ad finem depo-
nendi contra confirmatum tantum,ſufficient ſex epiſcopi: vt dicto.c.il-
lud. & hoc tenet Arch.iij.q.viii. in ſumma.& ſic exigitur numerus,qui
exigitur in preſbytero, qui nondum eſt epiſcopus. de tranſla.prela. c.
ij. quod reſtringit ad caſum ſolius.c. illud. quando per viam exceptio-
nis obijcitur crimen conſecrando, extra illum caſum exigitur numerus
etiam in confirmato. Hec procedunt ordinario cognoſcente. In dele-
gato. idem dicit gloſa vt numerus exigatur.iij. queſtione.viii. in ſum-
ma. alleg.iii. queſtione.vi.hoc quippe.xxxiij.diſtin.quorundam. quod
non placet Archid.in loco preallegato, in ſumma. niſi hoc expreſſum
ſit in commiſſione,& idem not. Hugo.v.queſtione.iiii.c.ii.§. quod vero.
vbi idem Archidia. & idem.v. queſtione. iiii. c.i. Not. Hugo. At-
tendetur ergo ſecundum Joann. in de ta.forma commiſſionis. ij.que-
32 ſtio.vi. ſi epiſcopus. ❡ † Oppo.quod per hec verba Nullus communi
cet talis non inducatur excommunicatio contra literam de immunita.
eccleſie.c. vlti.libro vi. de vſuris.poſt miſerabilem.vbi directam non in-
ducunt excommunicationem. Joan.Andr.dicit quod hec verba indu-
cunt excommunicationem duobus concurrentibus,quod velit, & poſ-
ſit,maxime ſi addat iſta verba, Donec ſatiſfactione premiſſa: quia non
refert illud,quid de equipollentibus fiat, ſi conſtat de intentu alias:cum
talia verba cadant in non valentem excommunicare, dicit quod non
inducunt excommunicationem. ❡ Ex hoc infert duo. Primum,
quod talis communicando non peccaret, & ꝑ non incurreret irregu-
laritatem celebrando,tanquam non directo excommunicatus. Hoc te-

net Gul. de Mon.lau. in.c.frequens.& de exceſ. prelato.in cle. Confir-
mat, quia verba concernunt ſolum effectum excommunicationis quo
ad communionem hominum, non ſacramentorum:& ſic cum non con-
cernat omnem effectum excommunicationis, non ſupponit excommu-
nicationem. Hec ratio non placet:quia indefinitum hoc , nullus commu-
nicet: aptum eſt reſpicere vtramque communionem,& ſacramentorum, &
hominum: nec occurrit quare plus vnum,quam reliquum concernat.ff.
de fideiuſ.l. generaliter. concernat ergo vtrunque. Joan de Ligna. te-
nuit idem, quod non inducat: quod intelligitur ſi addatur verbum ſu-
pra poſitum,donec ſatiſfactione,&c. quia ſi excommunicationem indu-
cerent, equipollerent iſti excommunicato,donec abſoluatur: & ſic velle
abſolutionem impendi iam vinculo ſoluto ex ſententiandi modo:vnde
repugnantiam quandam haberent:finitur enim excommunicatio ex ſatiſ-
factione, eo quod excommunicat donec abſoluatur. Ad hanc decre. re
ſpondet quod hic apta verba proceſſerant diſpoſitiua importantia ex-
communicationem. & ſic verba tex.non ſunt verba formalia ſententie,ſed
ſunt verba recitantia effectum ſententie. Item confirmat,quia preceptū
iuris de non communicando non inducit excommunicationem, ſed ex-
communicationis executionem, & ſit poſt excōmunicationē. xi. que-
ſtione.iij. cum excommunicato. ergo nec preceptum hominis. Patet
conſequens ex no. de ſenten. excommuni.ſacro. Item confirmat ex ver
bo, placuit.quod vt de preterito eſt variatiuum.de priuile.ſi papa.libro
vi. Item quia verba excommunicationis concernunt excommunicatum:
hec concernunt alios. Dic, ſi eſt certum de mente quod velit, vel non ve
lit excommunicare,ſerua mentem,de qua conſtat: non enim excommu-
nicationis ſententia ſubmittitur forme verborum, nec alterius iuris.de
ſenten.excom.ſacro. & c. i. libro.vj. Item quia hic actus communionis
inhibite eſt executio,& effectus excommunicationis: qua poſita, preſumi-
ſtrahi,ꝛ deſiſtere a ſuis negotiis:vel ſi hoc faciunt,poſſunt incur
rere inimicitias,vel pericula aliqua,non peccãt:quãq̃ñ enim bo
num ſit denũciare,ad hoc quis nõ arctatur,ſicut nec ad alia ope
ra,niſi qñ ſic ſe offert opportunitas,vel credulitas perficiẽdi. Sꝫ
non credo ꝙ hec habeant locũ in canonica:qꝛ ad penam nõ ar
71 ctatur aliquis ad denũtiandũ. ¶ † Uenio ad vltimã.ſcilicet ad
regularem. Dicit Jo.an.qꝺ regularis ſm diuerſas religioſorum
inſtitutiones expeditur de plano,ꝛ ſimpliciter,nec contra eam
appellatur.de appel.ad noſtram.ꝛ.c.reprehenſibilis.ꝛ.c cũ ſpe
ciali.§.vltimo. De materia huius vide in Spe de denũ.§.ij.ver.
vt autem.ibi nihil plus dicit, ſed ſimpliciter recitando tranſit.
Dicit Inno.hic,de alia denuntiatione mẽtionem faciunt cano
nes,que non eſt modus agẽdi per ſe,ſed precedit accuſationem,
vel denuntiationem:ꝛ de hac loquitur. ij.q.vij. qua propter ꝛ.c.
ſeq.ꝛ.c.accuſatum.ꝛ.c.ſeq j.de accu.c.ſi.ꝛ de calum.c.ſi.ꝛ in mul
tis aliis. Et de hac,que etiam a iure Authenticorũ fuit inuẽta:
vt in auẽ.vt iud.ſine quoquo ſuffra.§.ſi quis.ꝛ.§.neceſſitatẽ.ꝛ.§.
ſeq.modicum agimina:qꝛ non eſt modus agendi plene, ſecundũ
Inno.nec neceſſarius.ſed fit ex vrbanitate quadam.ff.de ſerui.
ruſtico predi.l quidam Iberus. Aduerte tamen quod illa denũ
ciatio habet vnum effectum,ꝙ vbi reus in iudicio veniret,ꝛ con
fiteretur,alias nõ dãnaretur in expenſis libelli, ꝛ citatiõis. Sed
ſi aũ eſſet requiſit⁹,ꝛ denuntiatus,quãtumcunq̃ confiteretur de
bitũ,damnaretur in expenſis citationis,ꝛ libelli.vt dicit Guil.
de cu .in.l.omnes.C.de epiſ.ꝛ cler. ¶ Uenio ad gl.gl prima po
nit caſum in ſi.prelatus autem mandat ꝙ ſentẽtiam.quã ferre cõ
tigerit,obſeruẽt,alias cõmmatur ꝙ eos de negligentia puniet.
72 ſecundum Joan. And ¶ † Opp.cum gl.ij.quod ſe intromittit
de temporali iuriſdictione,vt patet infra titu.proximo.licet. ꝛ.c.
ſeq. Glo.dicit ꝙ regulariter ſe nõ intromittit Excipit duos ca
ſus. Primus,quando iudex eſt negligens. Secundus, quando
vacat imperium. Alios addit hic Inno.ſed de his,ꝛ aliis vide
bitur in.d.c.licet.ꝛ.c.ſeq.ꝛ.j.de foro compe.cum ſit.ꝛ.c.ſi clerici⁹.
Solan ver.ſed videtur opp.quod papa habet vtrunq̃ gladiuꝫ.
xcvi.diſt.duo ſunt.de maio.ꝛ obe.ſolite. Secundo,quia iura ce
leſtis,ꝛ terreni Imperij a Deo pape tradita ſunt xxij diſtin.c.j.
Tertio.quia habuit authoritatem Euangelij, Ecce duo gladij
ſunt hic,quos tranſtulit ad ſucceſſores.xl diſt.c.j Glo.allegat p
ꝛ contra. Et quod habeat vtrunq̃,faciunt preal. In cõtrarium eſt
hec decre.xcvi.diſtin.cum ad verũ.de appell.ſi duobus.qui fil.ſint
legit.cauſam. Et quia Imperium ꝛ ſacerdotiuꝫ a Deo fuerũt, in
authen.quomo.oport.epiſ.in princi.colla.j. Gloſ.concludit quod
papa habitu habuit,ꝛ habet vtrunſq̃ gladij poteſtatẽ: ꝛ in hoc Im
perium dependet a poteſtate pape,tamen executionem tranſmiſit
Chriſtus ꝛ eccleſia in Imperatorẽ quo ad gladiũ temporalẽ. Ubi
quando enim illã exercuit per ſacerdotes.xj.q.j.relatum. ꝛ illaꝫ eo
tranſlato exercere non poſſ:quia quedã poſſumus in alios tranſ
ferre,que nobis non licet retinere.xij.q.ij.quatuor.xj.q.iij. te qui
dem. Concluſionem hanc communiter Canoniſte tenẽt. Adducit
Joã. Jo.xviij. Cõuerte gladiũ tuum in vagina.ꝛ inducit Jo.An
dr.illud Ber.ad Eugeniũ, Aggredere ſubditos, ſed verbo,ꝛ nõ
facto:quid vſurpare gladiũ tentas, quẽ ſemel iuſſus es impone
re in vaginam?ꝛ infra.ad Timoteum ij. Oportet epiſcopum nõ
eſſe percuſſorem. Unde fatẽdũ quod miniſter noui teſtamenti eſt
miniſter manſuetudinis, ſacramenti vnitatis. Sacramentum ve
ro altaris repreſentat vnionem Chriſti.ꝛ eccleſie,quam ſignificat
vnio aĩe ad corp⁹:que ſicut anima viuificat corpus,ſic xp̃s p ſa
cramentum viuificat eccleſiam Ideo executio gladij tẽporalis,
qui diuidit animam a corpore,penes miniſtrũ ſacramenti vnita
tis eſſe non debet. Dicit ergo Ber.vbi ſupra.Gladiũ temporalẽ
habet papa nutu.Imperator iuſſu.miles vſu,vel manu. Et ho
ſtinit extrauag. Boniſacij,vnam ſanctã. De hac materia q ſi.
ſint legi.cauſam.per Hoſt.eo tit.per venerabilem.§.rationibus,
vide plene per Inn.j.tit.i.iꝫ.per Jo.xx.diſ.qm.xxij di.c.j. xcvj.
di.cũ ad verũ.ꝛ c.duo.ij.q vij.§ his ita reſpondetur.xc xviij. diſ.
epõs gubernatorẽ.de priui.c ij in.j.gl de maio.ꝛ obe.ſolite. quod
papatus habeat habitu iuriſdictionem temporalem.ꝛꝫ Joan de
Ligna qꝛ in habentibus ordinẽ in vniuerſo,impoſſibile eſt duo
eque eſſe perfecta. Imperator ergo,qꝛ non eſt maior,nõ erit equa
lis. Item qꝛ multitudo principantium eſt mala. Item qꝛ Impe
rator dominus temporaliũ,papa ſpiritualium ꝛ temporaliũ in
finem ſpiritualiũ.j.q iij.ſi quis abiecerit. Sicut ergo anima domi
natur corpori,ſic papa Imperatori Item qꝛ principatus pape
eſt infuſus a Deo.xxxi.diſt.in nouo.principatus temporalis
ab homine.xciij.diſt.legimus.ergo principatus Dei eſſe debet
ſupra principatũ hominis. Itẽ Chriſti Dei vicari⁹ ſicut Deus
hanc omnimodã hꝫ poteſtatẽ:qꝛ vicarius idẽ cõſiſtoriũ hꝫ cum
ordinario.de cõſue.c.ij.de foro cõpe. Romana lib.vi. Item prin
cipatus optimus eſt,vbi vnus principatur.ij Politicorũ,ꝛ co
nomicorum. Unus ergo princeps in orbe. Item qꝛ ſic eſt in regi
mine celeſti. Nobiliſſimũ eſt ergo regimen ſpiritualium: ergo ab
73 illo dependet Imperium. Jo.de lig. ¶ † Gloſſ.in verbo,directe.
oppo.qꝺ imo hic iudicet de feudo,cũ eum compellat ad reſtitu
tionẽ.cũ ipſum cõpellat ad emẽdandũ peccatũ. Gl.dt qꝺ nõ cõ
pellit directo ad reſtitutionẽ feudi,nec de illo feudo iudicat , ſed
tantũ eũ inducit ad penitẽtiam.ꝛ de peccato cognoſcit in conſe
quentiã,cũ cogit reſtituere feudũ,ex quo aliter penitere nõ põt.ꝛ
hec fuit mẽs litere. Hoſt.dt ꝙ etiã vt cognoſcat de feudo, potuit
hic adiri papa,ꝛ excuſat eius proceſſus:qꝛ rex Francie volebat
eſſe iudex in cã huius feudi:qꝺ nõ licet.C.vt nemo in cauſa pro
pria.l.j.ꝛ nolebat cauſam iudicari per pares,quorũ iuriſdictionẽ
ſe ſubmittere nõ volebat. Et volebat rex Frãcie p curiã ſuã merĩ
to illi ſuſpectã audiri:fuit ergo ad eccleſiam recurrendũ in auth.
vt dif.iudi.§.ſi vero contigerit.col.ix. So. Excuſatur proceſſus:
qꝛ hic tractabatur de violatione iuri,ꝛ pacis:hinc innuit papa
alias qñcunq̃ vaſallus committeret felonĩã cõtra dominum, ꝛ
qñcunq̃ iniuſte dãnaretur,haberetur recurſus ad iudicẽ eccleſia
ſticum:nec tamẽ hoc caſu dicit omnino denegandã audientiam.
Nam eſſe poſſet ꝙ iniuſte,ꝛ inique proceſſum eſſet:ꝛ hoc ratione
peccati examinare poſſet eccleſia ſummarie,ꝛ ſm qꝺ inuenerit,
admittere,vel repellere talẽ.arg.C.de adul.l.quoniã Alexãdrũ.
C.de adul.l.vbi.ꝛ quod no.de off.deleg paſtoralis.§.quia vero.
74 ¶ † Nota qꝺ pro iniuſtitia ſentẽtie habetur recurſus ad papaꝫ,
vel per viã denũtiationis. Secus ſi ſnle acquieuiſſet:qꝛ poteſt ex
hoc conſciẽtiã ſuam qualitercunq̃ excuſare ſententiã obtinens.
75 ¶ † Opp.qꝺ ad ipſum nõ ſpectet cognitio,etiã ſuper iure feudi,
ſed ad pares curie vt.ſ.c.ceterũ.ꝛ qꝺ ibi no. Sol. Dicit gl.qꝺ ad
dñm ſpectat cognitio,qñ qꝺ eſt inter vaſallos:ſec⁹ ſi inter ipſuꝫ,
ꝛ vaſallũ. Forte enĩ hic erat,qꝺ inter vaſallos:vel hoc dicit ipſuꝫ
id eſt,curiã ipſius.ſub qua cõprehendunt pares,qui cẽſet eſſe cu
ria ipſius regis.vel erat infeudatus in iuriſdictiõe ¶ Gl.ſequẽs
colligit duo notabilia. Ad primũ facit de conſue.c.iij.lib.vj. Ad
76 ſm de preb.c.ũ in eccleſijs lib.vj. ¶ † Opp cũ gl in verbo, qcũq̃
qꝺ nõ liceat allegare legẽ abrogatã.C.de ve.iur.enu.l.ij.§.hec cia
xix.di.ſi Romanorũ. Dic qꝺ lex abrogata põt allegari,non vt
ius faciat,ſed vt ipſi⁹ habeat notitia,vt oſt̃dat q̃tam dilectio
nem habuit princeps ad eccleſiã. Uel ſcdo,lꝫ lex ſit ſublata,rõ
motiua legis.ꝛ naturalis nõ eſt ſublata, q̃ allegari põt l.eas ff.
de capt.di. Uel dic ꝙ princeps arguit ex lege abrogata C.de cõ
ſti.pecu.l.ij.§.ꝛ neminẽ.non inferior a principe.vt ibi. Uel dic qꝺ
hic lex trãſiuit in pactũ,vel priuilegiũ nõ ſuppoſiti,vt eccleſie:ideo
põt reuocari ad preiudiciũ nõ ſubiectis. Secus ſi nõ tranſiuit in
contractũ,vel priuilegiũ,vt in cõtrario,ſm Inn.ꝛ idem Archi.
xi.q.j.quicunq̃.aſſe.C.de donat.que ſub modo.l.perfecta. xxij.
q.ij.non enim.ꝛ no.de pona.c.ſi.ad hoc.l.ij.ff.de decr.decur.ꝛ qꝺ
no.ff.de inſti.ꝛ iure.l.oẽs populi.ꝛ.C.de iure immu. Idem dici
mus de ſtatuto,vt non reuocet,ſi tranſiuit in priuilegiũ,vel con
tractũ:vt no.de reli do.cõſtitutus,de or.cog.dilectus. Idẽ dicit
Archi.qui ad literam ponit dictum Inn.xi.q.j.quicunq̃.ꝛ no.
idẽ de elec.licet canon.lib.vi Dixi nõ ſubiecti,pro tãto,qꝛ bñ re
uocaret ſtatutũ ad preiudiciũ ſubiecti:vt no.de iureiu.ſi noſtra,
poſt Inno. Au,ꝛ quando lex abrogata poſſit allegari,dixi in.l.j,
conſti.vbi Jo an.ꝛ p Arch.in.c.frequens.de reſtitu.ſpo.lib.vj.ꝛ
aliqd de cõceſ preb.authoritate Martini.ꝛ p Bar.ĩ l.j.ff.de cõ
ſun.cum emancipa lib.per Hoſ.in ſumma,de immu.eccle.§.in quarto
ſub.§.ſed nec illa immunitates.ver.ſed nec credendũ.ꝛ in q.reſtibus.
77 ¶ † Ultimo gl.querit an ſicut recipit legẽ pro ſe papa,ita recipe
re teneatur cõtra ſe. Dic qꝺ no x.diſ.lege. Aſſignat cauſam Inno.

no.q2 e3 qđ lex eſt facta ad cōmodum eccleſie,ligat eccleſiā:q2 ap
probatur per canones.x.diſt.ſi in adiutoriū.Concluſio eſt φ vbi
lex cōmunis,vel cōſuetudo particularis edit ad vtilem eccleſie,
ligat eccleſiā.niſi expreſſe ab ea reprobetur. Lex.ſiue cōſuetudo
particularis nō ligat eccleſiā.inquantū diſpoſuit ad eius incō
modum,niſi expreſſe ab eccleſia approbet.Statutū autē locale,
ſiue ad cōmodū,ſiue ad incōmodū eccleſie edatur,nō ligat ec
cleſiam,niſi expreſſe approbetur.ſ.de conſti.eccleſia.Patēt due
prime cōcluſiones.x.di.per totū.xxxvij.di.ſi quid veri.ꝛ.c.ſeq.
ad fi.de priui.c.ij.de no.oper.nun.c.j.ꝛ de cōſue.c.j.Tertiū pro
batur per.c.eccleſia.ꝛ.xcvi.di.bene quidem.ꝛ de cōſti que in ec
cleſiarū.Hęc ponit Inn.hic,ꝛ Hoſt.de ſolu.c.ſi. Archi.x.di.l.
lexij.di.in ſynodo.ꝛ no.viij.di.quo iure.ꝛ no.idē Archi.xi.q.qui
cunq3.vbi eſt hec lex.Et ſm hoc plus operatur cōſuetudo,quā
ſtatutū. Ratio pōt aſſignari ex his q̄ habent de fi.inſtr.cū P.
tabellio.Nec ob.φ teneat recipere ecōtra ſe qđ approbat pro ſe.
iij q.ix.ſi qs teſtibus.q2 hoc ſpeciale in fauorem eccleſie:ideo in
eius leſionē retorqueri nō debet.C.de legi.qđ fauore. Vel dic vt
78 no.de here.fraternitatis.¶ †Gl.ſignat cōtrariū in verbo,cōpe
pere.ff.de peti.here.l.hereditatis.Illa concordat:dicit enim,ꝛ
eſt notabilis caſus,φ ad iudicē eccleſiaſticū pertinet,licet nulla
actio cōpetat,cōpellere heredē vt faciat ſepulchrū defuncto:ꝛ
in hoc pōt arctare heredem.Cōcordat enim inquantū hec de
cre.dicit,iudicē eccleſiaſticum habere iuriſdictionē:ꝛ diſcordat
inquantū negat.Sed ſpecialis eſt caſus:q2 hic eſt actus pius.ſ.
ſepulture, ſicut ꝛ in alijs pijs recurrit ad eccleſiam:vt no.gl.de
teſta.cū eſſes.Nam q̄ contra pietatem naturalē agitur: iudex
adit eccleſiaſtic⁹:ꝛ in hoc cedit lex canoni.Ad hoc de emptio.
ꝛ vēdi.c.ij.de eo,qui du.in matri.cū haberet.ſ.de iureiur.cū qui
79 dā.ꝛ.c.Quintanallis.¶ †Opp.φ non ſemper peccans puniat:
nā colligens oliuā immaturā peccat,ꝛ tamē nō punit.ff.ad legē
Aquil.ſi ſeru⁹ ſeruū.§.ſi.oliuā.Dic φ iſto ſatis punitur:q2 col
ligendo immaturā tenetur ad damnū:colligens maturā perdit
expenſas,ꝛ reſtituere tenet oliuam collectā dño.De malo ani
mo nō punitur:q2 lex Aquilia reſpicit damnū,qđ hic non eſt,ex
80 quo collecta eſt matura.¶ †Gl.pen.querit qualis erit hic pro
ceſſus.Dicit gl.φ erit de plano,nō in forma iudicij,ſed in for
ma denuntiationis.ſic.ij.q iij.abolitio.Vel de plano.i.ſine ſtre
pitu iudiciorū.de accu.olim.ꝛ.c.ſicut.ꝛ.ſ.de ſta.mona.c.ſi.vbi de
hoc.Dicit Hoſt.φ prime expoſitioni eſt ſtandum:q2 hic loquit
in denuntiatione iudiciali,in qua procedendū eſt de plano: ſed
non eſt examinatio veritatis omittenda,vt dixi.ſ.quaſi dicat,
Non ergo excludit ex toto forma iudicij:qđ vult prima expoſi
81 tio.¶ †Quero que exceptiones admittant contra denuntia
tionē.Dicit gl.φ obijcitur,ꝛ admittit exceptio criminis:ꝛ hoc
ſiue proſequat iniuriā ſuam,ſiue non:cū in modū denuntiatio
nis agat,repellit:q2 non moueret bono zelo ad correctionē alte
rius.iij.q.vij.qui ſine.ꝛ.§.porro.cū concor.de quo remittit.ij q.
j.ſi peccauerit.Tu dic φ in canonica, ꝛ Euāgelica procedit gl.
In euangelica tā admitterent infames de crimine emēdati,vt
no.hic Io.Vincen.ꝛ Inno.ꝛ no.ij.q.i.ſi peccauerit.ꝛ de teſti.in
omni.In iudiciali vero,de qua agit hic,dicit Hoſt.φ etiā cri
minoſus audit,niſi opponeret excommunicatio.de except.vel
ſpoliatio,ſiue depredatio.de or.cogni.cū dilectus.ꝛ.c.ſi.vel alia
preiudicialis exceptio.Putat etiā φ hec denuntiatio ſit in ſcri
ptis porrigenda,ꝛ φ ſit lis conteſtanda:vt patet in verbis ſupe
rioribus ibi:verum iuſta ſit.

1 ¶ Aſſertio,reſponſio,debet fieri in iudicio per ipſas partes,
non per aduocatos partium.
2 Lis conteſtata eſſe cenſetur per ipſum dominum,quando aduo
catus preſente clientulo,ꝛ non contradicente,proponit aliquid
in iudicio.
3 Furioſus licet eſſe non poſſit in iudicio ,poteſt tamen eſſe indi
ſcreta perſona,ſed debet factum proponere per alium diſcretū.
4 In reſponſionibus partiū ad poſitiones poſſunt aduocati intereſſe.
5 Facta quare ſint quandoq3 per principales partes proponēda
in iudicio,non per ipſos aduocatos. nu.1.
6 Que ſint perſone,q̄ litigare poſſunt in iudicio per procuratorē.
Luxurie crimen eſt maius in muliere,quam maſculo.
7 Prodigis,vel luxurioſis dantur curatores,ex eo quia intereſt
Reipublice,ne quis re ſua male vtatur.

1 Paſtoralis. ¶ Primo ſtatuit.Scđo a ſta
tuto vnā cauſam excipit.ꝛ nō
ſummat propter breuitatē.¶ †Not.i.φ facti narra
tio in iudicio debet fieri per principales perſonas : ꝛ
ſimiliter reſponſio:ꝛ ſic conteſtatio litis nō habet fieri per aduo
2 catos.¶ †Si tñ aduocatus proponeret preſente clientulo,ꝛ nō
contradicente,ꝛ ſimiliter aduerſarij aduocatus rñderet,poſſet
dici conteſtationē fieri.ſicut enim aduocati confeſſio preiudicat
clientulo.de appel.cū cauſa.ita ꝛ interrogatio,ꝛ reſponſio.Et hoc

vbi conceditur per iudicē,vt per aduocatos factū proponerēt
qđ fieri poteſt:vt no.Ioan.An.de pba.in preſentia in verbo.ppo
3 ni.¶ †Nota ſecūdo qđ licet furioſus nō poſſit eſſe i iudicio.ff.de
re iud.l.furioſo poteſt tamē in iudicio eſſe indiſcreta perſona:ſed
debet factū proponere per alium.Ad declarationem facti dicit
Hoſt.qđ epiſcop⁹ Elienſ.inter alias cōſulationes inſeruit quo
modo cauilloſi aduocati Deū nō timētes, ꝛ homines non reue
rentes auertebāt clientulos a propalāda veritate,nō ſuſtinētes
qđ clientuli ſine ipſis aliquid de facto ꝓponerent:ꝛ huic facto pa
4 pa medetur.¶ †Oppo ſecundū hoc excluderet procuratoris
officium.ꝛ aduocatorū, contra totū titulū de procurato. ꝛ de
poſtulā.Dic qđ nō intēdit excludere vſum procuratorū,p quos
etiā poteſt lis conteſtari,que ſit narrādo,ꝛ reſpōdēdo de litis cō
conteſt.c.vno.ſed hoc intendit qđ proſequēs cauſam,ſiue ſit do
minus,ſiue ꝓcurator,habet factū narrare,ſecundū Inn. Pet.
Abb.Hoſt.ꝛ Egi.Dicunt tamē qđ decr.nō ſeruat.Nō excludit
etiā aduocati officium:q2 habebit formare libellum apte,alias re
pellet.ff.ſi menſ fal.mo dix.l.i.ꝛ ſ.c.examinata.Idē in exceptioni
bus,ꝛ poſitionibus formādis,ſm Gof.ꝛ Hoſt.Sed in reſpōſio
nibus ad poſitiones poterit intereſſe vt caueat ne cauilloſa exce
ptione,vel poſitione,aut obſcura,aut duplici clientul⁹ capiat.Et
ſic intelligitur ſm Hoſt.ff.de adul.ſi poſtulauerit.§.qđ.ſi. de of
fi.pcōſu.l.nec quicq̄.§.ſ.aduocatus.Ad ea vero, que ſunt facti i
terrogati,vt in li.conte.vel poſt,reſpōdebunt principales:etatē
enī habēt,de ſe loquātur.de con.di.iiij.cū ꝓ paruulis.ꝛ ipſi prin
cipales aduocatos iſtruāt in veritate facti,in quo ius poſitū eſt
5 ff.ad legē Aquil.ſi ex plagis.§.i clino.¶ †Ex quo aduocati ꝓ
ponerent ius vtiliter,ꝛ honeſte,nō opprobrioſe,vel ſub dolo. C.
de poſt.l.quiſquis.Hoſt.Ratio aūt quare ꝑ principales pſonas fa
ctū eſt proponēdū,eſt, q2 ꝛ per principales iuratur de calū.ff. de
iura.calū.authen.pncipales.ꝛ q2 melius de facto ſuo preſumunt
ſcire veritatē,quā aduocati,vel extranei.de reſcrip.ad excōmu
nicato.cū cōcor.Veritas autē ab his,quimelius ſciunt,inquirē
da eſt.de electi ſcriptū.qui ma.accu.poſ.videt.de teſti.preſentiū.
lib.vi.ſm Hoſt.¶ Opp.qđ per alios reſpondere poſſit quis in
iudicio ff.de ꝓcura nō ſolū.ff qđ cuiuſ.vniuer.l.i.ꝛ l.itē eorum.
Sol.Dic qđ quedā ſunt perſone,que poſſūt litigare ꝑ ſe,ꝛ ligāt
litigare ꝑ ſe,ꝛ debēt factū ꝓponere,nō ꝑ aduocatū,vt hic:ſi eli
gant litigare ꝑ ꝓcuratorē,ꝛ poſſunt:ꝛ idē in eis,qđ in principa
6 lib⁹ dixi.Ad hoc reducūtur aliqui caſus glo. ¶ †Quedā ſunt
qui nō poſſunt litigare ꝑ ſe,ſed habēt litigare ꝑ ꝓcuratorē:ꝛ tūc
principales nō arctātur ad ꝓponendū factū, q2 nō poſſunt,ſed
tunc procuratores.Sunt principales perſone, que habent liti
gare per aliū.Gl.dicit qđ regulariter ꝓcedit tex.Fallit in caſib⁹
Primus,quādo quis ad reſpōdendū tenetur ꝑ alio ratione of
ficij.ff.de procura.l.non ſolū.Secundo fallit in vniuerſitate, que
habet reſpondere per alium,ſecundum glo.vt dicta l.Item eorū
ꝛ.l.j.Nō obſtat ſecūdū Innoc.qđ vniuerſitas per ſe iuret de ca
lūnia l.ij.§.etiā.C.de iura.calū.dicit Innoc.qđ licet per ſe iuret,
vt timore iuramenti litē calūnioſam omittat:tamen per alium
reſpondet.Vel ſecūdū eum vniuerſitas non iurat per ſe, ſed per
aliū Nec obſtat.l.ꝑdicta,q2 iurāte ſyndico vniuerſitatis,vel col le
gij,ꝑ cōſequēs ipſa vniuerſitas iurare intelligitur.ff.de admini.
tu.l.ita tamen.§.geſſiſſe.de regu iur.qui per aliū lib.vi de quo ſ.
de iura.calum in pertinactandio Nec mirū.ſi per aliū, qui litē cō
ſtatus non eſt,iurare poteſt vniuerſitas,cū regulare ſit qđ princi
palis iuret,ꝛ tamen per aliū reſpōdere poteſt, vt per procurato
rē,qui fuit litē conteſtatus:vt in authē.pncipales.C.de iura. ca
lū ſecūdū Innoc.Idē tenuit Hectr.in d.l.ij.ſed alternatiue lo
quitur,qđ vel curabit ſyndicus vel maior pars adminiſtrantiū
ciuitatem,vel vniuerſitatē:alias abſurdū foret totā vnam ciui
tatē, vel magnam vniuerſitatem venire ad iurandū, ſecundum
glo.ibi.Cy.tenet qđ ſi vniuerſitas habet ſyndicū, vel economū,iu
rabit per illū:ſi nō habet ſyndicum,vel economum,iurabit maior
pars vniuerſitatis,vel adminiſtratorū vniuerſitatis. Idem Bar.
ibi Idem dicunt docto.vt per alium reſpōdere poſſint in plurib⁹
fideicommiſſoribus,ꝛ heredibus vnius.ff.iud.ſol.l.iam tamē.ꝛ in pluri
bus exercitoribus eiuſdem nauis.ff.de exerci.l.j.§.ſi. Tertius eſt
caſus,ſm gloſſa.in excommunicato,qui poteſt, debet per alium
reſpōdere.ſ.eo.intelleximus.Hic puto vt per procuratorē,ſed nō
per aduocatum reſpōdebit ad factum,ſcilicet vel ipſe,vel procura
tor:vnde caſus nō recte excipitur.Et idem in caſu procedēti:q2 ꝑ
hoc vniuerſitas nō reſpondebit per aduocatum:non enim fuit in
tere intentus excludere officiū procuratoris, ſed aduocati tantū,
vt dixi in tex.ꝛ ſic nō recte excipit iſte caſus Quartus caſus i epi
ſcopo,qui litigat per aliū.v.q.iij.quia epiſcopi.Sed hic caſus nō
congruit vt precedens:non enim litera excludit procuratorem de
quo ibi item illuſtriores.ff.de proc.l.ſi.nec hic recte excipitur. Itē
indiſcreti.Sic ergo erit caſ⁹,i quo aduocat⁹ reſpōdebit.Et admit
titur ad proſequendam inſtantiam,licet nō habeat iudicium ad

litigandũ: ſed eo ꝙ preſens eſt, factũ ab aduocato, interpretabiſ
factum a domino. Idẽ dicit gl. de furioſo, ⁊ ꝓdigo, muliere lu-
xurioſa. Caſus furioſi nõ recte excipitur: q: litigabit per curato-
rẽ, qui curator reſpondebit per ſe, vel per procuratorem, non per
aduocatũ. Quod dicit de prodigo, ꝑdere poſſet: q: ſatis cõ-
prehendiſ appellatione indiſcrete perſone. Similiter ⁊ qꝺ dicit
de luxurioſo. i. prodigo: q: exponi poteſt de luxurioſa. i. prodi-
ga. ff. de dam. infe. l. ex dãni. in fi. §. reſpon. cũ ſuis concor. de quo
in Spe. de actore. ver. item opponiſ cõtra actorem. ⁊ ver. ſeq. vbi
tangitur, An viro luxurioſo detur curator, ſicut mulieri. Et qꝺ
mulieri deſ, patet Inſti. qui te. fa. poſſ. §. prodigus. ⁊ §. mulieri.
ff. de priui. cre. l. dabimꝰ. de poſtu. l. i. §. fi. ⁊ l. ſeq. De maſculo di-
cit ibi Spe. ꝙ nõ dabitur curator. Ideo enim magis daſ mulie-
ri, quã maſculo, q: in ea magis ardet ſtimulus carnis, ⁊ magis
opprobrioſum eſt amicis ⁊ generi, ſi mulier fornicetſ, quã maſcu
lus. Itẽ ſexus mulierũ magis fragilis, ⁊ debilior eſt. Itẽ litigat
per aliũ religioſa. ſ. e. c. ii. lib. vi. Et ex predictis patet. ſm Hoſt.
ꝙ illud priuilegium per aliũ habent aliqui aliquando ꝓpter di-
gnitatẽ, aliqui propter fragilitatẽ, vel indiſcretionẽ, aliĩ propter
multitudinẽ, aliĩ propter delictum. Breuiter, ſm eum, quicunq
ſe ipſum regere nõ debet, vel neſcit, ſiue ex delicto, vel alio modo
hoc contingat, debet: ⁊ põt per aliũ talia expedire. de eta. ⁊ qua.
c. ii. ⁊ iii. niſi forſan tantum ſit delictũ, ꝙ omnis audientia nege-
tur. xxiii. di. in nomine. ad ſi. iii. q. i. §. patet. xxiii. q v. nõ nos. xxi.
di. in tantum. xvi. q. vii. ſi quis deinceps. alias ſemper audiẽdus
7 eſt. † Nec conſideraſ in hoc fauor delinquẽtis, ſed Reipublice,
cui expedit ne quis ſua re male vtaſ. Inſti. de his, que ſunt ſui,
vel alieni iuris. §. ſed hoc tẽpore. Intereſt enim principis vt ha-
beat ſubiectos. in auẽ. vt iudi. ſine quoquo ſuffragio. §. cogita-
tio. col. ii. alias oportet ꝙ principalis ex quo per ſe agit, vt per ſe
reſpondeat. Remittit ad no. per eũ in Sum. eo. tit. §. que ſunt ne
ceſſaria. ſub. §. vtroq. ver. ſinantem vtraq pars. ⁊ ſeq. de poſtu.
ver. quid pertinet ſecundum Hoſt. ⁊c.

1 ❡ Libello ineptam petitionẽ continente in iudicio per acto-
rem propoſito, reus abſoluitur ab inſtantia iudicii.
2 Actio rei vendicationis eſt dabilis pro rebus corporalibus.
3 Actio confeſſoria, ⁊ negatoria que ſit, cuiq, ⁊ contra quẽ com-
petat.
4 Actionem licet quis in libello non arctetur exprimere: tamen ſi
ineptam exprimat, ſuccumbit in inſtantia iudicii.
Inſtantia iudicii ſi quis ſuccubuerit propter propoſitionẽ actio
nis inepte, non tamen alio iudicio impeditur quo minus poſſit
aptam petitionem pro eadem re proponere.
5 Actio rei vendicationis poteſt competere pro re corporali ra-
tione rei incorporalis.
6 Sequeſtri actus cadit in re corporali pro iure incorporali in ea
competenti.
7 Libellum non habet iudex incontinenti lacerare ratione inepti
tudinis occulte, que detegatur in probationibus.
8 Sententia ſuper petitione inepta quomodo formari debeat.
9 De vna actione licite ad aliam poteſt quis tranſire, licet in pri-
ma ſuccubuerit.
10 Sententia ab inſtantia, ſeu obſeruatione iudicii, debet cauſam
in ſe continere, alias non valet.
11 Patronus quomodo habet aliquam poſſeſſionem in eccleſia
ratione iuris patronatus, vt poſſit ipſam eccleſiam vendicare.
nume. 5.
12 Probatio non eſt admittenda ſuper inepta petitione.
13 Preſentare quomodo poteſt is, apud quem ſequeſtrum fa-
ctum eſt.
14 Iuris exercẽdi poteſtas quomodo dicatur eſſe penes eum, pe-
nes quem eſt poteſtas fructus colligendi.
15 Sequeſter quis eſt.
16 Sequeſtrum an fiat ab vno.
17 Actio confeſſoria, vel negatoria datur poſſidenti ius, vel rem,
⁊ alterius neganti ad tuitionem ſui iuris, ⁊ ad reiectionem tur
bationis libertatis, aut iuris. ⁊. 21.
18 Actio rei vendicationis datur poſſidenti contra ſolummodo
detinentem.
19 Sequeſtratio ſpoliato ſuo ſequeſtro an competat actio rei ven-
dicationis pro ſequeſtro recuperando.
20 Sequeſtro facto an dicatur perdere poſſeſſionem rei ſequeſtra-
te is, qui poſſidebat.
22 Libellus ex quibus ineptitudinibus poſſit vitiari.
23 Actio ex quibus poſſit dici inepta, ⁊ impertinens.
24 Sententiandum quando ſit per iudicem ſuper libello inepto.
25 Sententia ſuper libello inepto quomodo formari debeat.
26 Sententie effectus ſuper libello inepto qualis ſit.
27 Sententiari an poſſit per iudicem, libello intentato, ⁊ formato
in actione depoſiti.
28 Condemnatio an poſſit ſequi, ſi peto fundi medietatem ad me
ſpectare pro diuiſo, ⁊ aliam fundi medietatem ad me ſpectare
pro indiuiſo.
29 Delegati iuriſdictio ex quo durat vſq ad annum, an facta ab-
ſolutione ab obſeruantia iudicii propter ineptitudinem, libelli
perimatur dicta iuriſdictio, vt nõ poſſit cognoſcere ſi poſt acta
proponantur.

1 Examinata. ❡ † Si actor ineptã actio-
nem proponit, reus abſolui-
tur ab inſtãtia iudiciſ: ſi poſtea aptã proponat, reus
reſpondere cogiſ. Diuiditur in quatuor partes. In
prima pronũtiationis ratio. In ſecunda ipſius rõnis declara-
tio. In tertia pronũtiatio. In quarta proteſtatio. Secũda ibi
2 q: cũ. Tertia ibi: vñ Quarta ibi: ita tñ. ❡ † Premittiſ ꝙ eſt da
re rei vendicationẽ q̃ cõpetit pro rebus corporalibus: ⁊ hoc exi
git dominiũ ex parte agentis. ff. de rei vend. l. in rẽ poſſeſſionem
aut detentionẽ ex parte cõuenti. ff. de rei ven. l. officium. ⁊ l. qui
reſtituere. no. in l. i. C. de alie. iudi mutan. cau. fac. in Spe. de ceſ.
3 actio. §. i. ver. itẽ quid ſi mihi cedis. ❡ † Secundo, q: in incorpo
ralibus datur quedã realis ad inſtar corporalium, que appellaſ
confeſſoria aſſerenti ſibi ius eſſe, ⁊ negatoria neganti ius eſſe in
re: de quo hic in gl. ⁊ de ver. ſigni abbate. vbi per Inn ⁊ de cauſa
poſ. cum ſuper. ⁊ c. cum eccleſia Sutrina. hec datur contra poſ-
ſeſſorem ad reſtituendũ, ⁊ datur contra non poſſeſſorẽ turban-
tem, vt deſiſtat a violẽtia, vel turbatione: ⁊ ſic in hoc habet na-
turam diuerſam a reali pro re corporali: quia iſta datur tan-
tum ad reſtituendum poſſeſſionem, vel detentionem: hec da-
tur ad reſtituendum, ⁊ ad non turbandum. Et ex hoc conclu-
ditur quod hec datur poſſeſſori, illa demum non poſſeſſori.
ff. ſi ſeruitu. vendi. l. ſicuti. §. ſed ſi queratur. ⁊ l. ſi forte. §. i. ⁊ not.
gl. hic, ⁊ in c. cum eccleſia. de cau. poſ ff ſi ſerui. vendi l ſi forte. §.
1 ❡ Tertio premitto ꝙ ſecundũ gl. decre habet duas lec. Vna,
ꝙ hic agebatur confeſſoria. Alia ꝙ rei ven. Secundũ primã qꝺ
ageretſ rei vendi. fuit inepta actio, ⁊ intentio: ſecundũ ſecũdam
ſola intentio: q: actio erat apta. ❡ Caſus proſequendo vtranq
lect gl. Dum eſſet queſtio inter nobilem virũ V. de Riparia ex
vna parte, ⁊ milites Capuanos ex altera, de iure patronatus cu-
iuſdã eccleſie de cõcordia partiũ poſſidente dicto iure dicto no-
bili viro V. ⁊ fuit factum ſequeſtrũ in quendã vicedominũ: tan
dẽ nobilis ille V. de Riparia dedit petitionem, in qua narrabat
primo ꝙ erat verus patronus eccleſie, quare petebat dictos mi
lites cõdẽnari ad reſtitutionẽ poſſeſſionis dicte eccleſie: tãdem
productis probationibus ad fundandã intentionẽ teſtes pro-
barũt ꝙ poſſidẽte dicto nobili, poſſeſſio fuit ſequeſtrata penes
ſequeſtrũ: ⁊ publicatis atteſtatiõibus, papa cognoſcẽte ꝙ illius
nobilis intẽtio non erat apta: q: cõcludebat ad poſſeſſionẽ reſti
tuẽdam eccleſie: ⁊ agebaſ cõfeſſoria ad reſtituendũ, ſm vnũ in-
tellectũ: ſm aliũ agebat rei vendic. ⁊ ſimilis erat concluſio, vt
poſſeſſio reſtitueretur: ⁊ de duobus erat alterũ, vel ꝙ poſſeſſio
tranſiret in ſequeſtrũ, ⁊ non cõpetebat ſibi vendicatio: vel cõfeſ-
ſoria ad reſtituendũ contra milites, qui nõ poſſidebant: vel nõ
tranſierat poſſeſſio in ſequeſtrũ, ⁊ remanſerat penes nobilẽ pe-
tentẽ reſtitui, ⁊ ſic intus habebat. qꝺ extra petebat: ideo abſol-
4 uit milites ab inſtantia proteſtãtus. ❡ † No. i. ꝙ q̃q̃ non arcteſ
quis ad actionẽ in libello exprimendã, ſi tamen ineptã propo-
nat, ſuccũbit, ⁊ aptam poteſt proponere in alio iudicio: ⁊ ſic ab-
ſolutio, que ſit ratione inepte actionis, eſt ab obſeruatione iu-
dicii: non antẽ abſoluit diffinitiue, ſeu ad merita concludit, ⁊c.
5 ❡ † No. ii. ſm intellectũ ꝙ hic ageretur rei vendic. ꝙ res corpo-
ralis ratione iuris incorporalis põt vendicari. ad hoc. ff de con-
trahen. emp. l. qui tabernã. Et ſic intellexit Inn. hic. Et ſic rõne
iuris patronatus, qꝺ quis habet in eccleſia, quis poteſt vendi-
care eccleſiã: ⁊ ꝙ patronus etiam laicus habet aliquã poſſeſſio-
nem eccleſie: ſed non credo qꝺ habeat naturalẽ, vel ciuilem ali-
quã: q: non poſſidet vt dominus in totum, vel in parte: ⁊ habet
aliud ius ſeparatũ a dominio, vſufructu, vel vſu, quorũ iurium
demum realiter reſpectu daſ vera poſſeſſio, vel naturalis, aut ciui-
lis. Habet ergo quandam quaſi poſſeſſionem reſpectu iuris,
⁊ bonorũ eccleſie cõſeruãdi: quo reſpectu põt vendicare corpus
eccleſie: quo per aliũ poſſeſſo, tolliſ libertas ſic bona conſeruan-
6 di. de reſti. ſpol. Piſanis. ❡ † Not. iii. ꝙ actus ſequeſtri cadit in
re corporali pro iure incorporali in ea competenti: ⁊ ſic nõ bene
colligiſ ꝙ incorporalia ſequeſtrentur, niſi hoc indirecto modo.
Et colligunt doct. ꝙ ſpiritualia ſequeſtrentur, ſicut ⁊ in eis cadit
miſſio. ſ. de eo, qui mitti. in pol. c. ii Item no. ꝙ ſequeſtrum cadit
7 in re immobili, ſecundum Pet. ❡ † Not. iiii. ꝙ vbi ineptitudo
actionis, ſiue in intentione, ſiue in concluſione, non patet ex
forma proponendi, ſed detegitur in probationibus, ſtatim
iudex

iudex nõ lacerat libellũ, nec repellit, ſed reſeruat illam diſcutien-
dam uſq; ad probatiões, ex quibus detegitur ineptitudo: ⁊ illi
tunc repellit, non ante. Quedam enim aperta eſt ineptitudo ſui
propoſitione: ⁊ hec ſtatim reiicit libellum. Quedam occulta, q̃ ſe
detegit in probationibus: ⁊ iſta tũc repellit, cũ fuerit facta dete-
ctio, ⁊ nõ ante. ¶ No. v. ꝙ rei vendi. non daẽ poſſidenti, vel con-
tra non poſſidentẽ: nec daẽ confeſſoria, prout dirigitur ad reſti-
8 tuendum ¶ † No. vj. practicam pronunciandi, quando actio, ⁊
intentio eſt inepta: debet enim dicere, Pronunciamus intentio-
9 nẽ tuam non tenere. ¶ † No. ꝙ de vna actione licite tranſitur ad
10 alias, de quo de relig. do. conſtitutus. ¶ † No. cautum proteſta-
ri de iure ſuo, contra quem promulgatur ſententia, ad quod ſe
non extendit virtus ſententie. Item ꝙ in abſolutione ab obſer-
uatione iudicij cauſa in ſentẽtia eſt exprimẽda. de quo de re iudi.
ſicut. Et eſt hoc in tãtum verum, ꝙ aliter non valet abſolutio. in
aut. de iudi. §. oportet. tenet Jo. And. in c. ſi. de dolo. ſuper gl. ma
11 gna. ⁊ in addi. que incipit, ⁊ hoc ſequitur. ad fi. ¶ † Opp. quod
dato ꝙ etiã poſſediſſent milites: Campani non potuerunt agi rei
vendi. ad poſſeſſionẽ reſtituendã, nec aliquo alio iure ratione iu-
ris patronatus. Patronus enim nõ habet nec dominiũ eccleſie,
nec partẽ dominij, vt vſus, vel vſuſfructus: ergo nec naturaliter,
nec ciuiliter poſſidet. Itẽ nec in laicũ cadere poſſet poſſeſſio eccle
ſie vt ſpiritualis. de preſcrip. cauſam. Dic ꝙ proprie non poteſt
patronus ratione iuris patronatus, maxime laicus, tenere eccle
ſias. Sed dicit Hoſt. ꝙ hic tenebat eccleſiã defendendam, ⁊ or-
dinandã ad preſentationẽ ſuã, ſecundũ Hoſt. Idem Goſ. ⁊ pote-
rat tolerari ꝙ ſic teneret. xvi. q. j. conſtitutum. ⁊. q. vij. conſideran-
dum. ⁊. c. filius. alias vero eccleſiam, vel aliud ius ſpirituale non
poterat proprie poſſidere. x. q. j. per totũ. de preſcri. cauſam. Goſ.
Ratione enim cure bonorũ ne dilapidẽtur, ⁊ vt eccleſia in bono
ſtatu conſeruetur, dicitur in eccleſia habere quandã quaſi poſſeſ-
ſionem huius preeminentie, quo reſpectu vendicat liberũ ingreſ-
ſum eccleſie, ⁊ detentionẽ quãdam, que tamen nõ excludit cuſto
diam epiſcopi: ſicut dicimus in miſſo in poſſeſſionẽ ex primo de-
creto, ratione cuius, altero ſic detinente poteſt vendicare eccleſiã
ratione huius iuris. quod eſt notandum. Vel ſequeſtrata fuit pe
nes hunc vicedominũ, qui erat vicarius epiſcopi, ⁊ eccleſiaſtica
12 perſona, in quã cadit poſſeſſio ſpiritualis. ¶ † Opp. ꝙ inepte, ⁊
contra ſe hic ſe fatigaret in poſſeſſione probanda: ⁊ ſic articulus
tanquam impertinens, ⁊ probatio nõ erat admittẽda. C. de pro-
ba. ad probationẽ. de offi. dele. cũ contingat. de teſti. c. de teſtib⁹.
Sol. Dicit Pet. ⁊ Abb. ꝙ hic voluit ꝓbare poſſeſſionẽ, ne coge
ret reſtituere rẽ, niſi aduerſarius de proprietate doceret. ff. de rei
vendi l. ſi. vel nõ producebat teſtes ſuper poſſeſſiõe, ſed ſup pro-
prietate: ⁊ propter cauſam predictam faciebat eos interrogari
ſuper poſſeſſione. Et hoc plus eis placet. Nec articulus erat im-
pertinens, cum ſaltim proficeret reo ad abſolutionẽ ratione ine-
13 pte petitionis. ¶ † Quero an vicedominus, apud quem factum
eſt ſequeſtrũ, poſſit preſentare. Jnno. dicit ꝙ ſic: q: debet interim
fructus rei ſequeſtrate percipere, etiam ſi non fuerit poſſeſſor.
14 ¶ † No. bene hoc dictum. ꝙ penes eum eſt poteſtas iuris exer
cendi, penes quem eſt poteſtas fructus colligendi, licet non ſit
poſſeſſor. Quod no. q: ampliat materiam. c. cõſultationibus. de
iure patro. ⁊ quod no. de elec. querelam. de cauſa poſſ. cum eccle-
ſia. ⁊. c. cum olim. cũ ſimi. Hoſt. dicit ꝙ non percipit fructus tan-
quam pars: per quod videtur ꝙ non poſſit preſentare. Et ſic li-
mitatur q̃d dicitur, ꝙ poſſeſſor, quia facit fructus ſuos, ⁊ il-
los colligit, preſentabit. Illud eſt verũ, quando illos colligit no-
mine ꝓprio. Et ex hoc patet ratio quare creditor in pign⁹ eccle-
ſiam cum vniuerſitate non preſentat: q: fructus colligit nomine
alieno. de re iudic. cum Bertoldus. Primũ tenet Jo. de Ligna.
per. c. conſultationibus. No. tamen dictum Jnn. De iure credo
ꝙ procedat dictum Hoſti. pro quo optime. c. cum Bertoldus.
De miſſo autem in poſſeſſionem poteſtatis, qui electus eſt, con-
tumace vniuerſitate, an interim exerceat iuriſdictionem. Tenet
Spe. ꝙ non, in Spe. de primo ⁊ ſecundo decreto. §. videndũ. ver.
15 quid ſi electus. in. iij. col. ¶ † Quero cum gl. j. quis eſt ſequeſter.
Dicit gl. ꝙ eſt is, apud quem res in iudiciũ deducta communi-
ter a litigantibus deponitur. In quantũ exigit gl. rem in iudiciũ
deductã, vt procedat ſequeſtrũ, non eſt hoc neceſſarium: ſufficit
enim ſuper huius iure poſſe diſceptari, licet nondum ſit in iudi-
ciũ deductum ius. In quantũ exigit, ꝙ communiter a litigãti-
bus fiat, hoc verũ in ſequeſtratione voluntaria: ſecus in neceſſa-
16 ria, que aliquãdo fit auctoritate iudicis inuita parte. ¶ † Se-
cũdo q̃ro, an ſequeſtrũ fiat ab vno. Gl. dicit ꝙ nõ: exigunt enim
plures. Et in hoc differt a depoſito: q: vnus ⁊ plures deponũt.
ff. depo. Licet. Hoſt. h. d. verum regulariter. Interdum enim fit
ab vno, puta a iudice, qui mãdat ex officio quandoq; rem ſeque
ſtrari. ſ. de reſti. ſpo. olim. de ſeque. poſſ. ⁊ fruc. c. j. ſecundũ Hoſt. qui
remittit ad Summam de depoſito. §. in quibus. ⁊ vide de hoc
17 de depoſito. c. j. in fi. & gl. ¶ † Venio ad gl. ij. vi. ſeẽ ꝙ recte age-
rit ſuper iure patronatus, dato ꝙ fuerit poſſeſſor. Confeſſoria
enim, vel negatoria datur poſſidenti ius, vel rem, ⁊ alteri ius ne-
ganti ad tuitionem ſui iuris, ⁊ ad reiectionẽ turbationis liberta-
tis, aut iuris. ff. ſi ſerui. vẽ. l. ſi forte. ⁊. l. ſicuti. §. ſed ſi q̃rat. Con-
feſſoria enim daẽ poſſeſſori, ne inquietetur: ⁊ hoc, cũ eſt in quaſi
18 poſſeſſione ſeruitutis. ¶ † Itẽ ⁊ poſſidenti datur rei vendi. actio
19 cõtra ſolũmodo detinentẽ. ff. de rei ven. l. officiũ. ad fi. ¶ † Du-
bius contrarii timore gl. legit dupliciter tex. Primo ꝙ hic agere-
tur rei ven. ⁊ intentus erat agentis declarari ius patronatus ad
ſe ſpectare, ⁊ rẽ. i. eccleſiã ratione huius iuris ſibi reſtitui: ex di-
ctis teſtiũ conſtitit ipſum tẽpore ſequeſtri poſſediſſe. Et hec erat
intẽtio inepta: q: vel eo animo poſſeſſionẽ ſequeſtrauit vt poſſeſ-
ſionẽ transferret. ff. depoſi. l. licet. ⁊ tunc nõ milites, ſed ſequeſter
poſſidebat. Inepte ergo ſibi eis petebat reſtitui. Vel ipſe dedit
animo vt ſolã detentionem transferret retenta poſſeſſione: q̃d in
dubio preſumit gl. niſi tradat hoc animo vt trãsferat poſſeſſio-
nẽ: ⁊ idẽ, q: poſſidebat: ⁊ poſſidenti non daẽ actio. inſti. de actio.
§ j. ff. vti poſſide. l. j. §. j. Ex quibus cõcludiẽ ꝙ nec rei vẽ. nec poſ
ſeſſorio ad reſtituendũ agere poterat. Fateẽ gl. ꝙ agere poterat
depoſiti ſequeſtrariã contra ſequeſtrũ hoc caſu, ⁊ etiã rei vendic.
cõtra eũ: q: ⁊ illa quandoq; daẽ poſſeſſori cõtra detentatores,
vt cõmodatariũ, ⁊ ſimiles, ſecundũ gl. Contra milites autẽ non
cõpetebat: q: nec erãt detẽtatores, nec poſſeſſores. Secũdũ hoc
actio erat inepta reſpectu directoru actionis, non autẽ reſpectu
principij iuris agẽdi: q: vẽdicatio ſibi habitu cõpetebat, ſꝫ non
actionis directoriũ: vt. d. l. j. C. de alie. iu. mu. cã. fac. Ex hoc habe
mus plura. Primum ꝙ in rei ven. ſuccũbit non probans poſſeſ
ſionẽ vel quaſi, qñ conſtat eum, cõtra quẽ agitur, non poſſidere.
Sed dic hoc verũ, qñ conſtat, ⁊ non fuit ab initio interrogatus
an poſſideret. alias ſi fuerit interrogatus, ⁊ reſpõderit ſe poſſide
re, cõuenit vt ſe liti offerẽs, niſi agẽs ſciuerit eũ nõ poſſidere. ff.
de rei vẽ. l. in. qui ſe liti. Itẽ hoc verũ, ſi ſolũ perſiſtat actor in ſua
totali petitiõe: ſed ſi petat vt ſuper parte pronuncieẽ. ſ. vt decla-
reẽ dñs: debet pro eo ſentẽtiari, ſi plene probauit ſe dñm, vt de-
clareẽ dñs: Et proderit hic declaratoria: q: ſi contingat eũ, cõ-
tra quẽ eſt lata ſentẽtia, noviter poſſidere, poterit ex eadẽ inſtã-
tia dicta ſniã exequi contra eũ, contra quẽ eſt lata: vt patet in. l.
ſi a te. §. j. ff. de excep. rei iudi. ſecundũ vnam lect. quam ibi tenet
Bar. Nec ob. ꝙ ſentẽtia non proſit, nec obſit variata poſſeſſiõe,
etiã ſtante idoneitate perſonarũ: vt. ĩ. de excep. aduerſario. ⁊ q:
hic variaẽ cauſa, ⁊ res: q: non agiẽ ratione recẽtis poſſeſſionis:
q: nec variaẽ ſubſtantia iuris agendi. ſ. dominiũ, ſed variaẽ ſolũ
directoriũ actionis: ⁊ q: ſententia facit notoriũ dominiũ, q: at-
trahit ad ſe poſſeſſionẽ. de cauſa poſ. cũ ſuper. ⁊. c. cum dilectus.
c. aduerſario. Nõ ob. ꝙ abſolutio eſt perſonalis ex parte rei: ideo
enim non prodeſt ſuperueniente poſſeſſione, ſed declaratio do-
20 minij realis reſpectu ⁊ antique, ⁊ noue poſſeſſionis. ¶ † Secũ-
do dicit gl. ꝙ in ſequeſtrũ nõ tranſit poſſeſſio, niſi hoc actum ſit
expreſſe. Hoc tenuit Jo. ⁊ Jon. Gl. notant contrariũ in legibus
hic alle. ⁊ gl. in c. j. de ſequeſt. poſ. ſ. quod in dubio poſſid. et, niſi
contra agaẽ. ¶ In gl. hoc ideo. quidam dicunt ꝙ gl. male dicit.
Vel loquitur de ſequeſtro. i. depoſito, q̃d tantum fit ab vno. Vel
vbi dicit, ea mente, ⁊c. dic ꝙ preſumitur, niſi contra agat. Mo-
derni tamẽ Legiſte, vt no. Cy. in l. vnica, de probi. ſequeſtra. fa-
ciũt differentiã inter voluntariam ſequeſtratiõe ⁊ neceſſariam.
In prima in dubio transfereẽ poſſeſſio, in ſecunda nõ: vt quando
fit ad iudicis mãdatũ, in caſibus no. ĩ. de ſeque. poſ. c. ij. Ad hoc,
q: multi ſunt modi perdẽdi poſſeſſionis, inter quos hic nõ repe
rit. ff. de acqui. poſ. l. iij. §. gene. ⁊. l. ſi quis ante. Item q: nouatio
voluntaria tollit priuilegia antique actiõis, ⁊ fideiuſſores, ⁊ pi-
gnora non neceſſaria. ff. de noua. l. etiã. ⁊ q: alia eſt cauſa fideiuſ-
ſionis volũtarie, ⁊ neceſſarie. ff. qui ſatiſ. cog. l. ſi fideiuſſor. no. de
offi. deleg. ab arbitris. lib. vi. ⁊ ibi ſimilia ſuper vltima gl. Nõ ob.
ꝙ iudex facit perdi poſſeſſionem. ff. de acqui. poſſ. l. qui vniuer-
ſas. §. itẽ pretor. q: ſi vellet, hoc poſſet: ſed in dubio hoc velle non
cẽſet, vt in tantũ preiudicet partibus, ex quo propter ſolũ deti-
nere habet intentũ ſuũ. Nos ob. q̃d facit iudex, facere videtur
pars. ff. de cui. ⁊. ſi ob cauſam. q: id verũ eſt: latius tamen inter-
pretaẽ factũ partiũ, quã iudicis. Et hoc tenet Jo. And. ⁊ Bar.
in. l. intereſſe. niſi de voluntate iudicis aliud appareat. alias hoc
expreſſum de ſeque. poſ. ⁊ fruc. c. j. Fatetur tamen Jo. an. hic, ꝙ
licet perdaẽ poſſeſſio ſuis caſibus: non tamẽ perdunẽ benefi. ia
poſſeſſoris cõpetentia tẽpore ſequeſtri: puta ꝙ ſibi non incum-
bit onus probãdi, ⁊ ꝙ actore nõ probante abſoluatur, ⁊ his ſi-
milia. Tolliẽ tñ, ſecundũ Legiſtas, onus ſequeſtri neceſſarii ſo-
la ſatiſdatiõe. ff. de offi. preſi. l. ſenatus. in fi. C. de agri. ⁊ cẽ. l. litte-
bus. dicit Jo. An. ꝙ hoc nõ procedat in caſu cle. j. de ſeque. poſ.
⁊ fruc. ⁊ ipſe no. in Spe. ſuper rubrica de ſeque. poſ. c. ij. Et hoc,
quia iſta ſequeſtratio non eſt ſimpliciter permiſſiua, ſed prece-

ptina cū adiectione penarū ex cauſa, ne vitioſe incumbat poſſeſſori beneficiū. de eo, qui mit. in poſ. cum quis. lib. vi. ⁊ ne in petitoris grauamen habentis pro ſe ſententiā litē protelet, ſumptus litis faciens ex fructibus beneficij. De materia ſequeſtrationis plene p Jo. Mo. ſup regula, locupletari. de reg. iu. li. vi. ¶ Tertio dicit ibi gl. ꝙ cōtra ſequeſtrū poteſt agi depoſiti. Hoſti. dicit ꝙ ante cōpletam cōditionē ſequeſtri, que eſt vt vincenti detur, ſi per partē ſtat, quo minus ſententief, datur preſcriptis verbis contra ſequeſtrum. ff. de dolo. ſi oleū. vel cōtra partem de dolo, vt ibi. Si poſt completā conditionē, agendum eſt cū ſequeſtro depoſiti ſequeſtraria. ff. depoſi. l. et, apud quē. §. i. ⁊ l. ſi in alia. §. cuius ſequeſtri. Nulla ergo hic actio cōpetebat cōtra ſequeſtrū: q: nōdū vicerat, nec ſteterat per milites, quo minus vinceret, ſecundum Hoſt. ¶ Quarto dicif ꝙ contra ſimplicem detentorē daf rei vendi. Aduerte, contra naturaliter ⁊ ciuiliter poſſidētē abſq; dubio datur, contra naturaliter poſſidentē alias detinentem, idem, vt no. ff. de rei vendi. in rubri. cōtra ciuiliter etiā poſſidentē datur, vt ibi no. ⁊ no. in. l. fi. C. vbi in rem actio. ⁊ in pluribus aliis locis. ⁊ in Spe. de acti. ⁊ peti. §. i. ver. is, qui. in. vi. col. vbi Jo. and. in addi. dicit Azo. idē tenere in Summa, de rei vē. Nec obſt. ꝙ non habet facultatem rei tradende: q: habet facultatē animo relaxandi ciuili. l. ſi quis vi. §. differentia. ff. de acq. poſſ. Contra etiam ſolū detentorem datur, vt hic. ⁊ l. officium. de rei ven. ⁊ tenet hoc Archi. xū. q. i. §. ſed notandum. Hec vera, quando habet detentor facultatē rei reſtituende, vt dicit tex. in d. l. officiū. ad fi. Jnn. in commodato, ⁊ aliis detētoribus, fateri videtur hoc verū, ſi non cōſtat, eum non poſſidere, vel nō liquet pendente iudicio Et hoc eſt planū: q: in dubio detinens preſumitur poſſeſſor. Hec colligunt ex his, que no. in. c. qm̄ frequenter. §. qḋ ſi ſuper. in gl. ſuper verbo, ſup rebus. ibi: cōmodatarius autē. Et ratio colligif ex his, que no. de priui. cum olim in verbo, dederat. in fi. gl. Si autē iudicio pendente, vel ante cōſtet eū nō poſſidere, nō conuenit rei vēdicatione. Et ſic dicit debere intelligi. l. officiū. in fi. Legiſte per illā legem cōmuniter damnant illud dictū: ſed nō intelligunt. Hec eſt mens Jnn. antequā eſſet inuentū remedium nominationis in iudicio, indiſtincte detentor conueniebatur: q: habebat facultatē rei reſtituende. Modo autē habet priuilegiū, ne cogatur ſubire preiudicium, nominando dominū in iudicio. Eſt ergo ſenſus Jnn. ꝙ ſi nō conſtet, detentorē eſſe detentorem, ꝙ preſumitur poſſeſſor, vt dixi, nō auditur, niſi aliquā faciat fidē ꝙ ab alio detineat, nominando dominū in iudicio: audiretur tamen hoc probando. Ex his apparet, an contra miſſum in poſſeſſionē poſſit agere rei vendi. Hoſt. vt recitat Jo. An. de do. ⁊ contu. cōtingit. tenet ꝙ ſic, per dictā l. officium. ad fi. Fatetur ꝙ nō reſtituet, niſi ille preſtet cautionē, ſi actor euinceret intra annū, rē reſtitui. ff. de rei vē. l. ſi is, a quo. Cautum tū dicit ꝙ vocetur poſſeſſor, vt ſi voluerit, rē defendat. Jnn. in d. c. quoniam. in verbo, poſſeſſionem. tenet cōtra: q: miſſus ſolus non detinet: imo ipſe cum alio antiquo poſſeſſore rem cuſtodit: ⁊ ſic non habet facultatem rei reſtituende: q: tāquam cuſtos, ⁊ cum alio. ff. de dam. infec. l. ſi finita. §. ſi quis autē. ⁊ allegat pro ſe. d. l. officium. in fi. Primum ergo procederet, quādo
21 ſic eſſet miſſus, ꝙ ſolus haberet detētionem. ¶ † Uenio ad ſecundū intellectū. gl. dicit ſecundo intelligi ꝙ hic agebat confeſſoria. Ad cuius declarationē dic ꝙ eſt dare negatoriā, ⁊ confeſſoriā, que cōpetit pro iuribus vendicandis in re. Et dicit ꝙ confeſſoria daf aſſerenti ſibi ius in re: negatoria datur negāti alteri ius eſſe, ⁊ dicenti rē liberam: ⁊ dicit qḋ habet naturam, vt detur nō poſſidenti, ad conſequendā poſſeſſionem iuris, vel rei ratione iuris: ⁊ datur etiā poſſidenti ad tuendū ſe aduerſus moleſtātē. ff. ſi ſerui. vend. l. ſicuti. §. i. ⁊ l. ſi forte. §. i. ⁊ l. ſicuti. §. ſed ſi queraf. Uñ dicit gl. hic, nobilis vir egit negatoria, negando ius debere militib⁹, ⁊ aſſerēdo eos poſſidere, ⁊ petēdo vt poſſeſſio ſibi reſtitueretur. Jn hoc male egit, inquātū petebat poſſeſſionē reſtitui: ⁊ ſic intētio fuit inepta, licet actio fuiſſet apta. De hac materia, cui cōpetat cōfeſſoria, vel negatoria, ⁊ an in terminis noſtris eſſet negatoria, vel cōfeſſoria, patet ex his, que no. ī. de ver. ſign. abbate. ⁊ no. de oper. no. nun. l. ſi prius. Huic intellectui obuiat, ſecūdū Hoſt. quia iſte actiones cōpetūt dominis prediorū. ff. ſi ſerui. ven. l. ij. §. hec autem actio. At patronus dñs nō eſt. Dicit Goſ. ⁊ Hoſt. hoc verū in directis: vtiles vero cōpetūt nō dñis, vt conductori vectigalis. ff. de ſerui. l. et, qui. Uel dic ꝙ licet non habeat dominiū eccleſie, habet diuum illius iuris. Uel dic, illa iura loquunf in ſeruitutibus realibus, q̄ debenf a re rei: quo caſu oportet ꝙ agens ſit dominus fundi dominantis. Jn perſonalibus autē ſufficit eſſe dñm iuris, vt patet in vſufructuario. ff. ſi vſufr. pet. per confeſſoriā vel negatoriā. per totum. Jntentans ergo iura hec, caueat an aduerſarius poſſideat rē ratione iuris: ⁊ debet agere, ⁊ cōcludere poſſeſſionē reſtituēdā eccleſie, vt libere illo iure [illegible] Aſ poſſideat. ſ. agens, vel alter, ⁊ concludat, ne moleſtetur: alias licet ſibi actio cōpeteret, intentio foret inepta, concludendo ad reſtituendū. Sed huic intellectui obuiat litera ibi: nec rei vendicationem intentare, nec poſſeſſionem. ⁊c. q: exponendo rei vendi. vel confeſſoriam, vel negatoriā, illa poterat intentari, licet nō poſſet concludere ad reſtitutionem poſſeſſionis. ¶ Tertius intellectus ꝙ actio, ⁊ intētio erat inepta, eo q: pro iuribus incorporalibus nō datur rei vendicatio, ſed datur cōfeſſoria, vel negatoria. l. i. §. per hanc. ⁊ l. vendicatio. ff. de rei ven. Hic autē egit rei vendicationē, ⁊ cōcluſit in ea ad reſtituendā poſſeſſionē: actio fuit inepta, q: rei vendicatio pro tali re non cōpetebat. Itē ⁊ intentio: q: dato ꝙ competiſſet, non datur ad reſtituendā poſſeſſionē contra nō poſſidentem. Et proportionaf hic intellectus litere, que ponderare videf duos defectus, ⁊ reſpectu actionis ⁊ reſpectu intentionis. ſ. nec rei vendicationē ⁊c. Non tenet Jnn. hunc intellectū: q: litera hic innuit ꝙ etiam pro incorporalibus cōpetat rei vendicatio: ſed hic inepte proponebat. ſ. agendo ad reſtitutionē poſſeſſionis, contra nō poſſidentes, ratione iuris enim in re datur rei vendicatio. ff. de contrahē. emp. l. qui tabernam. ſecundū eum. ff. de leg. i. l. ſi domus. Et ſi fuiſſet actio, patuiſſet defect⁹ libelli a principio, nō in probationibus: ⁊ ſic a principio debuiſſet reiici. ¶ Quartus intellectus, ꝙ hic agebat quādā actione reali, ſeu in rem, que dicitur vendicatio lata: non tamen in totū ſapit naturam rei vēdi. q: datur pro iuribus in re. l. i. §. per hanc. ff. de rei vendi. Et hec non ex toto habet naturam confeſſorie: q: illa datur etiam poſſidēti, illa non poſſidenti ad rem vendicandam. de qua. ff. ſi vſufructus petatur. l. vlt. §. fi. Inſti. de actio. §. i. de exceptio. cum venerabilis. de maio. ⁊ obe. inter quatuor. Actio ergo erat apta, ſed intētio erat inepta de hac actione in rē generali facit Jnn. mentionem. ſ. de reſti. ſpol. cum cauſam. in verbo, dominium. alleg. ff. de mor. infe. l. i. de religi. ⁊ ſum. fune. l. ſi ſepulchra. qḋ no. Sic ergo, quia intentio eſt inepta, licet nō actio, bene pronunciaf intentionē ſuā non tenere. ff. ſi menſ. fal. mo. di. l. i. Unde propter hoc actio dicif inepta, q: intentio eſt inepta. ¶ Quintus intellectus, ꝙ hic egit exprimendo ſe agere rei vendi. ⁊ in ſubſtantia actionis nō defecit: q: hoc verbū eſt aptū cōprehendere ⁊ confeſſoriā, ⁊ negatoriam. Et ſic indubio debuit libellus interpretari Sed habuit intentionem ineptam: q: licet confeſſoria competat, ⁊ vendicatio lata poſſeſſori: non daf tamen ad poſſeſſionem vendicandā contra nō poſſidentem, vel poſſidenti ad petendā poſſeſſionē. Jdeo papa bene pronūciauit ſuam intentionem non tenere. ⁊ ſic pronunciat. ff. ſi menſ. fal. mo. di. l. i. §. i. Et propter hoc dicif actio inepta, q: intentio eſt inepta: qḋ ex ipſa actione apparuit. Quando enim confeſſoria cōpetat etiam poſſidēti, dūmodo ius habeat in re: vt patronus, qui agere pōt contra eū, qui prohibet vti iure patronatus, vel ſe ibi obeuiit. ff. de rei vend. l. i. §. hoc autē. ſi vſufr. pe. l. vlti. ff. ſi ſerui. ven. di. l. loci. §. ſi quis mihi. ⁊ l. ſi quis diuturno. Sed cum iſte M. nō tantum ius, ſed etiā poſſeſſionē haberet, vt probatū eſt: male intentauit rei vendicationē, vel confeſſoriā. Habetur ergo tres intellectus principales. Primus, ꝙ actio erat apta, ſed intētio inepta. Secundus intellectus, ꝙ ageret rei vēdicatione, vel confeſſoria, vel vendicatione lata, vel q: generaliter fuit propoſita vendicatio. ⁊ ſic ſubdiuiditur in quatuor. Altius, ꝙ erat inepta actio, ⁊ intētio. Dicit hic Jnno. ꝙ poterat agi vti poſſidetis. ſ. pro moleſtiis. Hoſt. dicit ꝙ melius ſibi cōpetit quaſi vti poſſidetis. ff. ſi ſerui. vendi. l. ij. §. Pompo. Uel ſecundū eum, dabaf ei officium iudicis. ſ. de offi. iudi. c. ij. ſecundum Goſ. Sed dicit Hoſt. ꝙ Canoniſta non habet de his curare, cum non habeat actionē proponere in iudicio. ſ. eo. dilecti. Et iſte aduocatus fatuus fuit exprimere actionē, forte vt videretur Rabbi: qui ſi tacuiſſet, philoſophus fuiſſet, ſecundum eum. ¶ Pro declaratione materie huius videnda ſunt plura. Primo, que ineptitudines vitient libellum. Secundo, de modo ſententiandi, ⁊ quando ſententie-
22 tur. Tertio, de effectu ſententie ſup ineptitudine libelli. ¶ † Ad primum dic ꝙ quando libellus eſt ineptus ratione ſolennitatis, de qua in criminali. ij. q. viij. libellorum. ⁊ ff. de accuſ. l. libellorū. Jn ciuili de libel. obla. c. i. ⁊ in cle. ſi. de verb. ſigni. hoc abſq; dubio vitiat libellum. Quandoq; datur ineptitudo forme reſpectu narrationis, ⁊ concluſionis, vt quia narratio nō proportionatur concluſioni: dicit ſe dominum, ⁊ concludit ad dandū: vel dicit ſe poſſeſſorem, ⁊ concludit damnari ad reſtituend. ſibi poſſeſſionem: ⁊ adhuc vitiat, vt hic, ⁊ l. i. §. i. ff. vti poſſide. Si tamen libellus eſt ſine concluſione, ⁊ habeat ſolam narrationem: dicunt aliqui quod non vitiatur libellus. not. gloſ. ff. de accu. l. libellorum. C. de accu. in cauſis. Barto. in. l. quid ergo. §. pena grauior. ff. de his, qui notan. infam. ⁊ maxime in poſſeſſorio not. Joan. §. queſtio. iij. qui. preſulatus. ij. de ordine cognitio. cum dilectus. ⁊ quod ſcribit Jnnocen. de ſepul. in noſtra preſentia. Et hoc tenet Jnnoc. de lit. conteſta. cap. primo. quod dixi in ma-

xime

xime verſ, quãdo de iuribus agitur, vt vbi cõfeſſoria, vel nega
toria intentatur. ff. ſi viuſfruc peta. l. vti frui. tutius tamẽ eſt ali-
quid petere. ꝭ. q. i. notũ. i. q. iiij. quia preſulatus. Hoſtien. in di-
cto cap. i. dicit libellũ nõ recipiendũ, in quo nihil petitur: cũ ſine
petitione condemnari non debeat. ff. communi diuidun. l. vt fun
dus. nec in alio, quam petitum eſt, poteſt condẽnari. ff. de fidei-
cõ. lib. l. ſi. niſi forſan de ſpiritualibus, ⁊ inter religioſos agat. de
quo de iudi. dilecti. ⁊ quando factum corã papa proponitur.
Bart. in l. libelloꝝ. remanet quod in criminali procedat libel-
lus ſine cõcluſione, per l. j. in fine. ff. ad Turpil. Et ſimiliter dicit
in ꝭ. pena grauior. quod iudex non habet ſequi concluſionẽ par
tis. quod no per dictã l. j. in fine. ff. de poſtu. quos prohibet. Pu
to quod i̇ his, in quib⁹ iudex ex officio ſupplere poteſt, ſufficiat
libellus ſine concluſione: ⁊ in talibus credo quod alterare poſſit
petitionẽ, ⁊ concluſionẽ partis, vt notanter dicit Barto. in dic-
to ꝭ. pena grauior. quod bene nota. Unde ſi inepte concluderet,
Iudex ex officio apte ſuppleret: dũ tamẽ factum eſſet ſic propo
ſitũ, ꝙ iudex de concluſione iuris eſſet certus. Si ſumus in ca-
ſibus, in quibus iudex nõ habet ſupplere, oportet ꝙ pars con-
cludat aliquid petendo: quia per petitionẽ in iure propoſitã, ⁊c.
C. de iudi. l. rem non nouã. C. de lit. conteſta. l. j. alias nõ eſſet dare
cauſam, quare cõteſtatio nõ induceretur per reſpõſionẽ ad poſi
tionẽ. quod negat tex. de lit. conteſta. cap. primo. Hec procedũt
maxime, quando pars nõ poteſt concludere obſtãte iuramento:
⁊ nõ deficit officiũ iudicis. de iureiuran. ad noſtram. ſi tamen nar
ratio ſtrictior, quã concluſio, attenditur libellus reſpectu con-
cluſionis, ⁊ nõ narrationis. de foro compe. ex parte B. de dili.
litere. ⁊ no. Dy. in regula, nullus pluribus. de reg. iuris. libro vi.
Ideo dicit Cy. de proba. cũ te quod narrata ſuperflua vltra con
cluſionẽ libelli non ſubijciũtur neceſſitati probandi. Allegat de
appel. ſcio. ⁊ l. magiſtrat⁹. de ver. obligati ⁊ ſi narratio eſſet ſtric
tior, quam concluſio: ad huc attenderetur concluſio. argumen. l.
prime. ꝭ. ſi ſtipulanti. ff. de verb. oblig. ad hoc quod not. Cal. de
ordi. cogni. cum dilectis. Generaliter autẽ hec concluſio proce-
dit, Peto mihi iuſtitiam exhiberi, licet aliter cõcluſio non ſpeci
ficetur. de offi. ordina. c. j. de ordi. cogni. cũ dilectus. vbi per Jn.
Et conſulo quod in libellis ponatur etiã poſt ſpecialem conclu
ſionem, ⁊ multum iuuat libellos. Conſulo ⁊ quod ponatur iſta,
que communiter etiã hodie ponitur: Peto predicta omni iure,
modo, ⁊ forma, quibus melius poteſt, ⁊ debet. Puto tamẽ ꝙ
licet libellus aliquo caſu non procedat ſine cõcluſione, ⁊ ſemper
procedat ſine narratione, ſi habet concluſionẽ: quia cõcluſio nõ
concludit niſi narrationem: vt ſi dico, Peto te condẽnari ex mu
tuo ad cẽtum. Sed eſt dubiũ, quid ſi concluſio fieret ſuper execu
tione: vt, Peto eum cogi, ⁊ compelli: antequam petatur condẽ-
nari. Bart. in l. prima. C. de except. rei iudi. dicit ꝙ nõ procedit:
vt in l. ſi cũ nulla. ff. de re iudi. per iſta iura, que dicũt ante nõ de-
bere executionẽ fieri, quã fiat condemnatio. Satis poteſt ſalua
ri libellus intelligendo ꝙ petita executione, per prius videatur
petita cõdẽnatio, ex quo narratio eſt ad hoc apta: quia executi
ua ſupponũt diſpoſitiua precedere. Ad hec. ꝫ. cap. primo. l. illud
ff. de acquir. hered. de ſponſa ex parte. no. gloſ. de religio. domi.
conſtitutus. in verbo, iuxta ratum. verſicu imo ſatis. Ad hoc ꝙ
no. Barto. ff. de rei vendi. l. ex diuerſo. vbi dicit quod ſi peto rem
eſſe meã, quia dominus, videor per prius petiuiſſe me dominum
declarari, quaſi hoc ſit preambulum neceſſarium. Item ſi dico,
Peto cogi, ⁊ compelli: quia poteſt intelligi cogi via executiua:
⁊ hoc redderet petitionẽ ineptã, ⁊ via condẽnatiua: ⁊ hec apta
in dubio interpretari debet deducta. Ad hoc l. prima. ff. de rei
vendi. Nõ obſtat l. ſi cũ nulla. ff. de re iudic. vbi dicit Bar. ⁊ dicta
l. prima quia ibi conſtabat agentem velle executionem ante con
demnationẽ. Idem ſi diceret. Peto cogi, ⁊ cõpelli, ⁊ ad pdicta
condẽnari: quia prepoſteratio non vitiat. ff. de heredi. inſtitu. l.
talẽ de ſolu. l. nec ordo. ꝫ. de reſcriptis. cauſam. vt dicit Barto.
in dictis alleg. Omiſſio autem petitionis executionis nõ vitiat
libellũ: vt nota. de reſcriptis. cle. auditor. in prima glo. Nec puto
prepoſterationem narrationis ad concluſionẽ, vt quia narratio
nẽ precedat concluſio, vitiare libellum. de reſtitu. ſpol. literas. de
exceptio. cum venerabilis. Quandoq̃ libellus eſt ineptus reſpe
ctu cauſe: ꝗ nõ pcedit libellus: vt ſi dicerẽ. Ago, quia rex eſt in Frã
cia: vel, quia Caius talia promiſit. no. ꝫ. e. dilecti. Unde dicit Gui.
de Su. ar. in l. edita. C. de edẽdo. ꝙ ſi quis ſuccũbit ſuper inepta
cauſa deducta in libello, ſicut ſuper inepta actione: q̃ cauſa ſub
rogatur loco actionis. de cõſtitu. eccleſia. Ad hoc l. prima. ꝭ. hec
actio. ff. ſi quis teſta. li. eſſe iuſ. ff. de donat. inter vir. ⁊ vxor. ſi do-
nate. in princi. Quandoq̃ libellus eſt ineptus reſpectu cauſe, ⁊
actionis, vt quia contra mẽſorẽ narro me locaſſe, ⁊ peto cõdẽna
ri ex locato, contra quẽ illa non compelit, ſed actio preſcriptis
verbis. ex edicto, ſi menſor. vel l. j. ⁊ i. ff. ſi menſor falſum modũ dixe.
Quandoq̃ eſt ineptus in actione ad cauſam, vt quia cauſa in le

apta, actio inepta ad cauſam, vel econuerſo: ⁊ adhuc ſi opponi-
tur, libellus nõ eſt admittendus, vt dicam infra Quandoq̃ li-
bellus eſt ineptus actionis: ⁊ poteſt eſſe multipliciter. Primo,
vt q̃ narro concludentia actionem, ⁊ peto condemnari officiũ
iudicis implorando: ⁊ talẽ actionem, vel obligationem non ſup
ponit: vt. ff. de actio. emp. l. qui per colluſionem. Sed ſaluatur, q̃
videtur intentatũ officium actioni deſeruiens, vt dicit Butrig.
in l. harum. ff ſi ſeruit. vendi. C. de vſuris. l. iu. ⁊ l. in contracti-
23 bus. ex quibus can. mato ❡ † Secundo modo eſt inepta actio
reſpectu materie, ſuper qua intentatur, quia rei vendicationem
intento pro re incorporali: ⁊ ſi hoc conſtaret, reijceretur libellus.
Si tamen nõ conſtat, verbũ Uendicatio, latiſſime ſumptũ com
prehendit confeſſoriã: ⁊ procedit libellus, dũ tamen intentio ſit
apta, vt dixi ſupra poſt Inn. ❡ Tertio modo actio dicitur ine
pta reſpectu intentionis, quia narratio, ⁊ cõcluſio ſunt apte, ſed
reſpectu facti deficit intẽtio: q̃ narro Titium poſſidere, dico me
dominum, ⁊ peto condẽnari ad reſtitutionem. Hic libellus ab
initio procedit, ſed conſtito ꝙ intentio ſit inepta, q̃ ille non poſ-
ſidet, ſed ego, reijcit agens, ⁊ pronuntiatur intentionẽ non te-
nere, vt hic. Uel dicitur ſibi, ne ſe fatiget in proſequẽdo. de reſtit.
ſpo. c. i. Idẽ ſi deficiat in directorio actionis. ❡ Quarto modo
eſt ineptitudo actionis reſpectu iuſtitie: q̃ narrat ius cõpetere,
⁊ vere nõ competit: tunc ſi defectus iuris eſt notorius, non pro-
cedit, ⁊ reijcitur libellus: vt no Innoc. hic in additio. ⁊ in. c. j. de
officio vicarij. de libel. obla. c. ij. Si non eſt notorius, procedit
libellus. ff. de inoffic. teſta. l. poſthumus. ꝭ. i. ff famil. erciſc. l. cum
putarem. Quandoque libellus eſt ineptus reſpectu modi agen-
di, vt quia non eſt proportionabilis via agendi ad id, ad quod
agitur, licet alia proportionetur: vt quia poſſum accuſare, eli-
go viam denuntiandi: vel poſſum denuntiare, eligo viam accu-
ſandi: ⁊ non procedit libellus. de deſponſa. impube ad diſſol-
uendum. Puto tamen quod ſi talis ſit materia, in qua iudex
ex officio ſupplere poſſit, ꝙ ſi ſint talia narrata, ex quibus iudi-
ci innoteſcat: q̃ reiecta concluſione accuſationis poterit proce-
dere, vt ſuper intimationis, ⁊ denuntiatione quadam: vt eſt ca-
ſus recte intuenti in. d. c. ad diſſoluendũ. Si tamen libellus com
prehendere poſſet duas vias: vnam cõpetentem, alterã incom-
petentem, adhuc procederet libellus, vt ſuper competenti: quia
libellus eſt diuiduus, ⁊ indiuiduus, vtile non inficitur ab inuti-
li: vt in regula, vtile. ⁊ no. in d. c. ad diſſoluendum. ad hoc de re-
ſcriptis. inter ceteras. ad hoc. l. ſi a te. ꝭ j. de exce. rei iud. ❡ Ue-
nio ad ſecundum, circa quod videndum eſt, Primo quando ſu-
per ineptitudine libelli ſit ſententiandum. Secundo qualiter.
Tertio de effectu ſententie ſuper ineptitudine: ⁊ cum hoc expe-
24 dio. gl. vltimam. ❡ † Opp. ꝙ iudex ſtatim debeat lacerare libel-
lũ, ⁊ ſententiare ſuper ineptitudine. ꝫ. eo. cauſam. ff. de offi. aſſeſ.
l. j. de deſpon. impub. ad diſſoluendum. de elec. conſti. Gl. dicit ꝙ
ſi ineptitudo eſt ſolemnitatis patens ex ſerie libelli, vel alias no
toria, iudex debet illam ſtatim reijcere, que dicit vera Inno. ſine
appareat ineptitudo, ex forma libelli. Idem ſi notoria eſſet ine-
ptitudo licet non propoſita. ꝫ. de officio vicarij. capitu. j. ⁊ quod
ibi no. Dicit autem ꝙ reijcit libellum, abſoluendo reum ab in-
ſtantia iudicij, ⁊ condemnando actorem in expenſis. ff. de iudi.
l. eum, quem temere. Dicunt etiam aliqui, vt Inn. ꝙ iudex po-
teſt libellum dentibus lacerare: vt not. in ill. l. i. ff. de offic. aſſeſ. ⁊
hoc maxime, quãdo ex tenore libelli patet defectus poteſtatis,
ſeu iuriſdictionis: quo caſu facto iudicat libellum inciden dũ. gl.
q6. i. ſacerdotibus. Sed ſi libellus, ſeu libelli ineptitudo eſt du-
bia, ſtatim nõ eſt reijciendus libellus: q̃ licet iudex ſupplere de-
beat de iure: de facto ſupplere nõ debet. Suppleret autem de fa-
cto, quicquid ſentiat Abb. ⁊ Hoſt. ſi suppleret factum dubium
vt certũ, ſupponẽdo, ⁊ propria authoritate examinãdo. Quan-
quam enim ſupplere de iure ſit reijcere libellum, q̃ eſt ineptus,
non eſt ſupplere de iure examinando factũ dubiũ, ex quo ſurgit
libelli ineptitudo. Non putat tamen Inno. libellum ineptum, ſi
nec actor, nec reus poſſideat. vt lite non conte. quoniam. ꝭ. q6 ſi
ſuper. ⁊ ſic falſitas cauſe non reddit petitionẽ ineptã, niſi ſit no-
toria. Erit autẽ notoria, vbi pendente iudicio detecta eſt inepti
tudo, ſententiando intentionem non tenere: vt dicit hic gl. Et ſic
debet intelligi, ⁊ declarari qđ ſcribit Spe. in tit. de offi. iudi. ꝭ de
ſen. ver. in ſententia quoq̃ prolatione. Et idẽ tenet Fre. le ſuo cõ-
ſil. c. Si tamen quoquo modo tolerari poteſt, petitio admitten-
da eſt: q̃ interpretãdus eſt libellus pro actore. ff. de iud. l. ſi quis
intentione. ⁊ l. ſolemnus. ſecundũ Inno. Et ſi dubitetur quomo-
do hic erat ineptitudo: dicit Inno. ꝙ apparet eo quia ſuper tali
libello non poteſt aliqua promulgari ſententia condemnatoria,
vel abſolutoria. Si enim abſoluat reum: non prodeſt ei: quia nõ
poſſidet: ⁊ ſic non prodeſt ſententia. Et ſi poſtea poſſidere ce-
perit, eidem agenti non obſtabit exceptio rei iudicate, pro-
pter nouam poſſeſſionem. Item cum condemnare non poteſt

propter impoſſibilitatem ſententie, ⁊ contra ius vt rē reſtituat, quam non poſſidet, nec poſſedit. vel ad minus dolo non deſiit
25 poſſidere. ¶ † Ad ſecundum, qualis erit ſententia: dic quod vbi ab initio eſt notoria, vel apparens ineptitudo ex forma. ſententia erit interlocutoria ab obſeruatione iudicij cum condemnatione expenſarum. Poterit etiam facto pronuntiare, lacerādo libellum, vt hic dicit Inn. ff. de aſſeſſ. l. i. vel irridendo xl. q. i. c. ſacerdotibus. Si libellus eſt ineptus, ⁊ notoria iniuſtitia, ſatis puto quod poterit ſententia ferri diffinitiua, tanquam ſuper notorio, ita ꝙ non erit tantum interlocutoria. Facit quod dicā de exceptione litis finite. j. de excep. paſtoralis. ⁊ quod no. de lit. conteſt. c. j. lib. vj. Quandoqꝫ libellus non eſt euidenter ineptus ex ſui ſerie, vel forma: quia formaliter narratur, ⁊ concluditur: ſed detegitur in probationibus ineptitudo in intētione, vel directorio actionis. Petrus dicit ꝙ formalis pronuntiatio eſt, vt ſiteris dicit, vt pronuntietur, intentionem non tenere. Quod ſequitur hic Inno. ⁊ Spec. in loco proxime allegato, videlicet in dicto ver. in ſententia. Et dicit Petrus ꝙ erat interlocutoria, ⁊ quo ad inſtantiam tantum, vt patet hic: q꞉ aptam proponere poteſt, ſecundum Pet. Puto ꝙ ſi ſuper libello pronūtietur aliquid pro actore, vt quia feratur declaratoria pro eo (quod fieri poteſt, vt dixi ſupra) ꝙ hec erit diffinitiua. Si pronuntiať contra actorem tantum, videtur ꝙ ſit diffinitiua: quia non ſolum finit inſtantiam, ſed ius agendi. Nulli enim eſt dubiū. hanc ſententiam fore diffinitiuam, per quam quis in reali abſoluitur, q꞉ non poſſidet: ſicut illam, quia non probauit quicquid ſenſerit Inn. de offi. dele. cum contingat. Unde non debet pronuntiari, abſoluendo ab obſeruatione iudicij: ſed pronūtiabitur, intentionem nō tenere. vt hic dicit Inn. ⁊ Speculator in loco preallegato. Non obſtat ſi dicatur: Non eſt diffinitiua: quia ſi poſtea aptam producat, auditur: q꞉ dico prout prius agebatur ex illa diffinitiua eſt: ⁊ niſi mutet actionē, ſi ijſdem terminis vt prius, non auditur: nūquam enim illā iterare poterit, niſi noua ſuperueniat poſſeſſio ex parte rei: ⁊ tunc noua dicetur actio, ⁊ ex noua cauſa, nō ex antiqua. de exce. aduerſario. Niſi dicamus eam interlocutoriam hoc reſpectu, quia non tollit ſubſtantiā actionis, ſed ſolum ius actionem dirigendi. Hinc eſt, quod, vt dixi, poteſt ferri ſententia pro actore, vbi probauit intentum reſpectu iuris ſui: ergo abſolutoria non totaliter finit ius actoris: alias illa agere non poſſet, ſuperueniente noua poſſeſſione. qđ eſt falſum: vt l. d. l. ſi a te. §. j. ⁊ de except. aduerſario. Quod tamen non puto tutū: cum negari non poſſit quin ſemper oporteat cauſam agendi mutare, ſi agere velit ſuccumbēs: ibi autem dubium eſt, an ſententia fuerit ab obſeruatione iudicij, vt quia ſimpliciter reus fuit abſolutus. Si inepta eſt petitio, in dubio preſumere debemus eam latam propter ineptam petitionem: quia ſecundum precedentia intelligi debet ſententia. ff. de ſuſpe. tuto. l. hec enim no. de elec. ſuper eo. ⁊ in regula, in penis. de regu. iur. lib. vj. ſicut dicit Specu. in tit. de officio iudicis. §. deſeruit. ver. quid ſi iudex. ad hoc gl. in. l. j. §. j. ff. ſi men. fal. mod. dix. ⁊ vbi ex actis non pateret, dicit Spec. quod poterit hoc probare per iudices, ⁊ conſiliarios cauſe, argu. l. iij. ff. de ſuſpec. tuto. Unū aduerte, quod ſententiando debet exprimere cauſam, quando abſoluit ab obſeruatione, vt hic eſt caſus, adeo, ꝙ ſi non exprimit Io.
26 And. tenet in c. fin. de dolo. quod non valet ſententia. ¶ † Ad tertiū de effectu ſententie ſuper inepto libello, an ſi ſuper eo pro actore pronūtietur aliquo caſu valeat ſententia. ⁊ an pronūtiari poſſit. Hanc queſtionem tangit Spec. in titu. de offi. iudi. §. deſeruit. ver. quid ſi iudex. vbi dicit quod quandoqꝫ libellus eſt ineptus reſpectu rei petite: quia ius, quod petitur, non proportionatur ad rem: ⁊ tunc Spe. dicit quod ſi actor probat eius intentum, ⁊ actio poteſt quoquo modo proportionari intentioni agentis, puta ſi per confeſſoriā petuntur vſusfructus earum rerum, que vſu conſumuntur: ſi probet vſumfructū, cōdemnabitur ſibi aduerſarius, licet improprie petierit vſumfructū: quia vſum petere debuit. ff. de iureiurando. l. ſed ⁊ ſi poſſeſſori. §. penul. Si non poteſt adaptari negotio, de quo agitur, abſolutio eſt facienda, vt ſupra dictum eſt. Et ſi ferretur ſentētia ſuper probato, non teneretur, tanquam ſuper non deducto. Attende tamen quod ſi verba libelli forent generalia, ⁊ incerta reſpectu rei, ⁊ aliquid certum probaretur, illud videretur deductum, quod eſt probatum, vt dicit Bart. in l. inter ſtipulantem. §. j. ff. de ver. oblig. Sed an teneat condemnatio, vel ferri poſſit: dic quod quandoqꝫ eſt ineptus ex ſerie libelli, quia patet defectus iuris agendi notorius, ⁊ impoſſibilitas inſtantie, vt quia filius agit contra patrem, cū quo lis nulla eſſe poteſt. ff. de iudi. l. lis nulla. ⁊ tunc non tenet ſententia ſuper inepto libello. Idem puto, ſi ex cauſa notorie deficiente eſt ineptus, quod nō valeat. de cenſi. lic. cauter ceteras. de appel. ſolicitudinem. §. ſi vero. Secus ſi non eſſet notoria. ff. famil. erciſ. l. cum putarem. ff. de inoffi. teſtamen. l. ſi quis poſthumus. dicit gl. Inſti. de oblig. circa prin. Quandoqꝫ libellus eſt ineptus ratione forme: vt quia deficiūt formalitates libelli: ⁊ ſatis puto quod nō poteſt ſuper illo pronuntiari, quantumcunqꝫ conſtet ſuper eo de intentione agentis: quia deficiente forma libelli deficit petitio, ⁊ conſequenter lit. conteſta. ⁊ fundamentum, ſuper quo eſt dicenda ſententia: vnde hec eſt de ſententijs, que reddunt iudicium retro nullum, vt dicit Butri C. de procu. l. licet. vbi dicit quod exceptio libelli male concepti poterit opponi quandocunqꝫ. Allegat. l. lib. eloꝝ. ff. de accu. vbi nomen rei abolet̄ur patente ineptitudine libelli: ergo ⁊ poſt litem conteſtatam admittitur talis exceptio. Quandoque libellus eſt ineptus ex intentione, vel directoria actionis, ⁊ inquantū fertur ſuper ſubſtantia actionis declaratoria pro actore, valet ſentētia. l. ſi a te. §. j. ff. de exce. rei iud. Inquantū fertur contra eum, ſi agens haberet poſſeſſionem, inutilis eſſet ſententia: altero autem poſſidente: quantumcunqꝫ condemnaretur ad reſtitutionem poſſeſſionis, puto non valere ſententiam, tanquam continentē impoſſibilitatem. Non enim poſſumus dicere iſtum teneri ad intereſſe, tanquā liti ſe offerentem, cū ſemper negauerit ſe poſſidere: ⁊ ſic nō obſtat lex, is qui ſe litī. ff. de rei vendi. Quandoqꝫ libellus eſt aptus ex cauſa agēdi, ſed ineptus in actione: vt q꞉ dico me dominum, peto cōdemnari ad reſtitutionem rei, ⁊ hoc actione ex locato. Uel dico te obligatū, q꞉ depoſui: quare peto te cōdēnari, ⁊ hoc actione ex locato. Ioan. dicit ꝙ ſi probetur cauſa, ineptitudo actionis non impedit ſententiam ſuper cauſa apta. Nihil allegat. Hoc nō placet Hoſt. per hanc decre. ſed hic alia erat ineptitudo. Hoc tangit Spec. in tit. de actio. ⁊ petitio. §. ſequitur. ver. hoc quoqꝫ. vbi Io. And. tenet ꝙ valet ſententia, ⁊ promulgari poteſt: quia hec inutilis additio fit ex ſuperuacuo, inquantum deducit actionem: ⁊ ſic ſeparabilis eſt a cauſa: quia ſut actione, ⁊ cum cauſa agendi agitur. nō vitiatur ergo vtile ab inutili ſeparabili: vt in regula. vtile. de regu. iur. Et idem ibi Io. And. in addi. hoc tenet. Idem hic Cal. fatetur ꝙ ſi ab initio opponatur de ineptitudine, ⁊ illam nō remouet, repellitur: quia apparet ꝙ eius intentio eſt inepta, ideo non debet audiri. Allegat de conſe. diſt. iiij. ſi non ſanctificatur. Idem Cy. in l. j. C. vt que deſunt aduo. Contrariū conſueui tenere. ⁊ ſequi videtur Cy. in l. ij. C. loca. vbi ſi locator narrat ꝙ locauit, ⁊ petit ex cōducto, pro eo nō eſt ſententiandū. Probo hoc ex actione, qua agitur, nō ex ſola cauſa, circūſcripta actione. l. j. §. deinde. ff. de oſtau. Inſti. de actio. in prin. alias ſuperfluo fuiſſet actio introducta, ſi ſola cauſa ſufficeriſſet. Illa ergo expreſſa, vel ex eā tacita, collecta eſt illa, ex qua agitur, ſi actor cauſam exprimit aptam, ⁊ actionē ineptam, cauſam reſtringit ad actionem expreſſam, ⁊ excluſit tacitam. C. de dotis promiſ. l. ſi. ff. ſol. mat. l. ſi cum dotē. de. conſtitutionem. de ele. in cle. Non poteſt ergo pronuntiari ſuper cauſa, q꞉ ex illa non agitur, ſed ex actione: nō ſuper tacita actione ex cauſa ſurgente, q꞉ illa eſt excluſa per expreſſam: nō ex actione expreſſa, quia illa non eſt probata in iudicio. agitur, ⁊c. de cauſa poſſ. cum ſuper. Et ad hoc eſt quaſi caſus ſecundum vnum intellectum, de reſti. ſpo. cū ad ſedem. Hoc tenere conſueui. Reperio Io. de Lig. concordare opi. An cauſa comprehendatur in ſola narratiōe: vt dico ꝙ locaui, quare peto te condemnari, ⁊ hoc actione ex depoſito: ⁊ tunc nō poſſit ferri ſententia ſuper cauſa inepta: q꞉ in illa non reperitur apta cōcluſio in cauſa, etiam ſi repetať in cōcluſione: vt q꞉ dicat: Dico ꝙ mutuaui, quare peto de narratiōe mutui cōdemnari, ⁊ hoc actione ex locato: ⁊ tunc poſſit ſuper concluſione pronuntiari. Utrobiqꝫ procedit ratio, de qua. ſ. q꞉ ſemper ſe reſtringit ad actionem ineptam, ⁊ excludit aptā. Niſi dicatur ꝙ expreſſione inepte actionis nō excludať apta: quia inutili hominis prouiſione non excluditur prouiſio competens de iure communi. l. iiij. §. ex conuentione. ff. de eo quod cer. lo. ⁊ no. Cy. in l. ij. C. de iure emphy. ⁊ no. in l. ſi. de pac. Et hanc opi. ſequitur Bar. in l. j. ff. de eden. ⁊ hoc maxime de iure cano. in quo nō eſt neceſſarius vſus actionis: ⁊ ſic ex ſola cauſa agitur. Ideo procedit clare tūc dictum Io. And. ⁊ Cal. Si tamen ſententiaret, an teneret ſententia. Si ſuper cā apta, ⁊ probata, planū ꝙ valeret. ſi ſuper actione inepta, adhuc valeret, ſi reſpōſio ad libellū cōcluderet ad actionē: alias non. Hoc vera, vbi cauſa narrata eſt omnino diſproportionabilis ad actionē ineptā: q꞉ tunc actio non poteſt reſtringere cauſam, vel illā trahere ad ſe: ſed vbi cauſa narrata pōt adaptari actioni inepte, non ſequiť ſententia: q꞉ tunc actio reſtringit ſe ad cauſam: licet ⁊ apte poſſit proportionari: vt ſi narro ꝙ talis inuētus eſt agrū ꝓ pretio tāto: narratio hec poteſt proportionari actioni ex edicto, ſi men. fal. mo. ⁊ poteſt proportionari actioni ex locato. contra eum ago ex illo edicto, ſed non ex locato, ſed peto condemnari actione ex locato. Declaro ad quid mihi narrauerim metit᷑ de eo, qđ eſt: ⁊ ſi inepta eſt actio, ⁊ ex actiōe declaratur inepta cauſa: ⁊ fortius idem, ſi ſimul cauſa, ⁊ actio eſſet inepta, vt ibi. Sic intellige gl. in. l. j. ff. ſi men. fal. mo. di. ſi tamen ſententietur,

tentietur, tenet ſententia contra ius litigatoris. Quandoque libellus
eſt ineptus ex cauſa, ⁊ actione: ⁊ puto ſententiam nullam, quia ſuper
non petito: vt quia contra menſorem narrani in actione ex cõducto,
vel locato, narrando quod conduxi ad metiendũ agrum: poſtea pro-
baui ſuper menſura, ⁊ tulit ſententiam ſuper locato: illa tenebit, licet
contra ius litigatoris. Super actione autem preſcriptis verbis ex
edicto nõ teneret, quia non deducta. Hec ſic dubia procedunt, quan-
do non poteſt actio aliquo modo proportionari cauſe. Sed ſi poteſt
aliquo modo proportionari, licet improprie, quia tunc valet ſenten-
tia, ⁊ pronuntiari poteſt: quia libellus latiſſimi iuris eſt. de cau. poſ-
ſeſ. cum eccleſie. de iudic. ſi quis intentione. ⁊ l. ſolemus. Nam ſi dico:
Depoſui penes te librum, quare peto te condemneri ad reſtituen-
dum, ⁊ hoc rei vẽdicatione. nam depoſitarius, eo quia depoſitarius,
non intentat rei vendicationem, ſed bene ro quia dominus. ⁊ quan-
quam ſe dixerit depoſuiſſe, non dixit per hoc ſe dominum. ⁊ depoſi-
tum proportionari poteſt domino: ideo poteſt ſuper depoſito pro-
nuntiari. Sic dicit Specu. in titu. de acti. ⁊ peti. §. hoc quoq; notan-
dum. in princip. Et fuit dictum Jaco. Bald. Per que dicit Specu.
in titu. de offic. iudic. §. deſeruit. verſicu. item quid ſi libellus. quod ſi
petatur per confeſſoriam vſuſfructus rei, que vſu conſumitur, vt pe-
cunie, quia in ipſa nos cadit vſuſfructus, ſed vſus poterit ſententiari
ſuper vſu: quia quoquo modo libellus proportionatur, ſaltem in lata
ſignificatione. Allegat. ff. de iureiuran. l. ſed ⁊ ſi poſſeſſori. §. proinde.
Nam in dubio libellus debet intelligi productus ſuper iure libellanti
competente: vt no. Innocen. ⁊. eo. ceterum. no. Hoſtien. de offic. ord.
conquerente. Ideo ſi libellus eſt datus ſuper actione ſimpliciter, illa
videtur intentata, ſit vtilis, vel directa, que libellanti competebat, vt
ibi not. Ad hoc quod not. gloſſ. in. l. ſi mater. §. eandem. ⁊ ibi Barto.
ff. de except. rei iudic. per Cyn. C. de tranſactio. l. vbi pactum. ⁊. l. i. C.
de actio. ⁊ oblig. ⁊ Barto. ff. de actio. ⁊ obliga. l. prima. Fatetur quod
in libello ſuper dominio, non poteſt ferri ſententia ſuper quaſi domi-
nio, vt ipſe ibi notat: licet Inn. dicat in dubio deductam: directã arg.
l. nec vllam. §. ſi quis ſciens. ff de petitio. heredita. Sic ⁊ alias dicit
Barto. libellum debere intelligi ſecundum illum modum, qui magis
facit pro actore: vt ſcribit Barto. in. l. ſtipulationes non diuiduntur.
ff. de verbo. obliga. tertia queſtione circa practicam. verſicu ſed circa
hoc quero. ⁊ etiam improprietatis verbis. Et hoc tenent Innocẽ. ⁊
Hoſtien. de offi. ordina. conquerente. vt ſi dicat ſe dominum, intelli-
gatur de quaſi dominio. Hoc non placet, vt dixi ſupra. inquantum
dicit de quaſi dominio, non ex defectu verborum, ſed ex quadam con
trarietate. Et ita ſi dicat ſe poſſeſſorem, intelligitur de quaſi poſſeſ-
ſione. Dicit Guliel. de Cug. in. l. ſed ⁊ ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero.
ff. de iureiuran. ad hoc dictum Innocen. de rebus eccle. non alienan.
epiſcopi. Barto. in. l. ſi mater. §. eandem. preallega. Cy. in l. i. de iure
emphy. in. iiij. q. Barto. in. l. ſi olei. C. locati. ⁊ in. l. ſcire debemus. de
verbo. obliga. Et hoc tene, quicquid ſenſerit Specu. in titu. de actio.
⁊ peti. §. ſequitur. verſicu. hoc autem. de quo dicam infra, de dila. lite-
re. poſt Innocen. vbi remiſi ad Specu. qui idem dicit, quod hic ſupra
dixi: quod tenent domini de Rota ſua conclu. cxxiij. Quandoque
libellus non eſt ineptus in ſubſtantia actionis, ſed in ſola qualitate:
quia narratio, ⁊ concluſio concludit ad actionem directam, ⁊ com-
petit ſibi ſola vtilis, vel econuerſo: ⁊ ſic ſuper libello directe probata
eſt vtilis. Gloſ. tangit in dicta. l. ſi mater. §. eandem. ⁊ Cyn. in. l. i. C. de
actio. ⁊ oblig. Specu. in titu. de acti. ⁊ peti. §. ſequitur. verſicu. in ſum-
ma. ad finem. §. tenet quod non fertur ſententia pro agente, ſed ſequi
debet abſolutoria ab obſeruatione iudicij, quaſi ſit inepta petitio. ff. ſi
menſor fal. mo. di. in. l. i. §. i. ⁊ hic. Et debebit iudex inſerere cauſam
abſolutionis in petitione: vt no. ſ. de re iudica. ſicut. per quem in verſi.
ſequen. dicit quod arctatur actor ad exprimendum an proponat dire
ctam, vel vtilem, ne actionum turbentur officia: ſaluo niſi ex propo-
nendi modo, ⁊ cauſe expreſſione, appareat quam intentet. vel vtilem,
vel directam: niſi aliud videatur iudici ex circunſtantijs. Hanc opin.
tenet Pet. per. l. ſi cum argentum. §. ſi fundum. ff. de except. rei iudica.
⁊ per. l. primã. §. quia in perpetuum. ff ſi ager vecti. vel emphi. pet. Ad
hoc quod not. Butri. in. l. emptor. C. de heredi. vel actio. vendi. vbi di-
cit quod nunquam quis cenſetur agere vtile actione ceſſa, niſi de ceſ-
ſione faciat mentionem. Bartol. in dicta. l. prima. dicit quod ſi libel-
lus habet ita lata verba, quod intentata directa poſſit comprehen-
dere vtilem, interpretatur illam deduxiſſe: ⁊ ſuper illa promulgatur
ſententia. Sed ſi verba libelli omnino ſunt improportionabilia vtili,
dicit quod non promulgabitur ſententia ſuper illa: quia libellus a
principio eſt ineptus. ff. ſi menſor fal. mo. dix. l. prima. Primum ta-
men dicit euidentius patere in reali, quam in perſonali, cum in reali
exprimitur cauſa proxima magis generalis, in perſonali remota ma
gis ſpecifica. Idem tenet in. l. ſi mater. §. eandem. ff. de exceptione
rei iudica. Specu. in titu. de ſenten. prolat. §. qualiter. verſiculo.
quid ſi hs. ad finem. §. tenet quod ſuper vtili ſententiare poteſt, ⁊ va-
let ſententia: quia ex quo ſibi liquet de debito, non eſt locus alijs con
iecturis: quia notorium eſt. Allegat. ff. de priuileg. credi. l. ij. ⁊ gloſſ. in
l. i. in fine. ff. ſi menſ. fal. mo. dix. Et idem tenent domini de Rota ſua

concluſione. cxxiiij. quod non placet: quia non deductum non eſt no
torium. gloſſ. de confeſſ. c. fina. ⁊ not. de cohabita. cleric. ⁊ mulie. tua.
Ad hoc quod no. Bart. ff. de adul. l. denuntiaſſe. §. quid tamen. quia
alteratio qualitatis, ex qua ſubſtantia facti narraſ narrat exceptio-
nem rei iudi. Hec vera, quando a principio competebat vtilis, ⁊ intẽ-
tata eſt directa, vel econuerſo: ſed ſi a principio competebat directa,
que eſt intentata, ⁊ pendente iudicio variata eſt in vtilem, vel econ-
uerſo: tunc bene poteſt ex eadem inſtantia ſequi cõdemnatio. de quo
per Cynum in. l. i. C. de ali. in ſi mutan. cauſa facta. ⁊ Butriga. Juſti.
de actio. ſuper rubrica. Bart. in. l. quanquam. §. Julianus. ff. de aqua
pluuia arcenda. Et ibi concludit Bar. quem ſequor, ſententiam pro-
mulgari poſſe: quia vel vult ſententiam ferri ſuper vtili: ⁊ poteſt. l. cũ
hereditatis. ad Trebel. ⁊ l. i. §. i. eo. titu. vbi inſtantia ſuper directa
contra heredem tranſit ad fideicommiſſum in vtili. Ad hoc. l. ij. §. ſi
ſub conditione. de bo. poſ. ſecun. tabu. Auth. de noxa. §. omnis. cum
dicta. l. ſi ſeruus. ff. de his. qui no. infa. ff. de pecul. l. queſitum. in prin.
ſi vult ſententiare ſuper directa, adhuc poteſt: quia ex quo ab initio
competebat: tuus alteratio ſine facto meo, non impedit quo minus
poſſit ſuper illa, ſententia ferri, etiam ſi alteretur actionis ſubſtan-
tia. de rei vendica. l. ſi poſt acceptum. multo magis, ſi alteretur ſola
27 qualitas. Sic dicit ibi Barto. ⁊ hoc ſequor. ¶ † Ex his patet quod
ſi dedi libellum ſuper actione depoſiti, poſtea in proceſſu iudicij pro-
bauerim commodatum, an poſſet ſequi ſententia. Videtur quod ſic:
quia conſtat de debito commodati. ff. de priuileg. credit. l. ij. ⁊ quia
in incertis, ⁊c. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. obliga. Hoc tenet
Specu nihil aliud allegans, in titu. de ſenten. prola. §. qualiter. verſi.
quid ſi hs. ad finem. § ego credo ſententiam ferri non poſſe, vt ſuper
non deducto, etiam ſi de eo conſtaret cõfeſſione. Idem Joan. And.
in additio. Specu in titu. de actio. ⁊ petitio. §. ſequitur. verſicu. hoc
quoque notandum. vltra medium additionis magne. Dicit tamen
Joã. And. in predicta addi. q vbi de debito ex altera cauſa conſtat
confeſſione, ſumma eſt equitas quod ſuper eo in eadem inſtantia ſe-
quatur ſententia, ex quo nihil opponit quod obſtet actori. Secus ſi
aliquid obſtaret, vt quia dicat commodatum, ſed vſum non completũ.
Sed in contrarium eſt quod dicit gl. de confeſ. c. i. ⁊ qđ no. dec. de co-
habi. cle. ⁊ mu. tua. in materia notorij. vbi ſi ſuper libello dato in vna
cauſa fiat confeſſio, in ſeparata ſuper illa non poteſt fieri condẽnatio:
quia per illam non ſedet iudex. Ad hoc de or. cogni. cũ dilectus. de ex-
cep. c. i. vbi confeſſio criminis non tenet, ſi non punitur ex eadem in-
ſtantia. ſatis puto q ſi a principio porrecti libelli ante, quã fiat con-
teſtatio ſuper illo, hoc debitum confitetur. qđ ſuper cõfeſſione poteſt
fieri preceptũ de ſoluendo, non vt ſententietur ſuper libello porrecto:
ſi ex poſt facto apud eadem acta confitetur debitam ex altera cauſa,
non poterit ferri ſententia, niſi aliud habeat verborum latitudo li-
belli ¶ Nunquid autẽ ſi egi ex mutuo, ⁊ probetur confeſſio ex mu-
tuo, poſſit ſequi condemnatio. Vide in Spec. de teſti. §. opponitur.
ver. ſed pone, egi. de quo, ⁊ ſimilibus q̃ſtionibus plene dixi. ſ. de fide
28 inſtru. c. ſi cautio. dicendum eſt vt ibi ¶ † Ex his deciditur dubita-
tio, an ſi peto fundi medietatem ad me ſpectare pro diuiſo, ⁊ aliam
fundi medietatem ad me ſpectare pro indiuiſo, an ſequatur condem-
natio. Hanc queſtionem tractat Frede. in ſuo conſi. clun. ⁊ concludit
condemnatoriam ferri non poſſe, ſed abſolutoriam ab obſeruatio-
ne iudicij: ⁊ ſi poſtea petat partem diuiſam pro indiuiſo, audiri
debet. Non obſtat exceptio, rei iudi. Primo, quia non poteſt in alio,
quam in petito condemnare ff. cõmuni diui. l. vt fundus. Super pe-
titione ergo pro diuiſo non poteſt formare ſententiam pro indiuiſo.
Secundo, quia regulariter iudex non pronuntiat ſuper alia re, quam
petita, ſi pars fundi diuiſo eſt fundus per ſe: quia diuiſiõe conſtitui-
tur fundus: vt. l. quod in rerum. ff de lega. i. pars fundi pro indiuiſo
non eſt fundus, ſed pars fundi: igitur, ⁊c. Item petendo parte fundi
pro diuiſo deſignat certam partem, ſed pro indiuiſo non: quia in quoli-
bet globo terre habet partem ſuam. alia ergo eſt res: ſuper eo igitur
non poteſt fieri condemnatio. Ad hoc alle. Juſti. de actio. §. ſi quis.
vbi ſi quis petit aliud pro alio, abſoluitur reus, ⁊ auditur petens qđ
debetur. Deciſio placet: ſed puto q abſolutio erit diffinitiua: quia ex
quo variatur res quo ad rem, ſuper qua eſt pronuntiatum, ſi eodem
modo deducatur, obſtabit exceptio. Erit ergo diffinitiua: quia alia
eſt actio in ſpecie competẽs ad fundum pro diuiſo, ⁊ alia competens
pro indiuiſo, ⁊ varieta re, dicitur variari agendi cauſa: vt. l. ſi quis
cum totum. ⁊ l. ſi mater. §. finali. ⁊ l. ſequen. ff. de exceptio. rei iudica.
29 ¶ † Sed eſt dubiũ, an abſolutione facta ab obſeruantia iudicij pro-
pter ineptam petitionem perimatur iuriſdictio delegata, vt cogno-
ſcere non poſſit, ſi apta proponatur. Pe. ⁊ Hob. hic, ⁊ Gul. in Spec.
de officio iudic. §. deſeruit. verſic. quid ſi proponens. tenet quod non
expiret iuriſdictio, cum vſq; ad ſententiam diffinitiuam, ⁊ poſtquam
fuerit executioni mãdata, vel ſaltem vſq; ad annum, habeant iuriſ-
dictionem. de offic. dele. ga. querenti. ⁊ idem Hoſtien. de officio deleg.
conſuluit. licet Guliel. Na. diceret contra, per decre in litteris. de offic.
deleg. ⁊. c. ſignificantibus. Sed dicit Jo. And. quod pro prima par-
te facit. ſ. eo. c. i. Et ad contraria reſpondetur, ſecundum Frede. quod

contraria procedunt in ſententia diffinitiua: ſecus in interlocutoria. Dic, ſi ſola alteratur inſtātia, ⁊ non actio, procedit opinio prima, vt non finiatur iuriſdictio: quia non limitatur communiter iuriſdictio ad inſtantiam, ſed limitatur ad fin. cauſe. ſ. eo. c. pen. Si alteretur actio, vt eſt neceſſe in terminis propoſitis cap. noſtri: quia agere non poterant, quin alteretur actio, intelligendo ꝙ egit rei vendicatione puto ꝙ tunc nō poterit delegatus cognoſcere, niſi latitudo libelli habeat aliud. Si alteretur ſolum directorium actionis: quia primo agebat confeſſoria ad reſtituendum: nunc agit ad turbandum, cognoſceret idem delegatus, dummodo cōcluſio reſcripti hoc pateretur proprie, vel improprie: vt no. de reſcr. ſuper literis. Si alteretur ſola qualitas: vt quia agebatur directa, nunc agitur vtili: ſi ita factum narretur, quod non poſſet proportionari concluſioni, ⁊ narrationi reſcripti, non poterit cognoſcere: alias ſic, per no. in d. c. ſuper literis. ❡ Ultimo gl. hic tangit vnum in fine, quod expeditum puto per dicta. ſ. c. dilecti. ideo non inſiſto. Anto.

1 ❡ Templi preceptores poſſunt agere, ⁊ defendere pro ſuis domibus, nec eis obſtat religio, vel quod eorum ſit ignota origo. nu. 18.
2 Clerici, ſeu perſone eccleſiaſtice poſſunt agere contra laicum in foro ſeculari.
3 Priores, ⁊ preceptores eccleſiarum, tanquam habentes adminiſtrationē, agere poſſunt pro prioratibus, ⁊ adminiſtrationibus ſibi commiſſis.
4 Religio, ⁊ exceptio religionis, non inhabilitat quem ad agendū pro ſuis adminiſtrationibus. 7.
5 Agere quis non impeditur propter defectum notitie ſue originis.
6 Iudex eccleſiaſticus poteſt coercere iudicem ſecularem non adminiſtrantem iuſtitiam clerico.
8 Priorum manualium officium quod, ⁊ quale ſit.
9 Religioſi habentes adminiſtrationem an poſſint agere indiſtincte pro ſuis adminiſtrationibus, vel ſi agat, ⁊ velint ſuperiores agere, an preferantur ſuperioribus. nu. 11.
10 Beneficio manuali vacante, in poteſtate adminiſtrandi non ſuccedit capitulum, vel conuentus, ſed ſuperior domus.
12 Agendo pro re vna, vbi plures habentes adminiſtrationem concurrunt, quomodo iudex poteſt eligere magis idoneum.
13 Adminiſtratores eccleſie an poſſint impediri per ſuperiorē, ne agant pro re eorū adminiſtrationis, vt ſuperior debeat illis preferri in agendo, ſi agere vult.
14 Adminiſtratorum dolo, aut culpa, an teneatur locus inſolidum, etiam ſi ſit pauperior, ⁊ locupletior factus, vbi quis bona fide contraxit.
15 Dolo quando dicatur aliquid factum eſſe.
16 Adminiſtratores, ſeu preceptores eccleſie per quos ſint inſtituendi de iure communi, ſi per electionem creantur, vel curam habeant.
17 Prelatus agens pro negotiis eccleſie ante litem conteſtatam, an teneatur fidem facere quod ſit prelatus.
18 Infames conſueuerunt fugere propria loca, ⁊ non poſſunt eſſe procuratores, vel iudices 19.
20 Religionis ingreſſu omnis tollitur irregularitas, ⁊ infamia.

1 CUm deputati. ❡ † Preceptores tēpli pro domibus ſuis agere, ⁊ defendere poſſunt: nec obſtat eis religio, vel ꝙ eorū ignota ſit origo. Primo ponit iniuriā, que inferebatur precepto-
2 ribus templi. Secundo eā inhibet fieri. Secūda ibi, ne quis. ❡ † No. ſ. perſonam eccleſiaſticam agere debere contra laicum in foro ſecula-
3 ri. ❡ † No. ſ. quod preceptor, ⁊ priores iſti manuales, eo quod preceptores ſunt, aut priores, tanquam habentes adminiſtrationes, agere poſſunt pro prioratibus, ⁊ adminiſtrationibus ſibi cōmiſſis. Uide
4 de Inn. de reſcr. cum dilecta. ⁊ c. edoceri. ❡ † No. iii. ꝙ religio, ⁊ exceptio religionis, non inhabilitat quem ad agendū pro ſuis adminiſtrationibus. Ad hoc de poſtulatio. c. i. vbi agit nomine alieno. dic vt in cle. ſi religioſus. de procu. ⁊ no. ſ. de re iudi. cum I. ⁊ A. poſt Inn.
5 ❡ † No. quod non notitia nationis alicuius, dummodo hoc ſciatur ꝙ habeat ius agendi, defectus notitie originis, vel qualitatis perſone, non impedit quem ab agendo: ⁊ ſic defectus accidentis extrinſeci
6 non vitiat actum, ex quo nō concludit ad intrinſeca actus. ❡ † No. ꝙ ad iudicem eccleſiaſticum ſpectat immediate coercere iudicem ſecularem non miniſtrantem iuſtitiam clerico. Et ſic habes vnum caſum, in quo ſupplet eccleſiaſticus poteſtatem ſecularem, ⁊ de illa ſe intro-
7 mittit. ❡ † Opp. ꝙ admittatur exceptio religionis. de qua in tex. de poſtula. c. ii. Nam a religioſis appetenda eſt quies animi. ⁊ labor inanium. xvi. q. i. de preſentium. So. Obiectio procedit in clauſtralibus non habentibus adminiſtrationem: ſed in habentibus adminiſtrationem non: quia ad agenda negotia conſtituti agere, ⁊ defendere poſſunt. de proc. petitio. ⁊ c. dilectus. ⁊ c. qui generaliter. lib. vi. ſm Hoſt.
8 ❡ † Primo quero quale ſit officiū iſtorum priorum manualium, vel qui a ſuperiore conſtituuntur adminiſtratores. Dicit Inno. ꝙ comparari poſſunt inſtitoribus, qui preponūtur negotio dominico. de quib. de fideiuſſoribus. ꝙ in quibuſdā. per Inn. Et hoc dicit, quādo ſuperior domus in cuius prelato inſtituitur, nō ſolū eſt ſuperior domus, ſʒ etiā eſt dominator bonorū, ⁊ rerū ipſius: alias ſecus. ff. de inſt. l. tertia. ⁊ l. quicunqꝫ. §. i. ⁊ §. ſi filio. Cōparat etiā eos Inn. cuſtodibus, vel cōmendatarus, vel viſitatoribus, vel vicariis: quia viſitare, ⁊ curare debent loca ſibi per maiorem magiſtrum cōmendata: quorū officiū habetur lxx. diſtin. ſanctorum. xvi. q. i. que nos. vii. queſtione prima, conſtitutum. de offi. vica. per totum. xii. queſtione prima, quoniam. ⁊ que-
9 ſtione ſecunda, de laicis. ⁊ c. ſequenti. ❡ † Secundo quero an adminiſtratores iſti poſſint agere indiſtincte pro adminiſtrationibus ſuis: ⁊ ſi agant, ⁊ velint ſuperiores agere, an ipſi ſuperioribus preferantur, vel econuerſo. Materiam hanc tractat Innocen. in tribus locis hic, de reſtitutio ſpoliato. olim. de relig. do. cum venerabilis. ⁊ de preſcrip. auditis. de maio. ⁊ obedien. inter quatuor. Uide Ioann. Calde. in clemen. abbates. de reſcrip. Dicit Innocen. quod quantumcunqꝫ tales adminiſtratores ad arbitrium ſuperioris poſſint remoueri, tamen dicti preceptores agere poſſunt, ⁊ conueniri pro adminiſtrationibus ſuis, ⁊ non ſolum, ſed ſimpliciter eorū ſuperiores agere poſſunt, ⁊ conueniri, etiam ſi ſint plures qui poſſint eos remouere. ff. de inſtitu. l. cuicunqꝫ. §. fina. ⁊ de reſtitutione ſpolia. olim. ⁊ C. de ſacroſanc. eccle. l. ſancimus. ff. de tribu. l. procurationis. §. i. ff. de exercito. l. prima. §. magiſtrum. ⁊ § eſt autem nobis. quia, vt ibi dicitur, electio eſt debitoris, quem preferat in conueniendo. ❡ Nunquid autem preferatur ſuperior inferiori, an econuerſo, ſunt opiniones. quidam dicunt quod ſi inferior eſt remouibilis ad arbitrium ſuperioris, in agendo preferetur maior: quia ſi poteſt illum ab adminiſtratione remouere quod eſt maius, ⁊ in totum: multo fortius a proſecutione cauſe. ff. de procur. l. in cauſe. Si eſt perpetuus preceptor, id eſt, qui non poſſit ſine cauſa remoueri, de quo ſ. de ſta. mo. monacho. §. priores. preceptor ſuperior non poterit agere pro rebus tunc ad iſtum pertinentibus. nota. ſ. de reſti. ſpo. cum olim. de ſucc. ab inte. c. ii. Nec eſt vis an non poſſit remouere ſine conſilio, vel de conſilio capituli. ſ. de his, que ſi. a prela. ca. quanto. quia nec etiam ardua negotia agit ſine con. d. c. quanto. ⁊ tamen agere, ⁊ conueniri poteſt ſine conſenſu aliorum, de reſcript. edoceri. ⁊ quod ibi nota. Item predicta procedere dicit, non adhibita differentia an bona loci particularis ſint omnino diſtincta a bonis ſuperioris domus, an non, dummodo poſſit illum remouere ad libitum, ⁊ obedire teneatur de ſtando ibi, aut recedendo: quia quando amouetur inde minor miniſter, ſuperior adminiſtrat: quia licet ſint ſeparata bona intantum etiam quod non poſſit portare ad domus ſuperiorem: tamen adminiſtratio eſt diuiſa, que bene poteſt eſſe penes plures preceptores, ſicut ⁊ penes plures tutores, ⁊ alios adminiſtratores. ff. de ad-
10 mi. tuto. l. inter plures. de quo nota. ſ. de reſcrip. edoceri. ❡ † Nota hoc dictum Innocen. quod vacante manuali beneficio, in poteſtate adminiſtrandi non ſuccedit capitulum, vel conuentus, ſed ſuperior domus:
11 de quo nota. de reſcrip. edoceri. ❡ † Secunda eſt opi. quam ſub dubio forte dicit meliorem, vt nō ſit differentia an rector ſit temporalis, an perpetuus. Item non eſt differentia an poſſit remoueri ſine cauſa, vel non. Item an vacante domo veniat adminiſtratio ad ſuperiorem, vel non: ſed ſolum eſt differentia, an ambo poſſint ſimul adminiſtrare, ⁊ quis ſit in adminiſtratione ſuperior: ⁊ tunc ambo poterunt conueniri. Maior tamen prefertur in agendo: ſicut eſt in exercitoribus. ff. de exerci. l. i. §. cum autem. in prin. ⁊ filiofamilias. C. de bo. que lib. nō ſolum. Et idem in inſtitoribus. ff. de inſti. actio. l. cuicunqꝫ. ⁊ in prepoſito, ⁊ canonico, quādo agitur de prebenda: vt no. de preben. ex literis. ⁊ in vicariis. xcii. diſtin. c. fin. xciii. diſtin. ca. i. Item nec eſt adhibenda differentia an totum lucrum, vel damnum, ad aliquem ſpectet, dummodo alterius ſit adminiſtratio: vt nota. de reſcript. edoceri. Fatentur tamen quod pro his adminiſtrationibus multi alii agere poſſunt ſed non coguntur, etiam ſi non habeant adminiſtrationem: de quibus nota. de teſti. cum olim. Plus tamen ſibi placet quod nota. de exceptio. cum venerabilis. Innoc. in d. capitulo cum venerabilis. diſtinguit, quod quandoqꝫ adminiſtratio, ſeu prioratus eſt in vſus monachorum conceſſa, quandoque eſt ſolum eorum quo ad iuſpatronatus. ❡ Primo caſu recitat duas opiniones. Una quod ſuperior abbas preferatur in agendo, ⁊ defendendo: quia ſuperior dicitur proprie prelatus, quamuis eccleſia ſubiecta habeat proprium prelatum ad vitam, vel vicarium, vel cuſtodem, vel commendatorem: quantumcunqꝫ etiam bona ipſius a bonis monaſterii ſint diſtincta: quia abbas magis proprie dicitur prelatus ipſius eccleſie, quam ille, qui eam tenet. per quem ⁊ abbas ipſam poſſidet. de reſti. ſpo. cum venuſſent. de ſup. neglig. prela. ca. i. Unde et apud abbatem ſunt non ſolum dominium, et poſſeſſio rerum ipſius eccleſie, ſed etiam actiones. de relig. do. capitu. ii. de offi. ordin. conquerente. vbi de hoc. Fatetur tamen quod poteſt vterqꝫ conueniri: quia vtriuſque eſt vnum conſiſtorium, ⁊ vna adminiſtratio, ſicut eſt vnum conſiſtorium epiſcopi, ⁊ vicarii. de appel. Romana. libro vi. prefertur tamen ſuperior, ſicut epiſcopus quo ad vicarium. ❡ Secunda eſt opi. vt diſtinguatur inter vicarios perpetuos, ⁊ temporales. in temporalibus procedat quod eſt dictū: ſicut ſunt priores ſimplices

plices,preceptores,⁊ ſimiles:quia cuſtodibus equiperantur, vt
dixi ſupra:vnde tantum eſt agendum contra abbatē,⁊ abbas ſo-
lus ſuperior prefertur in agendo. Et ſic vbi eccleſia eſt cõceſſa in
proprios vſus monachorum,agetur contra abbatē tantū ſupe-
riorem. Si autem ſunt perpetui:tunc ſicut ſine cauſa non poſſunt
remoueri a totali adminiſtratione,etiam ſi ſint religioſi.de ſta.mo
na.monachi.ſic nec ab agendo,ſeu defendendo. ¶ Secūdo caſu
principali,quādo tantum habet iuris patronatus:tunc ſi agitur
de iure patronatus patronos tāgente,agitur contra abbatē.ſi de
alijs:tūc non abbas cõuenitur,ſed ſuus prelatus.ſ.de officio or
di.cū nos.de appell.bone.de inſtit.cum veniſſent.Concludit tamē
quod vbi ſunt plures,qui conueniri poſſunt ſub eadem queſtione
nomine alicuius eccleſie,nunquā debet iudex procedere ad miſ-
ſionem in poſſeſſionē,etiā ſi vnus ſit contumax,niſi primo alij vo-
centur.ff.de mino.l.emilius.ff.qui.ex cau.in poſſ.eatur.l.hec aūt.
Fatetur tamen quod ſi legitimus defenſor eccleſie ſit conuentus,
quod ſententia lata contra eum mandabitur executioni cõtra eccle
ſiam:nec compellitur talis cauere de iudicato ſoluēdo.ff.de admi.
tu.l.vulgo.Nā ⁊ alias certum eſt ꝙ quilibet admittetur ad defen-
dendum,etiam ſine mādato,cum cautio.C.de ſatiſda.l.vnica.C.de
procu.exigendi.ſecundum Innoa.ibi Inno.de reſtitu.ſpoli.olim.
concludit ꝙ ſi agatur de reſtitutione, vel ſubiectione inferioris
eccleſie:agit ſuperior,⁊ non adminiſtrator inferioris domus. Idē
⁊ ſi agatur de iure inſtituendi:qr hoc ius ſpectat ad ſuperiorem,⁊
non ad inferiorem:vt de re iudicata.ſuborta.In alijs cauſis infe-
rioris domus dicit quod ſuperior domus agit:⁊ ſi eſt magna cau-
ſa,requirūtur fratres:concludens quod in iſtis inferioribus,que
ſic ſubiecte ſunt alijs,quod de rebus eorū faciunt,⁊ diſponunt ad
libitū,⁊ preceptorem admonet:quādo volunt omnes illi,qui hāc
poteſtatem habent ſupra domos illas,agere poſſunt,⁊ conueniri:
⁊ ſemper erit in optione maioris,vt ceteris preferatur:vt dicta de-
cre.cū olim.Nam ſi poteſt minorē ab adminiſtratione domus re-
mouere:multo magis,⁊ fortius,poteſt ipſum remouere a lite agē
da.Ad hoc de tranſac.veniens.⁊.c.preterea.de preſcript.ex tranſ-
miſſa.de deci.dudū.Ad hoc de deci.ex parte.qui fil.ſint legiti.per
venerabilem.⁊ qr etiam magis ſua intereſt,cum in domo maiorē
poteſtatem habeat.ij.q.vi.biduum.verſi.in propria.Si tamen ma
ior minorem remoueret:tenetur per ſe,vel per alium,litem defende
re.Alioquin contra eum,tanquam contra contumacem,procede
retur.de eo,qui mit.in poſ.cauſa rei ſer.ca.ij.⁊.iij.ſecundum Inno.
Idem fiet,ſecundum eum,ſi inferior citatus in iudicio ſuperiorē
nominauit,⁊ poſtea apparet contumax vterque:vt lite non conte-
ſta.quoniam.§.quod ſi ſuper. Quādoque eccleſie non ſunt ſic ſub-
iecte,ſunt tamē aliquo modo ſubiecte,ſicut ſunt eccleſie,vel dom⁹
alicuius epatus,vel archidiaconatus,vel archipresbiteratus,ꝙ
prelatus reſpõdeat de ſpiritualibus abbatibus,vel alijs perſonis
eccleſiaſticis,vel etiā laicis patronis: de preb.in Laterañ.de prudē
cum ⁊ plantare.§.in eccleſijs.⁊ tunc ſpeciales adminiſtratores ſunt
illi,qui habent pro rebus,⁊ in rebus eccleſiarum agere,⁊ reſpõde-
re:⁊ admittuntur primo loco. Quod ſi negligētes ſint,vel nõ poſ-
ſunt hoc agere,aliquo iuſto impedimento detenti:tunc primo ad-
mittētur ſuperiores ſpirituales,⁊ in eorum defectu temporales,⁊
tandem omnes illi,quorum intereſt,ſunt admittendi.xvi.q.i.cõſti
tutum.⁊.q.vij.filius.xij.q.ij.nõ liceat.no.de re.eccle.non alie.ſi quis
presbyter.de pecu.c.i.de teſti.cū olim. Vnde in defectū demū agūt.
de ſuc.ab inte.c.ſi.⁊ no.ſ.de teſta.requiſiſti.⁊.C.de ſacroſan.eccl.ſan
cimus.vbi innuitur quod epiſcopus,economus,⁊ cuſtos vaſorū,
agere poteſt.Nec mirū ſi epiſcopus admittetur:qr ipſe preordina-
tor eſt in cunctis.xxvi.diſt.per electionem.⁊ ipſius eſt tam ſpiritua
liū quā temporalium omniū eccleſiarū ciuitatis,⁊ dioceſis omnis
cura.x.q.ij.c.i.ij.⁊ ſequ.xij.q.i.epiſcopus.⁊.c.precipimus.⁊.c.no-
bis.⁊.c.ſequ.⁊.xvi.q.vij.omnes baſilice.⁊ etiā omnium piorum lo-
corū.de reli.do.de xenodochijs.per que videtur quod epiſcopus
in agēdo,⁊ defendēdo ſit omnibus preferēdus ¶ Vltimo reſidet
ꝙ iudex, qui de cauſa debet cognoſcere,examinabit ſummarie quo
cui preferatur:⁊ ceteris paribus,quo ad temporalia,precipua eſt
cauſa inferioris miniſtri,ꝙ epiſcopi.xij.q.ij.qr cognouimus.ſ.de
rebus eccleſie nõ alie.c.ij.in ſpiritualibus antē prior,⁊ precipua eſt
cauſa epiſcopi,quā inferioris miniſtri:nam ⁊ oēs alij ſub eo ipſius
12 nomine curā gerūt:vt patet ſupra de officio arch.c.i.⁊ ſi. ¶ † His
igitur,⁊ alijs penſatis circūſtantijs,qualitate,⁊ fide perſonarum,⁊
vniuſcuiuſque intereſſe,quando plures ſimul cõcurrunt,ac ſe offe-
rūt,eligit iudex magis idoneū.ff.de popu.act.l.ij.Quantūcunque
tamen vnus eligatur,⁊ ceteris preferatur,nihilominus hi,quorū
intereſt,poſſunt aſſiſtere,licet nõ proſequerentur.C.de liti.aut.nūc ſi
heres.ff.de lega.ij.l.cū querit.§.ſi.ff vt in poſſ.leg.l.is,qui.de vſu ⁊
ha.l.ſi ita legatur.§.dom⁹.Et ſi cõtrariā ſententiā reportet,poterit
appellare.de re iudi.cū ſuper cõtrouerſia.Nõ obſtat de reſcriptis.
edoceri.qr vbi adminiſtrationes ſunt diuiſe,ille ſolus poteſt agere
qui adminiſtrationi preeſt,⁊ ipſam regit:qr nõ procedit,niſi iuſta
cauſa ſubſit,ſecundum Inn.quod placet Hoſt.Nā epiſcopus quā
doque ſuſpenditur,⁊ coadiutor datur:vt no.de officio delegati.ve
nerabilis.⁊ quādoque propter ipſius infirmitatem,vel aliud iuſtū
impedimentū adminiſtrare non poteſt:vnde datur ei talis coadiu
tor,qui adminiſtrat in omnibus loco ſui:vt no.de cle.egro.c.i.libr.
13 vi. ¶ † Vel ſecundo dicit Inn.ꝙ decr.edoceri.loquitur quādo ad
miniſtratores ſunt ex toto diuiſe:hic non ſunt ex toto diuiſe,imo
omnes ſunt adminiſtratores,ſecūdum Inn.Declarat Ioan.An-
dre.quia inferior ſub ſuperiore adminiſtrat.de officio archipresby.
c.iij.Dic tu,quandoque agitur de iure preferēdi in agēdo,quādo
concurrit capitulum,⁊ prelatus:⁊ dic vt de reſcrip.edoceri. Quan
doque agitur de iure preferendi inter epiſcopum,⁊ aliū ſecularem
prelatum,quando etiam habet alios ſuperiores:⁊ ſatis poteſt pro
cedere quod dixit Inn.in.d.c.cum olim.quod poſui.ſ.in verſi.quā
doque eccleſie non ſunt omnino ſubiecte,⁊c. Quādoque agitur de
prelatione inter prelatum regularem,⁊ ſuum inferiorem:⁊ excludē
do caſus non dubios,ſi agatur de iure ſubiectionis,vel de poteſta
te inſtituendi,quod ius tangit ſolum ſuperiorem,defenſio ſpectat
ad ſuperiorem prelatum,⁊ contra eum eſt dirigendus libellus:vt
no.in.d.c.cum venerabilis.⁊ no.de ma.⁊ obe.inter quatuor.⁊ de re
ſcrip.auditis.niſi forte inferior gereret ſe pro libero,vt vtrobique
no.Si agitur de bonis inferioris domus,vel iuribus,ſi cauſa eſt
ardua,defenſio ſpectat ad ſuperiorem prelatum,vel ſaltem agi non
debet ſine cõſenſu ſuperioris prelati.de his,que ſi.a prela.c.ſi.⁊ no.
in dicto.c.cū olim.Ad hoc quod no.de reſc.edoceri Si cauſa nõ
eſt ardua,tūc ſi cõſuetudine,vel ſtatuto,vel priuilegio patere po-
teſt quod ſit ſuperior in adminiſtratiõe,ille prefertur.Et ideo ſi ad-
miniſtratio eſt tātū cõceſſa inferiori:inferior agit. ſed ſi ſuperio
ri:ſuperior tātū. Idem ſi vtrique,ſed alterum facit in adminiſtra-
tiõe ſuperiorē:vt patet in filio,⁊ patre in bonis adnētitijs.l.i. C.
de bo.ma.l.cum oportet.C.de bo.que liberis.Si cõſuetudo nil diſ
ponit, attēdēda eſt qualitas ſubiectionis: quia quandoque eccleſia
eſt ſubiecta ſuperiori quo ad bona,⁊ prelatū.quādoque ꝗ ad pre-
latum tātū,nõ quo ad bona. quādoque eſt ſubiecta quo ad quid
tēporale,vel ſpirituale. quādoque eſt ſubiecta quo ad ius patrona
tus tantū. Si eſt ſubiecta ex toto quo ad bona ⁊ prelatū,vt quia
cõem opi. de quo. j. e. dilecti. ⁊. c. ſi. ꝙ tũc electio ſit actoris. Quas
opi. late hic pſequit̃ Cal. de quib⁹ modicũ eſt curãdũ: de quo ẽt
ij. q. vij. in ſumma. Uñ vel ſupple qᷓ dixit Gofr. Uel dic ꝙ pri-
mas rei ſite dat iudicem ſi eligat ipſum conuenire coram iudice
rei ſite vel iudex domicilij, ſi eligat ipſum conuenire ſub iudice
domicilij: ⁊ fuit ſatis, vt puto, de mente Gofr. Hec vera, niſi iu-
dex domicilij, ⁊ rei ſite eſſet idẽ. qꝛ pciſe pcederẽt qᷓ dicit decre.
vel niſi agerẽt ambo ſiniũ regũdorũ, vel cõi diuidũdo quo caſu qli
bet eſſet actor, ⁊ re⁹: vel ſimul eodẽ inſtãti ad iudiciũ puocarẽt,
⁊ neuter, vel vterq; poſſiderũt, vel cõtenderẽt ſe poſſidere. Uñ cũ
reus nõ poſſit diſcerni, ſic nõ poſſet diſcerni iudex domicilij. re-
curſus habereť ad primatẽ rei ſite: ⁊ ſic poſſet decre. itelligi i pri-
mis caſib⁹. ꝙ electio ſit actoris tꝫ Pe. ⁊ Jo. And. in addi. Spe.
7 de cõpetẽ. iudi. adi. ad ſi. verſi. ratiõe rei. ❡ † Quero primo quis
cõprehẽditur hic appellatiõe primatis. Dic ꝙ patriarcha, vel
archiepiſcopus: nõ eñ vis eſt in nomine. de pcu a. petitio. ca. pri
8 mo, queſtione prima. ❡ † Quero qd ſi nõ eſt certũ de limitibus
prouinciarũ. Uidetur ꝙ vterq; cauſam audire, vel committere
debeat. argu. j. de ſenten. excom. cũ illorum. §. ſi vero clauſtralis.
vel recurriť ad papã. de officio deleg. c. ij. ſm Hoſtien. ne ſint iu-
9 dices in propria cauſa. ❡ † Not. arg. ꝙ non cognoſcit iudex an
ſua ſit iuriſdictio, quãdo dubitatur de limitibus loci: de quo de
reſcrip. ſup literis. de fo. cõp. Romana. §. cõtrahẽtes. ⁊ dicam. j.
eo. ſi cleric⁹. Uel eligenť arbitri: de arb c. j. Uel deferẽt ſibi iudi-
ces, ⁊ pcedeť ſecundũ formam cap. paſtoralis. de reſcriptis. Qᷓ
non placet Jnn. de reſcrip. ſup literis. vbi tãgit ſimilem queſtio-
10 nem in gloſ. ſua magna, iuxta ſi. ❡ † Quero tertio an ſubditus
ratiõe rei poſſit extra territoriũ excõicari. Dicit Hic Ul. ꝙ nõ:
qꝛ licet propter forũ ratione rei poſſit res diſtringi, nõ põt pſo-
na diſtringi: vnde poteſt ratione cõtumacie miſſio in rem fieri. de
fo. cõp. Romana. §. cõtrahentes. li. vi. Fateť ꝙ ſi ipſe cõtumax
violẽtiã aliquaꝫ infert miſſo, ꝙ ratiõe violẽtie poſſet ibi puniri, ⁊
excõicari, ſm eũ. Tu tene ꝙ iudex domicilij põt ſubiectũ vbiq;
citare, ⁊ in cõtumaciã cõſtituere, quo ad finẽ, ⁊ ẽt ipſum extra ter
ritoriũ excõicare. de app. cũ ſit Romana. in ſi. de cle. cõ. in. apo-
ſtolice. ⁊ qᷓ ibi no. ⁊ qᷓ not. Jnn de dila. pterea. Ad hoc de cle.
nõ reſi. ex tue. ix. q ij. epiſcopũ. qcquid ſenſerit Pau. in cle. paſto
ralis. de re iudi. De quo dixi plenius in. c. ij. de cõſti. li. vi. Judex
delicti vel cõtractus, vel rei ſite, põt ſic ſubiectos excõicare, ſi eos
citatione pueneratꝫ: vt. j. e. c. pPoſuiſti. ⁊ no. Jnno. de dila. pterea.
de re iudi. paſtoralis. in cle. extra territoriũ exiſtẽtẽ, licet poſſit in
contumaciã cõſtituere, quo ad finẽ reus reſtringẽdi, ⁊ cõſequẽter
excõmunicãdi: vt no. in. d. §. ptrahẽtes. per Jo. An. in Nouella.
11 per Jnn. in. d. §. preterea. ❡ † Opp. cũ glo. ꝙ ipſe primas hꝫ per
ſe cognoſcere, cũ ſit cõpetẽs iudex epiſcopi. j. de offi. or. paſtora
12 lis. ix. q. iij. cũ ſcimus. † Sol. Delegat qñdo nõ põt, vel nõ vult
per ſe cognoſcere: vt dicit gl. Uel ſecũdũ doc. intellige qñdo pri
mas eſt remotus vltra duas dietas: qꝛ tunc dabit iudices ppin
quiores, niſi impediať ex iuſta cauſa, puta qꝛ ſubditi ſuffraga-
neorum nolũt recipere. de offi. or. paſtoralis. ſecũdũ Uin ❡ Jſto
ta hoc dictũ, quod extendit ura loquentia de dictis ad ulterio-
rem a papa delegantem. Antonius de Butrio.

1 ☞ Clericus licet ſit corã epiſcopo conueniendus: ſi tamẽ recu
ſatur, dabit epiſcopus delegatum partibus non ſuſpectum.
2 Actor ſequitur forum rei.
3 Quomodo procedi debeat in datione iudicis recuſati.
4 Judex datus de cõmuni partium conſenſu non poteſt recuſari.
5 Executoris appellatione venit delegatus.
6 Sententiam ſui delegati poteſt exequi ordinarius.
7 Judicis recuſandi per actorem, que ſit practica, ⁊ quis ordo ſer
uari debeat, etiam in conueniendo de iudice. nu. 9.
8 Judici per partes electo ordinarius dare debet iuriſdictionem
tanquã per eum delegato.
10 Appellari ad quem liceat de iudice conuento de partium con-
ſenſu, vel delegato per ordinarium, ſeu per arbitros.
11 Delegatus an ⁊ quando poſſit exequi ſuam ſententiam.

1 SI quis contra. ¶ † Coraꝫ epiſcopo ſuo conueniēdus eſt
clericus: q. ſi recuſat, dabit delegatū partibꝰ nō ſuſpe
ctuꝫ. Et duo facit. Primo puidet reo. Secūda ibi:
dut, prouidet actori: et hoc dupliciter. Primo circa delegātem.
Secundo circa executionē. ibi: a quibus. Uel ſecūdū alium in-
tellectū, Primo prouidet, quando iudex delegatus vt ſuſpectꝰ
recuſat a reo. Secūdo, quādo delegatus in locū recuſati recuſat
ab actore, ibi: aut ſi hec actor. ⁊ tertio prouidet circa executio-
2 nem. ibi: a quibus. ¶ † Not. regulā, quod actor ſequitur forum
3 rei. ¶ † Nota ſecundo practicam procedendi, quādo recuſatur
ordinarius: quia ſi recuſatur a reo ipſe dat alium delegatū. Si
ab actore: datur iudex, qui cōpellit partes mutuo ꝯſenſu iudicē
eligere. Et ſecundū hoc not. actorem poſſe iudicē recuſare, ſicut
poteſt reus. Secūdū alium habemus practicā procedendi, quā-
do recuſat iudex ordinarius a reo: qꝛ datur delegatus: ⁊ ſi ille
delegatus recuſat ab actore: tunc ne in infinitum cōtingat recu
ſationē fieri. compelluntur partes mutuo conſenſu iudicem eli-
gere. Et ex hoc not. iudicē ſubrogatū loco recuſati a reo poſſe ab
4 actore recuſari, ſubſiſtēte legitima cā recuſandi. † Item no. cau
telam ad excludendā facultatē recuſandi, vt detur iudex de cō-
muni partiū aſſenſu. Ad hoc. ī. cap. ſecundo, de officio dele. ſu-
5 per queſtionum. §. intentionis. ¶ † Nota ꝙ appellatione execu
toris comprehēdit delegatus. Eſt enim principaliter cognitor:
ſecundo executor, inquantum exequitur ad finē agendi. de quo
ā. de officio dele. paſtoralis. § quod vere. ſ. de re iudi. decetero.
6 ¶ † Nota ordinariū exequi ſententiam ſui delegati: ⁊ ſecundū
hoc non poteſt delegatus inferioris a principe ſuam ſentētiam
exequi. ſed pro executione aditur ordinarius: ſicut dicimus in
7 arbitrio. ff. de re iudi. l. ait ꝑtor. §. 1. ¶ † Quero primo de practi-
ca recuſandi iudicem ꝑ actorē. Dicit Hoſtiē. ꝙ practica eſt dicit
enim actor. Domine, habeo cauſam contra Petrū, ⁊ quia vos
habeo ſuſpectū, peto iudicē. vel appello ad archiepiſcopū. Uide
gl. de reſcriptis. ſtatutū. §. cū autē libro. vi. in verbo, recuſet. que
dicit ꝙ adeundum recuſet, non iam aditū. ⁊ ſi itur ad arbitros,
citabitur aduerſarius vt interſit: quia contra eum recuſatur, ar
gumē. de appel. cum ſpeciali. xi. q. i. peruenit. ſecundū Uincen.
8 ¶ † Quero quis dabit iuriſdictionem iudici per partes eligen-
do. Dic ꝙ illo electo dabit ordinarius vice a ſuas electo. Uel dic
iudices, id eſt, arbitros: ⁊ ſic habebūt arbitrariā poteſtatē. Pri-
mū placet Jo. An. qꝛ regulariter qs nō cōpellit ad cōpromittē
dū, licet cōpellat ad iudicē eligendū ꝑpter recuſationē excludē-
9 dā. ¶ † Opp primo ꝙ alius ordo ſeruet in iudice recuſando:
vt patet. ſ. de app. cū ſpeciali. Gloſ. hic dicit ꝙ ſtandū eſt illi, que
iſtā interpretat: vel illa ꝑcedit, qū refert. Quero qd ſit ſuſpectꝰ:
hec queſtio nō refert, q ſtio an ſit ſuſpectus, ſi quelibet partiū
hoc fatet: quo caſu nō ſunt eligendi arbitri, ſed cauſa ſtatim de-
legāda. Et hec eſt ſatis bona ſolutio, ꝙ fuit Hoſ. Uel diſtingue
inter delegatū, ⁊ ordinariū. In delegato ſerua formā ibi. In or-
dinario qō hic. reſtrigit Hoſ. hāc decre. ad ſolū ordinariū epiſ-
copum: in alijs autem ſeruet ꝙ eligent arbitri: vt ipſe not. ſuper
10 gl ſi. in. c. lꝫ. ſ. eo. tit. ¶ † Querit gl q d ſi appelletur a tali delega-
to epī, ad quē appellabitur. Quidā ꝙ ad papam: quia ad ordi-
narium recuſatū non videtur appellādum, neqꝫ ad metropoli-
tanū, omiſſo medio. de app. dilecti. Uel ſecundo appellabitur
ad epiſcopum, nō ad finē vt cognoſcat, ſed vt alteri deleget. In
contrarium eſt. c. placuit. ii. q. vi. vbi non appellatur de iudicibꝰ
datis in locum epī ad epm, ſed ad conciliū: ſed ibi illi non erant
delegati epī, ſed a iure dant in locū epī. Uel ibi audiebantur per
viā appellationis: vnde de ipſis nō appellat ad epiſcopū: qꝛ il-
lius ſuperiores ſunt. Dic: in delegato recuſato ſerua. c. iudex. de
offi. delegati. lib. vi. In ordinario dicit Hoſt. primā opi. gl. tutio
rē. Uin. hic, ⁊ Hoſt. ⁊ Spe. de appel. §. nunc tractemus. in ſi. i. co
lū. dicūt ꝙ archiepiſcopū appellat: quia cū epiſcopus ſit recuſa-
tus, remotū eſt mediū. de offi. dele. ſi ꝗs cū. ⁊. c. ſi a ſubdelegato.
li. vi. ad hoc de app. dilectus. ⁊ idē Lan. ⁊ Phi. qui dicunt ap-
pellādū ad ſuperiorē, nō epm, qui cām delegauit. Nec placet ſe-
cūda opi. Jo. An. qꝛ ſecundum eum ſequeret abſurdū. Quid ſi
cōmitteret duobꝰ, qui diſcordarēt, qui ferrent cōtrarias ſnias.
Habebit alterā approbare. de re iudi. c. vlti. Et tenēdo opi. quā
tenui, non eſt neceſſariū reſpōdere: qꝛ faciūt pro. Ec facit qō no.
Joā. An. in. d. c. placuit. Alij, vt Ultramōtani. ſm Jo. de Lig.
diſtinguūt an recuſatꝰ ordinarius ꝑnūtiauerit ſup recuſatiōe:
⁊ qꝛ ex hoc finita eſt iuriſdictio, nō poterit amplius ad eum ap-
pellari, ſed ad ſuperiorē: q: nō facit gradū. de offi. deleg. iudex.
li. vi. Si nō eſt pronūtiatū, ſed propoſita recuſatione ſtatim de-
legauit, qꝛ adhuc remanet iudex, ſaltim vt deroget, poterit ap-
pellari. Et hec opi. quādoqꝫ mihi placuit, lꝫ nō viderim Ultra-
montanos hec dicētes. Hoc nō placet Jo. de Lig. qꝛ lꝫ ꝑnūtia
tio ſuper recuſatione in delegato extinguat ipſo iure iuriſdictio
nem, nō in ordinario: imo ipſa vt firmior remanet poſt pronun-
tiationē. Itē ſatis pronūtiare videt iudex, eo ꝙ delegat ꝑpter
recuſationē: qꝛ tacite dicere videt ſe ſuſpectū. Sꝫ hec opinio mi-
hi placet: qꝛ licet nō extinguat prorogatio iuriſdictionem ordi-
narij, illā inutilē reddit quo ad illum articulū: ⁊ ſic inutilis quo
ad cognitionē, iam factus erat inutilis quo ad actū delegādi: ⁊
illa vt inutilis nō faciet gradū. Sed quando nondū ꝑnūtiauit,
ſed tantū propoſita recuſatiōe delegauit, nondū detecta eſt in-
utilitas iuriſdictionis, ⁊ cōſequēter adhuc remanet iudex. Ap-
pellari ergo debet ad eum. Forte enī tunc volet diſcutere hoc, an
ſit ſuſpectus: qō ante nō voluit diſcutere, ſed incontinenti dele-
gationis actū elegit: ideo propter hoc, qꝛ dubium ſaltem eſt an
ſit cōpetēs iudex, ⁊ an recuſatio ſit vera, dꝫ adiri. Nec obſtat ꝙ
delegando tacite videatur pronūtiare ſe fore ſuſpectū: qꝛ hoc eſt
falſum. Poteſt enī velle hoc committere ex cauſa aliquis ſuper
hoc an ſit ſuſpectus. Et hoc placet. Pro qua opi. facit ſecunda
pars ſecūdū ſecūdum intellectū: qꝛ ſi excuſet delegatꝰ ab eo, ad-
huc habet recurſus ad delegantē, vt ipſe cōmittat. ¶ Uenio ad
declarationē ſecunde partis, opponit quod litera contradicat:
quia in principio dicit ꝙ recuſatus delegat: in fine dicit ꝙ dat
executor, qui compellat vt eligantur iudices. So. Dupliciter ſe
cunda pars intelligit. Primo, ꝙ prima pars loquatur in reo re
cuſante: quo caſu ſeruet quod ibi dicitur. Secūda in actore. Si
tamē prima in actore, ſecūda in reo ſeruaret: per hoc nō vitiaret
qō agit. Secūdus intellectus ꝙ prima loquatur in reo recuſan-
te, ⁊ idē ſi actor recuſaret. Secūda, quādo delegatus a recuſato
iudice recuſat: quo caſu ne res tranſeat in infinitū, cogantur ām
be partes vt vnū eligant, cui iudex committat, ne contingat qō
poſtea recuſetur. Idē dicit gl ſi reus recuſaret delegatum a iudi
ce recuſato: ꝙ ſeruari poſſet practica ſecūde partis. Ad hoc. xi.
q. i. peruenit. vbi Jo. dicit ꝙ in optione erit actor an eligat viam
prime partis an ſecundā. Quāqꝫ recuſat iudex, ⁊ pōt eligere du-
plicē viā, ſi vult ante delegare. ꝙ diſcutere recuſationem. pōt: ſi
vult ꝙ cā diſcutiat, adhuc pōt. Et ſi cōſtat eū eſſe ſuſpectū, pōt
eligere alterā de duabus viis: vel ꝙ hoc diſcuſſo p arbitros al-
teri deleget, qō intelligo nondū lata ſnia. Uel ꝙ recurrat ad ſu-
periorē, ſecuta, vel nō ſecuta ſnia. Et ſic intellige Jo. in d. c. perue-
nit. de appe. cū ſpeciali. qō no. Poſſet ⁊ tertio intelligi hec decr.
ſecūdū dictū. c. peruenit. ꝙ propoſita recuſatiōe, ſiue per actorē,
ſiue per reū, ſi partes cōtētetur de delegato detur delegatus, vt
in prima parte: ſi ꝑtes velint ꝙ recurratur ad arbitros, det exe-
11 cutor, qui cōpellat eos ad cōſentiendū in arbitros ¶ † Opp. ꝙ
non ſit neceſſe ꝑ executione adire ordinariū: qꝛ ſuam ſentētiam
pōt exequi delegatus ordinarij: qꝛ cōmiſſa cauſa, omnia ad cau
ſam conſecutiua cōmiſſa videntur eſſe. de officio dele. preterea. ⁊. c.
ſuſpicionis. Sol Quidā per hanc decre. dicūt delegatū inferio-
rem a principe nō poſſe ſentētiā ſuā exequi. Ad hoc allega. ff. de
re iudi. l. a diuo Pio. recitat gl. alios tenere contra per ꝯna. Nec
obſtat hec decre. ⁊. l. a diuo. qꝛ lꝫ dicant ordinariū exequi, ex hoc
nō negāt, quin ⁊ hoc poſſit delegatus. Et hoc idē dicit Jo. tene
re. ii. q. vi. q ſquis Tertiā opi. ponit gl vt diſtinguat an ſit plenꝰ
ordinarius ⁊ ipſe exequatur, nō delegatus. Nec ſit abſens: ⁊ tūc
exequat delegatus. Idē dicit de vicario. Ala. dicit ꝙ periculoſuꝫ
eſſet hoc ſeruare indiſtincte. Quod delegatꝰ nō exequat, tenet
Inn. de arbi. innotuit. Itē cōmuniter doc. inter quos eſt Hoſti.
per dictā. l. a diuo, quā opi. ſequit Bar. Bāx. ⁊ Gui. in Spe. ti. ſ.
§. i. in ſi. ⁊ de ſen. excō. §. ii. ⁊ Bonag. q notat quatuor ſpecialia in
delegato principis. ꝙ non habet delegatꝰ ordinarij. Primū, ꝙ
ille exequit: iſte nō. De hoc. ī. Secūdum, ꝙ ille ſubdelegat: iſte
nō. Hoc intellige vt no. de offi. dele. ſup queſtionū. §. i. ⁊ de re iu
di. cū Bertoldus. ⁊ de appel. cū cauſaꝫ. ⁊ in cle. ſ. de offi. ⁊ po. iu.
dele Tertiū, ꝙ ille citat per edicta. de offi. dele. paſtoralis. §. ſcīu
inclius. eo. tit. gratū iſte nō. de iudi. ſancimus. Uide qō nota. in
Spe. de cita. §. ſequit videre. verſi. ⁊ not. ſecūdū, ⁊ qō no. in dicta
decre. gratū. Spe. vbi ſupra recitat opi. de qbꝰ in illa. l. ſancimꝰ.
an poſſit delegatꝰ citare p edictū. ⁊ tenet ꝙ nō. ⁊ an poſſit citare
per nuntiū, vel arctetur in propria perſona citare: ⁊ concludit ꝙ
citare poſſit per nuntiū. ⁊ hoc verum. De primo dic vt in dicta
decret. gratū. Nam ⁊ arbiter per nūtium, ⁊ epiſtolam citat. ff. de
arbi l. diem proferre. in princ. ⁊. l. ſed ⁊ interpellatum Quartum
caſum ſpecialem colligit ex decre. de offi. dele. ſuper queſtionū. §.
porro. qō priꝰ dixerat Pe. ⁊ Abb. de of. dele. ſignificaſti. ¶ Ad
primū punctū de vicario epiſcopi an exequat, nō eſt dubitatio,
tenēdo ꝙ habeat ordinariū, ſecundū no. de offi. vica licet. li. vi.
De ordinarijs inferioribus ab epiſcopo habētibꝰ iuriſdictionē
ex ꝯſuetudie, vl alio iure ſpeciali, an exequant ſuas ſnias, habe
tur. ſ. e. c. verū. ⁊. c. cū ꝯtingat. De delegato vero iferioris a prīci
pe, vidiſtis cōmunē opi Inn. de offi. or. cū ab eccleſiarū platis.
qui habuit hoc a Jo. xi. q. i. peruenit. dicit ꝙ delegatus exequat
ſententiā ſuam per iuriſdictionē, quam habet: per eam, quam

nō habet, non. Et ſic etiā intelligit qđ not. ĩ. e. cum cōtingat. ideo cū habeat delegatus ab ordinario poteſtatē excōicandi, ꝛ interdicēdi, vt allegat. C. de iudi. pperādū. §. ſtnantē reno. de offi. dele. ex literis. ꝛ c. ſignificaſti. poterit ſic ꝓcedēdo exequi. Sed dici poſſet ad iſta iura, qđ illā poteſtatē habuit ad tuēdā iuriſdictionē, nō ad exequendā, vt dicit ibi Innoc. cū tenet id, qđ dixi per iuriſdictionē, quā non habuit, non poſſunt actualiter mictere in poſſeſſionē. ff. ad muni. l. ea. §. ff. de iuriſ. om. iu. l. iubere. Et hanc recitat Spe. in ti. de ſen. excō. §. nūc vidēdū. in prin. Inn. de ver. ſig. c. dilecto. ſentit qđ poſſit exequi, etiā mittendo in poſſeſſionē: cum delegatus inferioris a principe, ſaltē de iure canonico, poſſit in poſſeſſionē mittere ex primo decreto. Et hāc opi. recitat Io. An. in addi. Spe. in. d. §. nūc vidēdū. in prin. Cal. tꝫ qđ exequat, maxime quando inferior delegās eſt temporalis, vt legatus, vel delegatus: alias finita legatione, vel delegatione oportet papā adiri. Ioā. de Lig. tenet glo. cū temperio Inno. Bar. in. l. a diuo Pio. ff. de re iudi. tenet ꝙ nō poſſit exequi: qꝛ eius expirat poteſtas lata ſentētia. de offi. dele. in literis. C. quomodo. ꝛ qñ iud. l. ſi vt proponis. Hinc eſt ꝙ non pōt cognoſcere de nullitate ſue ſentētie, vt ibi, ꝛ dixi in. d. c. ex literis. Sed reſpōde p gl. de offic. dele. querenti. ꝙ expirat quo ad actū cognoſcēdi, nō quo ad actū exequendi. Pūto ſi qrit an delegatus inferioris a principe poſſit pronuntiare de exequēdo, ꝛ de mittēdo: dic ꝙ ſic. Et ſic dicit Spe. in preallē. §. nūc vidēdū. ad hoc qđ no. in. l. iiij. in prin. ff. de dam. infec. Si querit an poſſit exequi actualiter: dic ꝙ pōt per iuriſdictionē, quā hꝫ: ideo pōt excōmunicādo, ꝛ interdicēdo, maxime in abſentia iudicis ordinarij. Ad hoc qđ no. Inn. de offic. dele. c. ſi. Si autē actualiter mittēdo, dic ꝙ ſi expreſſe eſt delegata exequutio, poterit actualiter mittere. Ideo ꝯſuluit Spe. in loco preallē. ꝙ actualiter cōmittat ſic, Cōmitto tibi cauſam, ꝛ eius executionē. Si nō eſt cōmiſſa exequtio ſpecifice, nō poterit exeq mittēdo: qꝛ non habet hāc ptātem: qꝛ in generali cōmiſſiōe non veniūt talia que ſunt miſti imperij, vt dicit Spe. in loco ꝑalle. Et per hoc non obſtat qđ dici poſſet, de iure canonico in delegatum trāſeūt ea que ſunt miſti imperij, vt no. de offi. ord. qđ ad ſedē. qꝛ illud verū, ſi ſpecialiter cōmittant, vt dixi, ꝛ notat Spe. in loco preallē. licet non tranſeāt in generali cōmiſſione. Et idē ſcripſi in cle. audito:. de reſcrip. In cōſeruatore aūt ſentit Io. An. ꝙ exequi poſſit. de prebē. pro illorū. Nec obſtat hec decre. qꝛ pōt ordinarius exequi illū reuocādo. ff. de iudi. iudiciū. Uel loqꝛ in delegato ex cauſa ſuſpicionis: ideo cū in exequendo nulla ſit ſuſpicio, de appel. nouit. videbitur delegatus ad cognitionē tantum, in qua eſt ſuſpicio, ꝛ nō vltra, vt ſic limitet delegatio ad menſuras cauſe delegationis, ſecūdū Ioā. de Lig. Alia glo. eſt clara, vide eam per te. ꝛ vide de offi. deleg. querenti. per glo. ꝛc.

1 ☞ Laicus a quo clericus, vel eccleſia rem vendicat, debet coram ſuo iudice laico conueniri.

2 Actor, in quibus teneatur ſequi forum rei etiam clerici, ꝛ in quibus non. nume. 10.

3 Quando certa qualitas ponitur in libello, ex quo ponitur fundamentum iuriſdictionis, ibi non ſufficit ad fundandum iuriſdictionem ſola cauſe allegatio.

4 Clerici priuilegium, quod habent in cauſis eccleſiaſticis, illud etiam habent in patrimonialibus.

5 Negatiua coram iudice facta quando non inducit conteſtationem, vt videatur iuriſdictio prorogata.

Lis quomodo nō dicat ſemper cōteſtata ex qnacūq; negatiua.

6 Ad iuriſdictionis fundamētum an ſufficiat ſimplex allegatio.

8 Iuriſdictio ex quibus qualitatibus fundatur, vbi agitur de re eccleſiaſtica coram ſeculari.

9 Clericus vbi nō poteſt cōueniri corā iudice ſeculari pro re eccleſiaſtica, an diſpoſita in illo caſu ꝓcedāt etiā in patrimoniali re.

11 Licus ex quo poteſt conueniri pro eccleſiaſtica re coram iudice eccleſiaſtico, a quo habuit dicta regula originem. nu. ſeq.

12 Laicus poteſt per clericum indiſtincte conueniri coram iudice eccleſiaſtico reſcripto pape.

13 Actor an indiſtincte ſequatur forū rei, ſi agatur ſup exceptiōe.

1 SI clericus. ¶ † Laic⁹, a quo cleric⁹, vel eccleſia rē vēdicat, dꝫ coram ſuo iudice laico cōueniri. h. d. Ponit dictū, rationē dicti, ꝛ cōtrariā localem conſuetudinem. ¶ † Nota

2 regulā quod actor regulariter ſequitur forū rei. Quod eſt verū, etiā in quantū clericus, vel eccleſia, ſuper re propria, vel eccleſie agit: quo caſu hec decre. decidit quatuor caſus. Prim⁹, quādo agitur ſuper re propria, vel eccleſiaſtica, ꝛ cōſtat rē eſſe eccleſiaſticā, vel propriā clerici, vel eccleſie: ꝛ cognoſcit iudex eccleſiaſticus. Secundus, quādo dicitur res eccleſiaſtica, ꝛ nō negat ꝛ cognoſcit iudex eccleſiaſticus. Tertius, quando eſt certum ꝙ res non eſt eccleſiaſtica: ꝛ cognoſcit ſecularis. Quart⁹, quādo eſt dubiū an res ſit eccleſiaſtica, ꝛ negatur: ꝛ adhuc cognoſcit ſecularis.

3 ¶ † Ex his nota ꝙ quādo certa qualitas ponitur in libello, ex quo ponit fundamentum iuriſdictionis, ibi non ſufficit ad fundandam iuriſdictionem ſola allegatio cauſe, niſi probetur, dato quod in libello exprimatur, contra Bar. in. l. ſi ex quacunque. ff. ſi quis in ius vo. nō ier. Et hoc verū, quando qualitas negatur: alias ſufficit ſola allegatio, abſq; alia probatione, ex quo non negatur. Et ſic procedit opi. dicentium ſufficere ſolam allegatio

4 nem. ¶ † Nota quod illud priuilegium quo ad forum habent clerici in bonis patrimonialibus, quod habent in bonis eccleſiaſticis. ꝛ ſic eſt caſus proſcriptus per Ioā. And. ĩ. eodem. cum ſit. Materiam huius cap. expedit Innocen. in parte. iij. c. cum

5 ſit ĩ. e. ponam hic totū. ¶ † Oppo. quod dato ꝙ laicus a clerico conuentus negat eccleſiaſticam rem eſſe, poſſit coram eccleſiaſtico conueniri, quia negando petita litem eſt conteſtatus, ꝛ ſic iuriſdictio prorogata, ꝛ tarde opponit declinatoria: vt in cap. inter manaſteriū. de re iudi. Soluit Io. An. Primo ꝙ totū, qđ negauit, dixi ad excluſionē iuriſdictionis: ꝛ ſic nō inducitur prorogatio. quaſi dicat, reſpōſio ad libellū prorogat iuriſdictionem, ꝛ cōteſtatur litē, quādo ex negatione petiti ſimul non negat petitū, et iuriſdictio, vel cauſa cōcludēs iuriſdictionē. ſed quādo eodē inſtanti ex negatione petiti ſimul nō negat petitū: ꝛ iuriſdictio: qꝛ ex petito ꝛ cauſa petiti fundat iuriſdictio, tūc videt negata ad excluſionē iuriſdictionis: ꝛ ſic excludit litis cōteſtationē. quod eſt notandū. Secunda ſolu. Pet. ꝛ Abb. quod hanc negationē faciebat extraiudicialiter: quo caſu nō inducitur litis cōteſtatio, nec iuriſdictionis prorogatio. Uel tertio ſecūdū eoſdē negationē hāc facit: cū proteſtatione ꝙ non intendebat in iudicem conſentire, vel litē conteſtari: alias lis eſſet cōteſtata, nec plus poſſet opponere. de officio dele. inſinuāte. ſecundum Pe. ꝛ Abb. ¶ Sed ſcđo obſtat, qꝛ videt ꝙ ſola negatione cōuenti, ꝙ res nō ſit eccleſiaſtica, nō impediat iuriſdictio: qꝛ ex quo reuocatur in dubiū qualitas, vel cauſa, ex qua dat iuriſdictio, cognoſcere pōt de illa. de reſcrip. ſup literis. ꝛ. ff. de iudi. ſi qs ex aliena. Solu. Fatet Hoſte. ꝙ ſi reuocatur in dubium an res ſit eccleſiaſtica, nō impedit iuriſdictio eccleſiaſtica: qꝛ ex quo reuocat in dubiū cauſa, ex qua datur iuriſdictio, ꝛ cognoſcere pōt an ſua ſit iuriſdictio ſummatim, ꝛ ſic an res ſit eccleſiaſtica, ꝛ ſi repenret eam ipſam eccleſiaſticā: pnūtiabit ſuā eſſe iuriſdictionē: alias remittet ad iudicē ſecularē. Allegat pro hac ſummaria cognitiōe. l. ſi quis liberi. §. ſi vel parēs. de lib. agno. ꝛ allegat. ĩ. de teſti. veniēs. Sed dicit qđ hoc ſibi nō placet, nec etiā Hoſti. pro quo facit qđ no. ĩ. eodē, cū ſit. Pro eo videt tex. hic, qui dicit ꝙ eo ꝙ negat, rem fore eccleſiaſticā, ſtatim adiri debet ſecularis, p Hoſt. Pro prima opi. tamen facit qđ no. Inn. ĩ. c. conqueſtus. vbi dicit ꝙ ſi laicus negat raptū, vel inuaſum, cognoſcit eccleſiaſtic⁹, donec cōſtet ꝙ ſua non eſt iuriſdictio: ꝛ tūc condēmnabit clericum in expenſis, ꝛ remittit ad iudicē ſuū. de appel. vt debitus. ꝛ. c. cū ſpeciali. ¶ Cōcludendo hanc materiam, que mihi viſa eſt ſemp difficilis, oportet videre tria. Primo an allegata cauſa, vel qualitate iuriſdictionē fundāte, ad fundamētū iuriſdictionis ſufficiat ſimplex allegatio, ſine alia pbatiōe, ſiue negēt, ſiue cōfiteat. Secūdo, an vbi agitur de re eccleſiaſtica cōtra laicū, q̄ ſint qualitates, ex qbus fundat iuriſdictio. Tertio, an omnia dicta ſuper re eccleſiaſtica procedāt in re tēporali, ꝛ pſonali clerici ¶ Ultimo,

6 aliqua adaptando ad ea, concludet intellect⁹ capituli. ¶ † Ad primū dicunt quidam ꝙ ſi qualitas allegetur, ꝛ negetur, nō ſufficit ſola allegatio ad fundandā iuridictionē, nec ſola negatio ex toto repellit ſed ſummatim cognoſcit iudex de illa qualitate, ꝛ poſtea determinat incidēs queſtio, ꝛ ſecundū euentū qualitatis poſtea iudicabit ſuper iuriſdictione, pro vel ꝯtra. Et hoc tetigit hic Hoſte. lꝫ non firmet: ꝛ pro eo ſunt regule cōmunes, que habēt, iudicē cognoſcere debere an ſua ſit iuriſdictio. ff. de iudiciis. ſi qs ex aliena. de reſcriptis. ſup literis. ſi qs in ius voc. nō ierit. l. ſecūda. Ad hoc glo. Inno. in. c. ſuper literis. in gl. in verbo, forſan. verſic. ſi autē cōuenit. Ubi ſi accuſatur quis de delicto commiſſo in territorio iudicis, ex quo orit ſimul cauſa agendi, ꝛ fundamentū iuriſdictionis ratiōe delicti, ꝙ ſe neget ſe ibi deliquiſſe, vel cōfiteatur delictū, ſed neget ſe deliquiſſe in territorio iudicis, ꝙ poterit ante iudex ſummarie cognoſcere an in ſua dioceſi deliquerit: ꝛ ſecūdū euentum pronuntiabit ſe iudicem, vel nō iudicē. Idē tenet Ioā. Calde. de raptoribus. c. primo. an. iiij. queſt. Idem dicit in cōtractu Ioā. And. de foro compe. Romana. §. contrahentes. libro ſexto. Et ſi reuocatur in dubium an cōtraxerit in loco, vbi agitur ad fundamētū iuriſdictionis, ſummarie cognoſcet an ibi cōtractū ſit. Idē dicit Inno. de dilatio. preterea. Idē dicit. ſ. titu. primo. ceterū. Ubi dicit quod ſi negetur ſpoliatio clerici agentis, poterit cognoſcere eccleſiaſticus, an ſit ſpoliatus ſummarie ad cognitionem iuriſdictionis ſue. Ad hoc qđ not. in Spe. de compe. iudi. adi. §. primo ſup ver. vi. ꝛ in verſi. pone. Ad hoc gl. de officio dele. c. primo. lib. ſexto. Ubi ſi in con-

ſeruatione negatur iniuriam fuiſſe notoriã, poterit iudex ſe informare ſummatim ſuper qualitate iniurie, ⁊ ſecundũ euẽtũ iudicẽ, vel nõ iudicẽ ſe pronũtiare. Secunda fuit opinio ꝙ nõ ſit neceſſaria probatio, vel cognitio cauſe allegate in libello: ſed ſufficit ſola allegatio ſine alia ꝓbatiõe ad iuriſdictiõis fundamẽto, ſiue negetur, ſiue cõfiteaꝛ, ſiue nihil dicaꝛ ſufficit ipſaȝ allegare i libello. Et hoc ſentit Joan. An. hic, poſt Vin. qui dixit ꝙ ſi negeꝛ ſpoliatio eccleſiaſtice rei, cognoſcit iudex, donec cõſtet reȝ nõ ſpoliatã remittet illum clericũ ad ſecularẽ, ⁊ cõdẽnabit in expenſis. Ad hoc qđ no. Inno. ĩ. tit. j. c. ceterũ. ⁊ eo. cum ſit. ⁊ c. cõqueſt⁹. vbi dicit ꝙ ſi aliqua cã, vel qualitas ptẽdaꝛ, ex qua fundeꝛ iuriſdictio, oportet illã i libello allegari, quaſi ſufficiat illa allegatio. Idẽ formaliṫ ſentit Innocẽ. in. c. cum ſit. vbi dicit ꝙ ſufficit allegare dolum, vel oppreſſionem in contractu, vel ſuper re eccleſiaſtica: ⁊ ſufficit illaȝ in libello allegare, licet negetur: ⁊ ꝓceditur in cauſa principali: ⁊ ſi poſtea nõ ꝓbetur fraus, vel qualitas deducta, ſequetur abſolutio ſed poſtea poterit agi ex alia cauſa. ff. de excep. rei iudi. l. ⁊ ad eandem. §. actiones. Differunt tamen in practica dictum Vin. quod recitat Joan. And. hic, ⁊ dictum Innoc. quia ſecundum dictum Vinc. condemnabitur pars in expenſis, ⁊ remittetur ad iudicem, ex quo apparet defectus qualitatis. ſed ſecũdum Innocen. pronunciabit diffinitiue ſuper ipſo principali abſoluendo. Idem tenuit Ho. de Suza. ſuper authenti. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oportet. quod recitat Joan. An. ⁊ de cõpeten. in. adi. §. primo, ſuper ver. vj. in addi. verſi. ſed pone, aliquis. vbi dicit ſufficere allegare crimen fuiſſe commiſſum in certo loco, ad fundandã iuriſdictionem iudicis loci, abſq; quod aliter cognoſcatur, vel probetur: ⁊ ſi poſtea appareat delictum ibi nõ commiſſum in proceſſu cauſe, ꝓceſſus nõ valebit. C. ſi non a compe. iu. per totũ. Et in hoc ſequi videtur opi. Vin. quo ad practicã: ꝙ examinabitur. ſ. Ad hoc dictũ Bar. in. d. l. ex quacũq;. ff. ſi quis in ius vo. nõ ie. vbi dicit qđ ad fundãdã iuriſdictionẽ iudicis ſufficiat allegare cãȝ, vel qualitatẽ cõcludẽtẽ iuriſdictionẽ lȝ vera nõ ſit, dũmodo non cõſtet: qꝛ iuriſdictio mẽſuratur ab eo, qđ petiꝛ, nõ ab eo, qđ in veritate debetur. ff. de iu. om. iu. l. cum quedam puella. §. ſi. Ad hoc ſimile de ſeruo cõtendente ſe liberum: quia vt audiatur, ad proſecutionẽ iudicij ſufficit qđ alleget ſe liberuȝ, licet vt ſeruus petatur. Tertia opi. Fran. de Are. quam recitat Lap⁹ alleg. lxj. vbi dicit ſufficere cauſaȝ allegari, ⁊ probari: ſed negatio aggrauat negantẽȝ in onere probandi: quia productione libelli eſt fundata intentio, per dictam. l. cũ quedam. in ſi. Nõ placet michi opi. nec ꝙ ſufficiat allegatio, nec ꝙ grauetur onere probãdi: quia ſic eſſet ſemper in poteſtate actoris allegando cauſam, vel qualitatẽ concludentem iuriſdictionem, vel alium ſubijcere iuriſdictioni, vel grauare onere probandi defectũ qualitatis concludẽtem iuriſdictionem. Nec ob. l. cum quedaȝ. in ſi. quia licet inſpiciatur quod petitur, nõ quod debetur, ad fundãdam iuriſdictionẽ, illud verum, quando ſit verum vel falſuȝ id qđ petitur, concluditur iuriſdictio: quia tũc nõ habetur reſpectus ad veritatem debiti: quia iuriſdictio nõ menſuratur ad veritatem debiti vltra iuriſdictionem, ſuper quo vltra metas petiti nõ poterit ferri ſententia, ſed menſuratur ad limites petiti. Hic anteȝ ſi ſit falſa qualitas allegata, excludiꝛ iuriſdictio: ſi ſit vera, concludiꝛ quo ad petituȝ. Igitur oportet de qualitate cõſtare. Hoc patet ex hac decr. ꝗ dicit qđ negata re eccleſiaſtica, excludiꝛ iuriſdictio. Quinta videꝛ excludi doctrina, quod ſola negatiõe qualitatis excluditur iuriſdictio ex toto, vt hic eſt tex. ⁊ gl. de heret. accuſatus. i verbo, manifeſte. li. vj. Ideo in hoc puncto concludendo quandoq; allegatur qualitas in libello expreſſe, quãdoq; allegatur tacite: ſi allegatur expreſſe, dic ſi allegaꝛ, ⁊ probatur caſus eſt planus. ſi nõ allegatur in libello, ſed probatur, ſi quoquo modo adaptabilis eſt ad verba libelli, includitur, ⁊ procedit iudiciuȝ: vt notat Innocẽ. de iudi. ceterum. vbi in reali proceditur coraȝ domino feudi, ſi narret ſe dominum: quia ius feudi poteſt in libello concludi, vt quod intentet vtile: ſi non poteſt aliquo modo includi, non proficit probatio, niſi allegetur. Sic debet intelligi Inno. ĩ. ti. j. ceterum. ⁊ qđ no. ĩ. c. cum ſit. ⁊ c. conqueſtus. Si allegatur, ſed non ꝓbatur: tunc ſi non negatur, ſufficit ſola allegatio ad concludenduȝ iuriſdictionem: vt hic eſt caſus notabilis: ⁊ ſic procedit opi. dicentium quod ſufficit ſola allegatio. Si auteȝ allegaꝛ qualitas, ⁊ negatur, ⁊ ſi cõtingat negatio abſq; principali petito. ſufficit ⁊ negari. Intelligo quando ſit negatio ante litem conteſtatã: quia ſicut poſt litem cõteſtatam non proficeret exceptio dilatoria: ita nec proficiet hec negatio: vel ſaltem poſt lit. cõt. transfundet onus probãdi in aduerſarium. l. Pomponius. §. rati. ff. de procur. ſecũdum vnuȝ intellectũ, de quo dixi poſt Inno. de proba. quoniã contra falſaȝ. Et ſic poſſet procedere opi. Frã. licet primũ reputem tutius, ſi cõtingat negationem qualitatis ſurgere a negatione principaliter petiti. Ideȝ puto vt ꝓficiat negatio, quia videꝛ negaſſe pinguius quod poſſit. ar. eorũ, que no. in l. iter ſtip §. i. de ver. ob. ⁊ ſic negaſſe i viȝ dilatorie, vt dixi. ĩ. ⁊ quia ex ordine intellect⁹ talis ꝓcedit, vt ⁊ tenui ſupra: quibus caſib⁹, ſi queritur an negatio excludat iuriſdictionem in principali, ⁊ incidenti, an ſit iudex, an in neutrũ excludat ſolum in principali, ⁊ nõ incidenti, donec cognoſcatur an ſit iudex: dic quod ſi qualitas alegatur, ⁊ negatur, ⁊ congruo tempore, ⁊ tũc ſi iuriſdictio fundetur ſuper ſola exiſtẽtia qualitatis, ⁊ non ſuper dubietate: tunc ſi nõ negatur ex toto, licet aliquod accidens ad illã obfaſcãdã allegetur, nõ cõcludiꝛ cognitio in principali. ſȝ differꝛ donec cognoſcit iudex an ſit iudex, ⁊ ex toto nõ excludiꝛ iuriſdictio. no. gl. de offi. dele. c. ⁊. li. vj. Naȝ ſi iuriſdictio fundatur ſuper notorietate delicti, ⁊ factũ nõ negaꝛ notoriũ, ſed excuſatur, cognoſcit cõſeruator. Si aũt qualitas ex toto negeꝛ, excludit iuriſdictio, niſi qui allegat illã in libello, offerat ſe ꝓbaturũ ad fundamẽtũ iuriſdictionis: quo caſu iudex habet illa examinare ſummarie, vt cognoſcat an ſua ſit iuriſdictio. ¶ Nũqd aũt debeat tũc plene ꝓbari an ſufficiat ſummaria. Hoſ. hic qđ ſufficit ſummaria ⁊ idẽ Inno. ĩ. de reſcrip. ſuper literis in gl. preal. ⁊ Bu. i. l. preſcriptiõe. C. ſi cõtra ius, vel vti. pub. ſicut i actiõe ad exhibẽdũ, ⁊ tenẽdũ. l. iij. §. ibidẽ. ff. ad exhi. ⁊ in reſt. in integ. aduerſus ꝓbationem omiſſaȝ, vel exceptionẽ de in inte. re. c. ij. Dic iũcto dicto Bar. i. d. l. ꝑſcriptiõe. ſi reuocaꝛ in dubiũ de qualitate ꝗ nõ venit diſcutienda ad merita quo ad ſubſtãtiã ꝓbatiõis, debet diſcuti plene: non enĩ in talib⁹ debet lis conteſtari: ⁊ hoc reſpectu ſummarie ꝓcediꝛ, qꝛ ſufficit cõteſtatio in principali. vt no. de offi. dele. pãdẽtiam. §. ſexta. Sed nõ ſic ſummarie qđ ſteꝛ iuramẽto. ſi qualitas venit ad merita diſcutientia, ſi idem grauatur onere probãdi, ⁊ quo ad merita, ⁊ quo ad dilatoriã ſufficit quod ſummarie probetur per iuramentũ, ſecũdum Bar. Hoc nõ placet mihi: quia hic eſt aliquale preiudiciũ: vt. l. theſaurus. ad exhibẽdum. Si venit probandum per diuerſos ad merita, ⁊ ad fundandã iuriſdictionẽ, ⁊ qꝛ ponitur exceptio taciturnitatis peremptorie in beneficiali opponẽs dilatorie grauatur ⁊ ad merita grauaꝛ actor, ⁊ adhuc oportet qđ plene probetur, vt dicit ibi Bar. qđ intelligo vt. ĩ. quo ad ſubſtantiã probatiõis. Si tamẽ negatio haberet notorietatẽ cõtra ſe, nõ credo proficere negationẽ, qꝛ nõ eſt probabilis: vt nota. de cenſi. cũ venerabilẽ. Ideo ſi petatur poſſeſſio prebende, quia non poteſt eſſe non notoriũ in loco poſſeſſiones fore prebendales, quando dicimus, poſſeſſe ſunt, licet negenꝛ prebẽdales: hoc non ſufficit. Quandoq; allegaꝛ qualitas pro fundamento iuriſdictionis, ⁊ eius nõ exigiꝛ vera qualitatis exiſtẽtia, ſȝ ſola ſufficit dubietas: ⁊ tũc ſufficit illã allegare, ꝙꝙ negeꝛ, ⁊ cõcludiꝛ iuriſdictio abſq; alia cognitione preambula. Et hoc dicit Hoſ. ĩ. c. conqueſtus. ⁊ hic Jo. An. recitat. ⁊ Inn. ĩ. eo. cũ ſit. ⁊ c. cõqueſtus. Nã ſi allegatur oppreſſio, ⁊ violẽtia, ſola dubietas huius circa rẽ eccleſiaſticã, vel clerici, cõcludit dubietatẽ ſacrilegij, ⁊ ſup dubio an ſit ſacrilegiũ cognoſcit eccleſia. ſi allegaꝛ res ſpiritualis, ⁊ negaꝛ, ſola dubietas concludit hoc ſpectare ad iuriſdictionẽ eccleſiaſticam. Idẽ ſi ꝯtractus negetur vſurarius. Si negeꝛ iuramẽtũ ligare: ſi negeꝛ preſcriptionẽ cõcludere peccatũ, ⁊ ſimiles tales exceptiones faciẽtes rẽ dubiã concludunt iuriſdictionẽ quo ad eccleſiaſticũ iudicẽ. Igiꝛ ſufficit ſola allegatio cũ negatiõe: nõ ſic ſi allegatur contractus factus in tali loco: vel cõmiſſum delictũ in tali loco: ad cõcludendã iuriſdictionẽ. vel rem fore eccleſiaſticam, ⁊ negatur: qꝛ in talibus vera exiſtentia narrati cõcludit iuriſdictionẽ, nõ dubietas. Si vero iuriſdictio fundaꝛ ſup notoria exiſtentia qualitatis: tunc ſi qualitas nõ allegeꝛ notoria, ⁊ negaꝛ, ſtatim excluditur iuriſdictio: vt in. c. i. de of. dele. li. vj. ⁊ hic. Ad hoc gl. de heret. accuſat⁹. lib. vj. nã ſup re eccleſiaſtica excluditur iuriſdictio laici, ⁊ ſpectat ad clericũ, quãdo res eſt eccleſiaſtica. ⁊ hoc cõſtat, vel nõ negaꝛ, quia cõſtare diciꝛ: ſi nõ negeꝛ ex toto iuriſdictio, ⁊ in principali, ⁊ incidenti, an ſit iudex: qꝛ ex quo negat ad cõcludẽdã rẽ eccleſiaſticam notoriam, nõ ſufficeret ſummaria probatio: vt dicit Hoſtien. de ordi. cogn. c. ij. Si qualitas allegeꝛ notoria, ⁊ negeꝛ: tũc bene cognoſcit preambule. de offic. dele. c. j. li. vj. Hoc verũ, quãdo ex negatione cõcludiꝛ probabile diuerſum notorietatis: alias ſi negatio cõcludit certitudinẽ defectus qualitas. vt patet ꝙ negatũ ꝑdeat a iure, excludiꝛ ex toto iuriſdictio: vt no. gl. de heret. accuſat⁹. li. vj. in verbo, manifeſte.

7 ¶ †Venio ad ſecũdũ principalẽ caſum, quãdo nõ expreſſe allegaꝛ qualitas in libello, ſed tacite põt cõprehẽdi ꝑ allegata, vt qꝛ agẽs rei vẽdi. cõtra laicũ ꝑ rebus eccleſie, ſolũ dicit rẽ eccleſie, ꝙ res ſit eccleſie, nõ cõcludiꝛ iuriſdictio. ſed bñ cõcludiꝛ ex detẽtione rei ſacrilegiũ quoddã, ex quo cõcludiꝛ iuriſdictio ad eccleſiã: ⁊ tũc qꝛ poteſt iſtam deducere vt priuilegiatam, et vt nõ priuilegiatã: tunc ſi negatur res eccleſie, ⁊ cõtra negaꝛ ſacrilegiũ, ſola negatio excludit iuriſdictionem, vt hic: ⁊ excludit preambulam cognitionẽ ad excludendã iuriſdictionem: qꝛ ſpecifice nõ tãgitur dubiũ ſacrilegij: ⁊ hic eſt tex ⁊ dixit Hoſti. vnde ipſam vt priuilegiatã domũ deducere videtur, quando hoc exprimitur in libello: vt no. Inn ĩ c. cũ ſit. ⁊ c. cõqueſtus. ⁊ ĩ. tit. primo, ceterũ Itẽ nec cõcluditur ſacrilegiũ, nec dubium ſacrilegij.

gñ, ex quo non allegat mala detentio: qꝛ poſſibile eſt qđ hꝫ aliquod initium iuſtum poſſidēdi: ⁊ eo ꝙ poſſidet, preſumit iuſte poſſidere, ex quo non allegat poſſeſſionis iniuſtitia, pretēdi nō videtur niſi forte diceretur ſacra, ⁊ negatur ſacra: qꝛ ſup hac dubitate cognitio ſpectat ad eccleſiaſticū, ſecūdū Jo. de Lig. Ratio, qꝛ ibi ratiōe dubij cōmittitur, ſeu daƚ iuriſdictio, opꝫ ꝙ vel equalitas allegetur in libello, vel ſi nō expreſſe allegeƚ, opꝫ ꝙ ſit patens in porrectiōe libelli, vel ſola reſponſione ad libellū: alias vt nō producta procederet de iure cōi ſuper ea, ⁊ ſcđm regulam, actor forū rei licet enim verba libelli trahantur ad intentionem actoris quo ad merita, nō quo ad fundādam iuriſdictionē, niſi aut expreſſe allegeƚ, aut cōcludatur a parte in limitibus libelli: alias actor ſequiƚ forū rei, vt dicit litera: nec aliud examinatur. Sic intelligit Hoſ. hac decre. per que puto ꝙ ſi agens allegaret agēdo rei vēdica. iniuſtā detentionē aut iniuſtam occupationē, ⁊ de facto, ꝙ ex hac allegatiōe iudex poſſet de hoc cognoſcere: ⁊ ſic poſſet procedere opi. recitata per Goffr. Sicut eñ qualitas allegata habeƚ pro probata, ſi non negetur, ad cōcludēdā iuriſdictionē, vt dixi: ita qualitas non allegata habeƚ ꝓ reprobata quo ad excludēdā iuriſdictionē. Ideo ſi feudatarius ageret rei vendi. cōtra feudatariū, ⁊ nō aliter allegaretur feudalis, nec etiā in primordijs aliquid diceretur: excluderet iuriſdictio ꝑ negationē dominij: ⁊ lꝫ vellet probare ſe dominū, nō audiretur, niſi allegaret dominiū vtile reſpectu feudi. Ubi autem dixi ſufficere allegationē, ſi iudex procedat, ⁊ poſtea ad merita non appareat veritas cauſe allegate, qualis debeat eſſe ſententia, vbi qualitas cōcludit ad fundādā intentionē in principali. Goffr. ſ. eo. c. cōqueſtus. vt dicit Joā. And. hic, dicit ꝙ eſt abſolutoria ab inſtātia, ⁊ cōdēnatoria quo ad expēſas: ⁊ ꝓceſſus declarabiƚ nullus, vt ab incompetenti agitatus Et hoc ſentit Gui. de Suza. auth. quā in prouincia. C. vbi de cri. agi oportet. vbi dicit ꝙ ſi in proceſſu qualitas deficiat: proceſſus erit null⁹, vt ab incōpetēti iudice agitat⁹: Et hoc recitat Jo. An. in addi. Spe. in ti. de cōpe. iud. adi. §. j. ſup verſi. vj. Jnn. ſ. e. cū ſit. dicit pronūtiādum diffinitiue, abſoluēdo reū ab impetitione actoris, ⁊ ſic ꝓnūtiet ad merita. Et hoc ſequi videtur Frede. ſuo cōſ. ccvij. Puto aduertēdū qualiter qualitas fundet iuriſdictionē: ſi ſola veritas cauſe fundaret iuriſdictionē, hic nō eſt iudex. Ideo ſi ignorāter fieret ꝓceſſus: nō dare ⁊ prorogatio iuriſdictionis: ⁊ tūc abſolutio dꝫ eſſe abſolutoria ab inſtantia. Si ſciēter, ⁊ iuriſdictio eſſet prorogabilis, eſſet abſolutio fiēda a diffinitiua: ⁊ qñ cōcluderet defectus qualitatis defectū iuriſdictionis ipſo iure. Sec⁹ ſi demū exceptione elidibilis: qꝛ valeret proceſſus, ex quo nō eſt oppoſitū: vt no. Jnn. de offi. dele. cū ſup. Si iuriſdictio fundaƚ ſup ſola dubietate cauſe: tūc ſtāte dubio fuit iudex, ⁊ voluit qđ agit. Poterit ergo, conſtito de defectu cauſe diffinitiue abſoluere: qꝛ durat iudex in ꝓnūtiādo in quocūqꝫ euētu dubietatis, ſiue ſubſit qualitas, ſiue nō: ⁊ qꝛ qđ legitime eſt actū, ⁊c. in regula, fa
8 ctū legitime. de reg. iur. li. vj. Et hec ſufficiāt de primo. ¶ † Uenio ad tertiū, vbi ſint qualitates ſup eccleſiaſticis iuriſdictionē cōtra laicū cōcludētes. Dic, prima eſt, ſi circa rē eccleſiaſticā allegetur raptura: qꝛ tūc cōcludiƚ crimē ſacrilegij. Alleg. xvij. q. iiij. c. iij. ⁊ c. ſint q. ⁊ multis ca. eiuſdē. q. ⁊ hoc tribuit iuriſdictionē eccleſiaſtico iudici, etiā ratione dubitationis: qꝛ talia cognoſcere, cū crimē eccleſiaſticū ſit, vel dubiū an ſit eccleſiaſticū, ſpectat ad iudicē eccleſiaſticū. xij. q. ij. nulli liceat ꝑdia. ⁊ c. de laicis. Et hec cā cōcludit iuriſdictionē, ſiue certitudinaliter adſit, ſiue dubiteƚ: vt dixi. xvi. q. j. in canonibus. xxiiij. q. iij. ſi qs deinceps. Jdē dicit But. in quolibet delinquēte cōtra eccleſiā, vel illā illuctāte. C. de epi. ⁊ cle. aut. Jtē nulla cōitas. ⁊ ibi ꝑ Gul. ponuntur caſus, in qbus eccleſia hꝫ iuriſdictionē cōtra laicū. Et an eccleſia illis poſſit imponere penā pecuniariā, vide ꝙ media ſunt ſub iuriſdictione eccleſie. l. parabolā. C. de epiſ. ⁊ cle. Sed reſtringit Gul. ad caſum illū. Secūdo, ſi circa rē eccleſiaſticā allegeƚ oppreſſio, vel violētia clericorū, ⁊ etiā pauperū. Et dicit hic Joan. de Lig. ⁊ ſcribit Lapus ſua allegatiōe. lxxvij. ꝙ hoc nō eſt ex priuilegio clericorū tātū, ſꝫ ex generali iure, quo eccleſia defendit oēs oppreſſos. xxiij. q. iij. ſi qs de potentibus. ſcđm Jo. de Lig. hec
9 procedūt in reb⁹ eccleſiaſticis. ¶ † Jn patrimonialibus autē clerici, ſunt opi. Jnn. ſentit idē: qꝛ pōderat rapturā clericorū. Quidā cōtra: qꝛ hoc eſt inductū in priuilegiū eccleſiaſticarū rerū: nō extēditur ergo ad patrimonialia. vij. q. j. petiſti. Et hoc recitat Jo. An. ſ. e. cū ſit. Dicit Joā. An. ꝙ cōtrariā opi. hoc eſt, primā tenuit egi. Et hāc ſeruat ꝯſuetudo: qꝛ bona clericoꝝ gaudet priuilegio rerū eccleſiaſticarū: qꝛ obligata ſunt ꝓ adminiſtratione. de pigno. ex literis. Ad hoc, qꝛ oppreſſiōe vidue cōcludiƚ iuriſdictio eccleſiaſtica. ſ. c. ex parte B. Forti⁹ i bonis clerici. Et hoc tꝫ in dicto. c. ex parte B. ⁊ tenuit Jnn. ſ. de iudi. ceterū. vt ibi dixi. ⁊ Spe. in ti. de cōpe. iu. adi. § j. ver. xxx. vbi dc ꝙ vbicūqꝫ ſup poſſeſſorio impetrat clericus ꝯ laicū, adit, ⁊ impetrat iudicium eccl'ie: quinimo plus puto ꝙ ſi nō allegaƚ oppreſſio, ſed tātū ꝙ res eſt clerici, ⁊ cōſtat ipſam fore clerici, vel nō negeƚ, ꝙ agēdum eſt ꝯ laicū corā iudice eccleſiaſtico, vt hic eſt caſus. nō deſtruēdo liberā, ibi: de reb⁹ ſuis, vł eccleſie. Et ꝑ hoc ptꝫ Expeditio tertij articuli incidētis. Jnquātū dixi violentiā cōcludere iuriſdictionē in iudicē eccleſiaſticū, ſi illa allegeƚ, eſt verū, qñ violentia eſt expulſiua, vel ablatiua: ⁊ forte idē, ſi cōpulſiua. Sꝫ ſi turbatiua, vel denegatiua, videƚ ꝙ ſi eſt denegatiua pſtatiōis debiti realis, vel pſonalis, vel alterius iuris, hāc tractādā corā ſeculari. Et ad hoc no. de re iudi. c. ſi. Sꝫ dic, ſi auferƚ quaſi poſſeſſio iuris ꝑ denegationē talē: pōt dici ꝙ ſi actu violēto illā nāciſci prohibetur, ad huc ex hoc crimine ſacrilegij concludat iuriſ dictio. ad hoc de reſtitu. ſpo. Piſana. ⁊ quod not. ſ. eod. cum ſit. Si non ſit actu violento, eſt dubiū: puto idē, quādo cōſtat proprietatē iuris ad eccleſiā pertinere, vel rei, ꝑ. c. cōqueſt⁹. ꝑ hoc. c. non obſtat qđ no. Jnn. ſ. eo. cōqueſt⁹. qꝛ illud intelligo, qñ agiƚ vel poſſidetis, ⁊ nō cōſtat de ꝓprietate iuris, vel rei, qđ nō eſt priuilegiatū: ⁊ ſic cōcluditur ꝙ pro turbatiua nō cōcludiƚ iuriſdictio in iudicē eccleſiaſticū. Nō obſtat de iudi. c. ſi. qꝛ pōt, ſi vult, agere coram iudice eccleſiaſtico, ⁊ corā ſeculari, cū crimē ſit mixtū. ſ. eo. cū ſit. vel nec ibi cōſtabat de ꝓprietate rei. ¶ Tertia qualitas eſt qñ circa rē, vł ꝯtractū ſup eccleſiaſtica re allegaƚ fraus. xij. q. ij. apoſtolicos. ⁊ c. quicūqꝫ militū. dū tamē in petitione fiat mentio de fraude, ſcđm Jnn. in d. c. cū ſit. Et hoc ſequiƚ Lap⁹ ſua allegatio. lxvij. per que dicit ꝙ ſi repetaƚ res eccleſiaſtica, allegato ꝙ per fraudē rem eccleſie emēdo, vel de pecunia eccleſie facit aſcribi inſtrumētū amico, vel tertio: qđ de hoc cognoſcit eccleſia. Ad hoc, qꝛ tales ſic fraudātes, ab eccleſia anathematizanƚ, vt in iuribus predictis. Spectat ergo ad eccleſiam: qꝛ excōmunicatio daƚ ꝓpter cauſam eccleſie ſubiectā. xxx. diſtinctio. ſi qua. ⁊ c. quicunqꝫ. Ad hoc qđ no. Jo. An. in regula, ea, q̄ ſiūt. de regu. iur. lib. vj. ¶ Attēdēdū tamē dicit Lapus ꝙ ita demū allegatio fraudū ſubmittit cōtractū, vel cognitionē ſup re eccleſiaſtica ꝯ laicū, qñ aliquid circūfert ad ſubſtātiā eius, de quo agiƚ. Sec⁹ ſi nō circūfert: nā dato ꝙ libellās diceret in rei vendicatione, aduerſariū dolo, vel fraude, nō reſtituere: nō ſufficeret, niſi aliter allegareƚ iuſta occupatio, vel detētio. Hec no. ſua alle. lxi. lxviij. ⁊ lxvij. vbi diffuſiſſime hoc tractat, ⁊ recitat cōſilia diuerſorū in. q. que fuit de facto. Ex hoc decidiƚ qđ ſi petaƚ reductio ad arbitriū boni viri ſup re eccleſiaſtica, corā quo agi debeat ꝯ laicū. Frede. ſuo. cōſi. cclxxv. tenet cū agaƚ remedio cōmuni, cā debet agitari corā ſeculari: qđ puto ꝑ predicta, niſi allegeƚ dol⁹, vel fraus arbitratoris veris, vel pſumptus, ꝑ iā dicta. ¶ Quarta qualitas, ſi allegeƚ nullitas cōtract⁹, etiā ſine fraude. xij. q. ij. apoſtolicos ⁊ c. qcunqꝫ militū. Sec⁹ ſi nō cōtenderet nullas, ſed agereƚ ad illā infringēdū propter defectū cōſenſuū aliquorū canonicorū. Sic intelligo Jnn. qui cōtradicere videƚ. Ad huc cognoſceret: ⁊ hoc puto, ſi nō negaƚ res eccleſie, vel hoc cōſtat: qꝛ iam cōſtat de mala detētione rei, per ea, que dicā. ſ. ⁊ ꝑ tex. hic. Sec⁹ ſi eſt aliqs, lꝫ reſcindēd⁹: ⁊ quia donec reſcindaƚ, habet iuſtam cauſam tenēdi. ¶ Quinta qualitas, ſi allegaƚ qđ, per qđ aliquo iure agiƚ, etiā priuilegiante, puta reſtitutione in integrū: qꝛ ꝙ petatur reſciſſio cōtract⁹, etiā validi, ſiue ꝓpter defectū canonicoꝝ ſiue ꝓpter aliū defectū, omnibus his caſib⁹ cognoſcet eccleſia. Et hoc placet: ſufficit ſola dubitatio reſtitutionis. Sed ceſſantib⁹ his qualitatib⁹, ſi ſolum allegaƚ rē fore eccleſiaſticā. Jnn. hic ſibi cōtradicit in dicto c. cū ſit. Jn prima parte dicit ꝙ quocunqꝫ modo agaƚ de re eccleſiaſtica, cognoſcet eccleſia. alleg. xij. q. ij. qcunqꝫ militū. in fi. Dic ꝙ ſi agiƚ rei vendicatione, vel depoſiti, vel cōſimilib⁹, in quibus nullo iure ſpeciali vtiƚ eccleſia, ex quo agiƚ cōtra laicū, cognoſcet iudex ſecularis. Cōtrariū ad literā dicit hic, ⁊ concordat primo dicto. Archidia. ad literā recitat Jnn. xvi. q. j. in canonib⁹, nihil addit. addit Lapus ſua cōcluſione. lxxvij. dicit ꝙ de cōſil. Joā. de Lig. circūſcriptis violētis oppreſſionib⁹, ⁊ alijs qualitatib⁹, de qbus ſupra, ſi agiƚ de re ſacra quomodocūqꝫ, agēdū eſt corā eccleſiaſtico. xvij. q. iiij. ſicut. ⁊ c. iij. ⁊ idē Joā. de Lig. hic in addi. ad lect. Et ſi res eſt profana: tūc ſi allegaƚ nullitas tit. vel minus iuſti, ⁊ cōſtat rē eſſe eccleſie, cognoſcit eccleſia: vt i. c. apoſtolicos. ⁊ c. qcunqꝫ militū. Si vero nō cōſtat rē eſſe eccleſie, ſꝫ in dubiū reuocaƚ: niſi aliter allegeƚ violentia, vel oppreſſio: dicit ꝙ ſtabiƚ regule, Actor ſequiƚ forū rei: vt hic eſt caſus. Et idem ad literā ponit Joā. de Ligna. hic, hoc addito ꝙ ſi eccleſia leſa petit reſtitutionē, audiƚ corā eccleſiaſtico. Et hoc etiā ſequiƚ Paul. de Liaza. in qbuſdā repoſitatis. xvi. q. i. in canonib⁹, vbi dicit ꝙ ſi eccleſia ſpāli iure nō iuuaƚ, vbi agiƚ depoſiti, vel rei vendica. cognoſcit ſecularis. ⁊ idē doc. ſ. e. lꝫ. Puto ꝙ ceſſantibus cauſis, ⁊ qualitatib⁹, de qb⁹ ſupra. ſi ſolis remedijs cōib⁹, pſonalib⁹, vel realib⁹ agaƚ ꝑ re eccl'ie, vel clerici corā q agi debeat, ſatis hoc declaret hec dcre. qꝛ ſi allegaƚ dñiū rei eccl'ie. ⁊ ꝯſtat ꝙ res eſt eccl'ie, ſi nil negaƚ, vł nō allegaƚ iuſta cā tenēdi, iudex erit eccleſiaſtic⁹: qꝛ

hoc, quia iuramentum tunc non adſtringit ad peccatum, vt
iure perſonale: vt not. de iureiuran. veritati. ſub cuius peccati
ratione aditur eccleſia. Et hoc tenet Ioan. And. de paroc. c. fin.
et limitat capi. nouit. vt cauſa ſit eccleſiaſtica ratione iuramenti,
inquantum agitur contra principalem iurantem. Patet ergo
quod non eſt purum eccleſiaſticum crimen periurii, et ius agen-
16 di, vel excipiendi ex iuramento. ¶ † Quartus caſus in crimine
adulterii inter puros laicos. Dic, ſi agitur ad ſeparationem tho-
ri, planum eſt quod tunc ſola cognoſcit eccleſia. S. de procurato.
tue. vt lite non conteſt. c. i. de diuor. c. ſignificaſti. et de adulte. per
totum. Si vertitur in dubium de ſubſtantia adulterii propter du-
bium vinculi matrimonii, vbi dicam infra cognoſcere eccleſiam de
dubio matrimonii ad finem deciſionis adulterii: et ſi incidet co-
ram iudice ſeculari, remiſſio fiet ad iudicem eccleſiaſticum. de
ordin. cognitio. tuam. Alias ſi dubitatur de contractu, vel non,
cognoſcet ſecularis. Si agitur de pena adulterii, ſi pena eſt ſan
guinis, ſolus ſecularis cognoſcit. Si agitur de pena detruſio-
nis in monaſterium, ſi pena eſt penitentialis, ſola eccleſia illam
imponit: quia tali foro caret ſecularis. Si pena eſt contentioſa,
illam imponere poteſt ſecularis quo ad condemnationem. C. de
adul. authenti. ſed hodie. et vnde ſumitur. Executio tamen fiet
per eccleſiam, que habet monaſterium: ſicut dicimus de iudici-
bus, qui non habent inſulam, qui poſſunt condemnare, et prin-
cipes aſſignat inſulam. ff. de interd. et rele. l. inter penas. et l. ſi quis
exheredato, §. primo. ff. de iniu. rup. et xxiii. queſtio. vi. biduum.
verſicu. ſi quidem. Sic poteſt intelligi quod not. Archidia. xxv.
queſtio. iii. Rex debet. vbi dicit quod hodie adulteria non pu-
niuntur lege ſeculari: quia matrimonia reguntur iure fori, non
iure poli. Recitat alios dicere quod inquantum eſt maleficium,
punitur a lege ſeculari. per hanc enim diſtinctionem opiniones
17 ille ad concordiam reducuntur. ¶ † Quintus caſus, quando
arguitur peccatum: nam de hoc cognoſcit eccleſia inter puros
laicos. Dic, ſi de peccato agitur penitentialiter, hoc ad ſolam
ſpectat eccleſiam: vt patet de peni. per totum. de peni. diſtin. i. et
ſequentibus. et per totum. Idem ſi de eo agitur in foro quaſi pe-
nitentiali, vt via denuntiationis Euangelice, vt dixi ſupra titu.
§. nouit. et no. queſtio. i. ſi peccauerit. Inquantum agitur de pec-
cato per viam contentioſam, ſi per viam denuntiationis iudi-
cialis, ſi cum illo concurrit prouiſio agendi de iure ciuili, hic exi-
mitur regulariter a cognitione eccleſiaſtica, niſi aliter cauſa ſit
eccleſiaſtica: exceptis caſibus, de quibus ſupra de iudic. nouit.
Et hoc, ne contingat forum ciuile abſorberi: vt not. in dicto. c.
nouit. et not. Bartol. in extrauagan. ad reprimendum. Si vero
concurrit prouiſio iuris agendi de iure ciuili: tunc ſi peccatum
poteſt aliqua preſumptione tegi, non agitur in foro ciuili, ſed
agitur in foro canonico: vt not. in dicto capitu. nouit. Si non
poteſt aliqua via tegi, quia ſub ratione peccati reperitur a cano
ne declaratum: tunc agitur etiam de iure ciuili: et in hoc cedit fo-
rus ciuilis canonico. Exemplum in pacto nudo, et teſtamento
quo ad primum non ſolenni, quo ad ſecundum exemplum in iu-
ramento, de quo dixi ſupra. Si agitur via communi: tunc ſi in
vtroque foro datur ius agendi propter peccatum, agitur in foro
ſeculari, ne abſorbeatur forus ſecularis, vt dixi. ſi ſolo de iure ca-
nonico datur ius agendi pro euidenti peccato, agitur, et excipi-
tur in vtroque pro non euidenti in ſolo foro eccleſiaſtico, vt in
proximo caſu. de preſcript. capi. fina. et not. in regula, poſſeſſor.
18 de regul. iuris. libro ſexto. ¶ † Sextum caſum addunt in falſa-
rio literarum apoſtolice ſedis. de cri. fal. ad falſariorum. Sed non
credo quod quo ad penam ciuilem in laico hic excludatur fo-
rus ſecularis. ff. de fal. et C. de fal. per totum. Ad hoc de cri. fal.
ad falſariorum. eodem titulo, ad audientiam. xix. diſtinctio. in
memoria. et quod not. de purga. ca. nos inter. et hoc tenet Hoſt. et
19 Ioannes Andreas. ¶ † Septimus caſus in crimine hereſis,
Ioan. Andr. dicit id mere eccleſiaſticum: quia hic textus expri-
mit de hereti. vt inquiſitionis. §. prohibemus. Et hoc tenet
Ioan. And. de foro competenti. cum C. laicus. libro ſexto. et eſt
expreſſum in dicto. §. prohibemus. quia forus ſecularis quo ad
actum cognoſcendi excluditur, non quo ad actum exequendi
ad requiſitionem eccleſie: puto tamen ſecularem poſſe nouas
penas addere laico, et illas imponere. Sed declaratio hereſis
competit ſoli iudici eccleſiaſtico: et propter hoc periculum reſer-
uatum eſt, et tranſlatum in merum eccleſiaſticum; et vt ibi dicit

glo. de hoc non cognoſcet, nec principaliter, nec incidenter, ſicut
20 nec in matrimonio: vt. i. de ordi. cognitio. per tuas. ¶ † Octa-
uus eſt crimen concubinatus: hoc crimen non eſt damnatum a
lege ciuili: pena ergo concubinatus, et talis delicti, ſpectat ad
eccleſiam. Et breuiter dicit hic Gofre. quod de criminibus me-
re eccleſiaſticis cognoſcit ſola eccleſia. Et dicit illa crimina me-
re eccleſiaſtica, que non ſunt delicta ſecundum leges, vt in concu
binatu, et in crimine vſurarum. Sed de hoc dicit, ſcilicet de cri-
mine vſurarum, vt dixi ſupra. et idem Hoſtien. eodem titulo. in
ſumma. §. i. verſic. ſed opponitur. In aliis criminibus, que ſunt
crimina ſecundum vtrunque ius: et ab vtroque iure punita repe-
riuntur. Dic quod mixta ſunt, et de eis poteſt agi in vtroque fo-
ro. Et ſpeciale eſt in crimine ſacrilegii, in quo eſt optio cauſe, ſe-
cundum Gofre. Sed ſua regula non eſt bona: quia multa ſunt
crimina in vtroque foro, que certo reſpectu habent iudicem me-
re eccleſiaſticum, de illa ſola cognoſcit eccleſia. Quia de concubi-
natu maxime cum clerico ſola cognoſcit eccleſia. determinat Fre-
de. ſuo conſil. clxii. quia hoc crimen videtur inductum a ſolo ca-
none. xxxii. q. iii. nemo. in gloſ. ſic infra. et quia propter illicitum
coitum cum preſbytero facta eſt de foro eccleſie. lxxx. diſtinctio.
quidam. xxxii. diſtin. eos. in gloſ. ii. in fin. Ioan. And. in regula.
ſine culpa. de regu. iuris. libro vi. ad ſi. ſolutionis queſtionis. di-
cit Hoſti. dicere concubinatum etiam a lege ciuili damnatum.
Adducit in authenti. de leno. colla. ii. et lenitas nulli, et colle.
vi. Et quia leges caſtitatis ſunt imitatrices, quibus modis natu.
effic. legi. §. illud. Et quia circa peccata corrigenda lex ſequitur
canonem. in authen. quomodo oportet epiſco. et de eccle. tit. et in
authen. vt cle. apud propri. epi. §. ſi vero. Et hoc ponit Hoſtien.
qui fil. fuit legi. lator. Per que videtur idem dicendum quod in
crimine vſurarum. Et hoc credo quod arguit manifeſtum pec-
catum, et in hoc cedit lex cano. de preſcri. c. fi. Procedit etiam quod
dixi. S. in iuramento. De hac materia vide in Spe. de compe. iud.
adi. §. i. in prin. et ibi de quibus eccleſia: lica perſona conueniatur
coram ſeculari: ibi caſus enumerantur. et. xcvi. di. c. pen. xxiii. q.
iii. adminiſtratores. et vide gl. que ſic declarari debet. i. de pur. ca
no. nos inter. in glo. que concludit epiſcopum regulariter contra
laicum non inquirere de crimine, nec infamato purgationem indi
cere, niſi in caſibus. et regula eſt vera, vt ibi dicit Hoſt. quo ad pe
nam contentioſam: quo ad penitentiam autem ſit regula in oppo
ſitum, quia de omnibus inquirit: vt ibi no. Gl. autem illa addit vnum
caſum, vbi agitur de crimine inceſtus. Sed de hoc dic vt dixi. S.
de adul. Fallit etiam, quia conſuetudo dictaret oppoſitum: vt. e.
21 c. nouit. de iudi. et dixit hic gl. in fi. ¶ † Quero cum gl. an male-
factores aliorum conueniantur coram eccleſiaſtico. Gl. dicit quod
vt ex dictis patet, exceptis caſibus, in quibus. S. dixi aliorum ma
lefactores non conueniuntur coram iudice eccleſiaſtico, ſed compe-
tenti, niſi in negligentiam ſecularis, vt patet: quia ſi excluduntur a
regula, actor ſequitur forum rei: malefactores eccleſiarum inclu
duntur in regula, malefactores aliorum. Per que dicunt quidam
quod predones, raptores, inuaſores aliorum locorum, non conueniun-
tur coram eccleſiaſtico. Et ſic intellexit Hoſti. hanc gl. dicens de
facto ſeruari contrarium: quia et a papa, et a ſuis legatis contra o-
mnes raptores indiſtincte litere impetrantur. Cui conſonat. S. ti. i.
nouit. de treuga, et pace. c. i. de rap. per totum. Puto quod locorum
piorum abſque dubio raptores, vel rerum eorum ablatores poſſint
conueniri coram eccleſiaſtico iudice, licet non ſint eccleſie, vt dixi
notando, in raptoribus etiam bonorum aliarum perſonarum. Hoſt.
dicit idem de conſuetudine. Quod equum puto de iure: quia iſti ſunt
pacis turbatores: ideo contra eos audio eccleſiam, et papam in
certis locis, et ſolemnitatibus promulgare ſententias. Quod no.
quia contra iſtos raptores, qui per modum ſocietatum ſe congre-
gant ad capiendos ruſticos, et ad redimendas ciuitates, quia tales
poſſunt coram eccleſia conueniri. et hoc maxime, quia eorum delicta
notoria ſunt, de quibus agitur coram eccleſia: vt no. de iudi. nouit.
et quia per eos pax turbatur, et quies Chriſtianorum, pauperes
multi opprimuntur, et alie miſerabiles perſone, que cauſe ſpe-
ctant ad eccleſiam.

1 ☞ Iudicari, et terminari debent cauſe clericorum ſecundum iu-
ra, non ſecundum laicorum conſuetudines.
2 Scholares clerici in loco non ſubmittuntur iuriſdictioni tempo
rali loci, ſed eccleſiaſtice tantum.
Forum quis ſortitur ratione loci, in quo degit, vel ratione con-
tractus.
3 Conſuetudo laicorum ſimplex, quantumcunque indetermi-
nate loquatur, non ligat clericos in loco, etiam in patrimonia-
libus.
4 Clericorum cauſe pecuniarie in agendo, et defendendo, inquan-
tum coram tribunali eccleſie veniunt, ſunt decidende ſecundum
canones. 6.

Forum

9 Forum quis ſortitur ſola cõmoratione in loco, vt ibi poſſit conueniri, & gaudeat priuilegio loci ratione domicilij, & incolatus per decennium. nu. 6.
7 Scholaris laicus poteſt coram ſeculari conueniri: nec priuilegio clerici gaudet, quando ad ſtudium accedit animo clericandi.
8 Iudex eccleſiaſticus poteſt clericorum cauſas decidere iure ciuili.
9 Habitator loci quando quis dicatur, vt ibi poſſit conueniri.
Forum ex quibus quis dicatur legitime ſortiri.
Miles celeſtis militie clericus dicitur, & gaudet militis priuilegio.
10 Ubi quis iuriſdictioni ſubmittitur, in cuius foro cauſa eſt agitanda, an indiſtincte procedat in clerico agente contra laicum coram iudice ſeculari, vt cauſa veniat decidenda ſecundum ius ciuile.
11 Delegatus epiſcopus vt comitis vices gerat, ſi ſubdeleget cauſam ad ipſum ſpectantem ratione comitatus, & ſimpliciter dicit ſe epiſcopum, non autem vices comitis gerentem, valet commiſſio.

1 Quod clericis. ¶ † Cauſe clericorũ ſe-
cundũ iura, non ſm laicorum cõſuetudines terminantur. h. o. ſm Abb. Vel
ſm gl. In loco temporalis iuriſdictiõis eccleſie cauſe
clericorum ſunt ſm ius canonicum terminande. h. o. In prima
deciſa commiſſio, alias conqueſtio. In ſecunda, mandatum, ibi:
mãdamus ¶ Caſus. Conqueſti ſunt clerici ſcholares Pariſius
commorantes q quando conueniebantur, non recipiebant canones
allegati, ſed conſuetudines terre. In hoc papa prouidet
2 eis, ſecundum Ioan. And. ¶ † Not. i. quod clerici ſcholares in
loco non ſubmittuntur iuriſdictioni temporali loci, ſed eccleſiaſtice
tantum: & ſic ratione loci, in quo degunt, ſortiuntur forum,
& in quo cõtrahunt, ſecũdum qualitatem perſone: vt ſi ſunt clerici,
eccleſiaſtico ſubmittunt: ſi laici, ſeculari. & ſic aut. habita in
quantũ dat iudicem laicũ, non habet locum in clericis. De quo
per Hoſt. J. eo. ſi diligenti. & in ſumma huius tit. §. i. ver ſed nunquid
3 clericus. ¶ † No. ij. q conſuetudo laicorum ſimpliciter, quantũcunq;
indeterminate loquens, nõ ligat clericos in loco, etiam
in patrimonialibus, quatenus tamen eſt tractanda in tribunali
eccleſie, quicquid ſentiat Bart. in l. cunctos populos. C. de ſum.
4 tri. & fide cath. ¶ † No iij. q cauſe clericorũ agendo, & defendendo,
inquantũ corã tribunali eccleſie veniunt decidende, ſubmittuntur
deciſioni canonũ, & nõ legum, aut conſuetudinis ſecularis.
& hec vera etiã inquantũ clericus agat de patrimonialibus.
5 ¶ † No. q ex ſola cõmoratione in loco, quis in loco videtur forum
ſortiri, vt ibi poſſit conueniri. Et notat doc. q commorantes
in loco ſtudij, ex ſolo commorari gaudent priuilegio ſtudij.
Per quod videtur q etiã non ſtudentes gaudeãt: de quo in cõſti.
Greg. ſuper ſalu. in verbo, cõmorantibus. & conſti. Cle. & J. de
6 cle. non reſi. tuc. ¶ † Opp. q non indiſtincte cauſe clericorũ terminentur
iure canonico, imo quandoq; conſuetudinario: vt. J.
e. verũ. de iud. ceterũ. Sol. hoc in cauſis pecuniariis, illud in realibus,
& feudalibus, que terminant ſm conſuetudines terre, &
curie regis, id eſt dñi feudantis cuius eſt cognitio. J. e. ex tranſmiſſa.
ar. de eo qui mit. in poſ. cum veniſſent. Idem videtur, ſi de
temporali hereditate agatur. qui ſl. ſint legi lator. J. e. cauſam
que. vbi de hoc Hoſt. Sic ergo ſentit hic aperte Hoſt. q inquantum
clericus litigat de temporali hereditate, iudicetur ſecundũ
metas, & conſuetudines fori ciuilis. Quod procedere poſſet in-
7 quantũ litiget corã ſeculari. qd latius examinabit. J. ¶ † Opp.
q ſcholaris poſſet coram iudice ſeculari conueniri: & ſm leges
cauſe ſue determinent: vt pʒ in aut. habita. C. ne fil. pro pa. Sol.
Decre. loquit de clericis. In laicis procedit cõtrariũ: non enim
intẽdit papa in perſonis, vel in rebus ius regum vſurpare. J. tit. i.
nouit. de elec. venerabilem in prin. Vel poteſt decre. etiã loqui de
ſcholaribus nõ clericis, qui accedunt ad ſtudiũ animo clericandi,
qui ſunt clerici, ſaltem ſpe. Sed dicit Hoſt. q primũ iuſtius
8 eſt, ſaluo qd dicetur. J. ¶ † Opp. q coram eccleſiaſtico iudicetur
iure ciuili de no. oper. nunc. c. i. Sol. Iure canonico iudicatur vt
hic, & ciuili a canonico non improbato: vt ibi ex. diſt. c. j. & c. ſi in
adulterium. de quo de ſi. lu. c. ſi. & J. tit. j. nouit. & d. c. ſi in adulterium.
9 ¶ † Opp. iij. q ex ſolo commora in loco quis non ſortiatur forum:
q2 non annumeratur inter modos ſortiendi forum: vt
l. heres abſens. ad fi. ff. de iudi. & J. c. ſi. Sol. Exponunt quidam
cõmorantes. i. cauſa more venientes. & concludunt ibi exiſtentes
cauſa ſtudij: & ibi venientes cauſa more, quamuis ſtatim recedat,
ibi cauſa more domicilium ſortiantur. Nam & miles ibi videtur
habere domiciliũ, vbi militat. ff. ad munic. l. municeps. §.
miles. & clericus celeſtis militie eſt, ſiue Chriſti. xj. q. i. Chriſtianis.
de ſer. nõ or. eo libertinos. Hoſt. dicit q ſola mora, vel tranſlatione
cauſa ſtudendi, non ſortitur quis domicilium. ff. de iniur. l. lex Cor. §. domus. Item ſola domus non creat domicilium. ff. ad munici. l. libertus. §. ſola. nec ſola mora. de incol. l. ij. & iij. niſi per moram. x. anno. C. de incol. l. q. li. x. Idem dicit. J. in conſtitutione Greg & in Summa, eo. titu. §. quibus ex cauſis. verſi. item ratione. Per que concludit qd ex tali mora ratione ſtudij non ſortitur forum. Sed an ibi poſſit conueniri. dicit quod nõ: quia niſi aliud accedat. per quod ſortiatur forum, vel ad eos extendatur iuriſdictio, vnde poterit conueniri, ſi iuriſdictio prorogetur per viam prorogationis: & exigitur tunc authoritas ſui iudicis, & conſentiat in perſonam eccleſiaſticam ordinariam iuriſdictionem habentem. J. eo. ſignificaſti. & de renun. admonet. ad inſtar Poteſtatis ordinãdi. de offi. ordi. ſignificaſti. de renun. admonet. de temp. or. quod tranſlationem. de qua arguitur ad iuriſdictionis poteſtatem. de paroch. nullus. xi. qd. i. c. j & d. & per totum. Item poterit ibi conueniri ratione cõtractus, vel quaſi, que ibi fecerunt, vel cõmiſerunt. Et hoc caſu etiam abſq; authoritate ſui iudicis: quia in hoc non exigitur. J. eod. dilecti. Et hoc probat lex huius glo. in l. heres abſens. ad fin. ff. de iudi. & contraxiſſe cenſetur ibi, ſi promiſit ſe ſoluturũ Pariſius certã ſummam pecunie: quia ibi cogitur, etiam quantũcunq; eſſet extraneus, reſpondere. ff. de actio. & obl. l. contraxiſſe. ff. de ſolu. l. quotiens. ff. de bo. autho. iudi. poſſ. l. ij. J. eo. dilecti. de offi. deleg. P. & G. Et ſic largo modo accipitur contractus. ff. de iudi l omnes. ſecundum Hoſt. Et ſic debet intelligi hec decre. Et per hoc ſolutum eſt contrarium Nec ob. ſi dicatur q hic commorari oportet. ad quid exigitur mora, ex quo ſubmittitur ex altero accidenti. Reſpondit q ratione contractus, vel quaſi, ſubmittitur domum, quando eſt ibi commorans, & non viator, & tranſito. iuxta vt. d. l. heres abſens. §. fin. ff. de iudic. niſi forſan ad hoc veniret, & inueniretur ibidem. ff de indi. l. heres abſens. Et no. in c. Romana. §. contrahentes. lib. vj. de foro compet. Ratione vero delicti bene ibi indiſtincte conueniuntur etiam non commorantes. de rap. in. c. i. & in proe. Digeſtorum. §. pen & excommunicantur. de ſenten. excom. a nobis. Et ſic dicit intelligendam authen. habita. C. ne fi. pro pa. ibi, in omni negotio. etiam ſcʒ quando ibi poterat conueniri ex contractu vel quaſi: argu. ff de vſu palli. c. pe. de conſe. di. j omni tempore. i. in omni anno, vel in omni negotio iure recõuentionis. de mu. peti. c. i. & d. ff. de iudi. l. ij. §. ſed ſi agat. Per quod cõcludit q de contractibus alibi, & in partibus ſuis initis, non poterunt conueniri. ſi volunt 10. q. vi. pulſatus. vnde cogi non poſſunt inuiti, maxime cum in partibus ſe defendere cogantur: & ſi procuratorem nõ dimiſerunt, imputatur eis. ff. ex quibus cauſis maio. l. ergo. & ff. ex qui. cau. in poſſ. ea. l. hec autẽ. De quo de offic. deleg. a conſultationibus. de dolo, & contu. cauſam. Iniquum autem eſſet quod duobus locis ſe defendere cogantur. de reſcrip. c. ſi. & eo. titu. diſpendia. lib. vj. de ſequeſt. poſſ. & fruc. c. j. de iudic. nouit. ſecundum Hoſt. Plura dicit Hoſtien. Primo quod ex voluntate deliberata commorandi in loco, hoc ibi momento habitauerit, ſortitur domicilium. Hoc ſatis puto, ſi ibi larem transfert, & conſtet de voluntate. Dicit ſecundo quod ex commorari quis non ſortiatur forum: hoc non eſt verum, vt not. Inno. J eo. ex parte B. & dicam. J. eo. c. fina Dicit Barto. in l. ij. C. vbi de cri. agi opor. Sic intelligit l. o alias ſi. C. vbi ſena. vel cla. vt ex ſolo aſſiduo commorari ſortiatur forum: vt etiam de antiquis, & alibi geſtis ibi poſſit conueniri. Et hoc ſequitur Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de compe. iudi. adi. §. ʒ. ver. v. ratione contractus. vbi dicit quem vbi moram traxit conueniri poſſe, quaſi ibi domicilium ſortiatur, adeo de contractibus, in quibus alibi deſtinata eſt ſolutio, ibidem conueniri poteſt. quod eſt notabile. Secundo dicit q ſortitur domicilium ſcholaris ex cohabitatione decennij. Hoc dicit etiam Hoſtien. in conſtitu. Grego. & tex. vide in. l. ij. C. de iuriſdi. om. iudic. & in. l. ij. C. vbi de cri. agi opor. Pet. & Cy. cõtra. verobiq; Dy. idem etiam ſi per nulle annos ibi moraretur, per l. queſitum. de leg. iij. quia non eſt ibi animo morandi, ſed alibi tranſeundi. Et hoc ponit in. l. lex Cornel. §. domus. ff. de iniur. dicit Barto. ibi & facit glo. C. de incol. l. ij lib. x. & etiam ibi ponit, & hoc ſequor, quod in ſcholari, & alio, ſi conſtat quod ibi habitat animo ad domum redeundi, non ſortitur ibi domicilium, vt dixit Dyn. Si conſtat quod animo ibi locandi ſedem, & ſtatim conſtituit domicilium: vt in. l. domicilium. ff. ad municip. Si eſt dubium, eo quod in loco ſtudij habitat decennio, ibi videtur locaſſe ſedem, & elegiſſe domicilium. & communiter ibi ſortitur domicilium: vt dicta. l. ij. cum gloſſ. C. de incol. lib. x. & tenet Specu. in titu. de ro. §. j. verſicu. porro. in titu. de compet iudic. adi. §. j. verſicu. l. xvj. ratione curſus. vbi dicit Ioannes Andreas, quod multi ſcholares efficiuntur ciues Bononie, qui tamen longo tempore conſumunt dies ſuos. Et fuit dictum Bol. ex Cy. dictum Dy.

in ſcholari procedere, etiam in caſu dubio: quia ſcholaris eo ꝙ
eſt in ſcholis tanquam ſcholaris: videtur ibi eſſe cauſa vſus
temporalis, niſi aliter locet ſedem. Et ad hoc tex. in. l. ij. C. de in
col. que exigit locatam ſedem, niſi gl. deſtruetur. Tertio ſentit, ⁊
in hoc bene: quia ratione contractus quis non ſortitur forum,
niſi aliquandiu habitauerit, vel habuerit pergulam: vt not. in. l.
heres abſens. §. fina. ⁊ dicam. j. c. fina. Secun dicit in delicto, de
quo per Goff. hic in Summa. ⁊ Specu. in titu. de compe. iudic.
adi. §. j. in prin. Inquantum dixi ſcholarem ſortiri forum ratio
ne delicti. dicit Joan. de Lig. hoc verum quo ad forum conten
tioſum. In penitentiali vero ex delicto quis nõ ſortitur forum,
ſecundum Joan. xvi. q. i. c. i. ⁊ not. de rapt. c. j. Et eſt cauſa, quia
ratione contentioſi ſubijcitur: quia offendit iudicem, ⁊ bonum
publicum: adeo pena contentioſa, que propter hunc finem impo
nitur, punitur: ſed penitentialis imponitur propter offenſam
Dei, ⁊ anime proprie: igitur illi ſoli ſubijcitur, quem habet pro
ſe iudicẽ loco ſui, ⁊ qui eſt iudex ſue anime. Itẽ quia iura paro
chialia non concernunt principaliter locum, ſed perſonas pro
pter locum: ſecus in iuriſdictione contentioſa. Ad primum de
parochi. ſuper eo. Ad ſecundum. l. ſi pupillus. §. territorium. ff.
de verb. ſigni. ſecundum Joan. de Ligna. Hanc rationem dam
nat Lapus de Caſti. in cap. i. de rap. quia penitentia aliquando
iniungitur peccatori manifeſta. de peni. c. i. ⁊ ſi. ⁊ ad exemplum
aliorum foret imponenda in loco delicti. Sed ratio eſt bona: ꝙ
principalis cauſa eſt purgatio anime. Item dicit quidam quod
ratio eſt, ne contingat per partes cõfiteri: nam de alibi commiſ
ſis non poteſt alibi confiteri. Per partes ergo confiteretur: qđ
non eſt dicendum. Iſta ratio non procedit in alibi ex toto confeſ
ſo, qui venit ad delinquendum hic. Aſſignat Lapus rationem,
quia intereſt ſui iudicis, vt vultum ſui peccatoris agnoſcat.
Prouerbiorum. xxij. ⁊ no. de peni. omnis. ⁊ not. ⁊ per. c. ſi epiſco
10 pus. lib. vi. in gloſ. ſic enim ¶ † Opp. v. quod ſcholares non iu
dicetur ex conſtitutionibus canonum: nam ſi laicus conuenit
laicum ſcholarem, vel clericus laicum: agendum eſt coram iudi
ce ſeculari. ſ. eo. cum ſit. Iudicabitur ergo lege ſeculari, ⁊ non ec
cleſiaſtica: quia quis ſubmittitur legi, in cuius foro eſt agitan
da cauſa: vt not. in. l. i. C. de ſum. tri. ⁊ ſ. de conſue. ſuper rubrica.
C. de eman. lib. l. i. Gl. dicit hic quod quandoque ſcholaris habet
iudicem eccleſiaſticum, agendo, ⁊ defendendo, ⁊ cauſa tractan
da eſt ſecundum metas iuris canonici, vt hic: nam epiſcopus
Pariſien. habet temporalem iuriſdictionem in loco, ⁊ de cauſis
cognoſcit quibuſcunque inter clericum ⁊ laicum: nam ibi gerit vi
ces comitis. ⁊ bannum nomine epiſcopi ⁊ regis nuntiatur, quo
caſu tractantur cauſe ſecundum ius canonicum. Ubi autẽ con
uenitur coram iudice ſeculari, cauſe tractabuntur ſecundum
ius ciuile, vel municipale loci, in quo cauſa agitatur. Sed vbi
inter clericos agitur, vel clericus agit contra alium coram eccle
ſiaſtico, vel ibi conuenitur: dicit glo. cauſam tractandam ſecun
dum canones, ⁊ non ſecundum conſuetudines locorum, vt hic.
Plura notabiliter dicit gloſ. Primum, quod vbi cauſa agita
tur coram eccleſia in loco temporalis iuriſdictionis eccleſie, co
gnoſcit, ⁊ terminat ſecundum ius canonicum, ⁊ non ſecundum
leges, vel conſuetudines laicorum. Quo ad leges hoc eſt verũ.
Ad quod. ſ. de app. ſi duobus. ⁊. j. ⁊ licet ad hoc quod no gloſſ.
⁊ Innoc. ⁊ Joan. Andr. de teſti. relatum. ⁊ c. cum eſſes. Quod
puto verum in preparatorijs, ⁊ deciſorijs: ſed quo ad conſuetu
dines, ⁊ ſtatuta particularia ciuitatis magis poteſt dubitari.
Et ex hac opi. ſequeretur abſurdum, quod in terris, ⁊ ciuitati
bus, que ſunt eccleſie ſubiecte ſtatuta contra iura canonica fo
rent inania, niſi forent ab eccleſia ſpecifice approbata. ⁊ ſic. l. o
mnes populi. ff. de iuſti. ⁊ iure. non habet locum in terris eccle
ſie. Puto igitur quod ſi ſtatuta forent ab eccleſia confirmata,
ſecundum ipſa foret abſque dubio iudicandum. Cautum eſt er
go ꝙ in terris eccleſie ab eccleſia approbentur, maxime quando
nouiter ciuitas ſubmittitur, vel ad eccleſiam reuertitur: ſi non
ſunt approbata, ſi certum genus perſonarum ciuitatis, vt ſcho
lares ſubmittãtur iudici eccleſiaſtico tantum, adhuc ſm cano
nes iudicabitur, ⁊ non ſecundũ ſtatuta. Poteſt ſic intelligi hic.
Si ſubijcitur iudici eccleſiaſtico, ⁊ ſeculari, vt ſit de ſcholari lai
co, per authenti. habita. quia ⁊ eccleſiaſtico ⁊ laico ſubijcitur, ſe
cundum electionem reus, eſſet tunc dubium an iudicaretur ſm
canones, an ſm leges: hic enim eſt mixti fori, ⁊ laici, ⁊ ſecularis,
ꝙꝙ poſſit eligi eccleſiaſticus. Et ſatis puto ꝙ in preparatorijs
iudicabitur ſm canones, per ea, que. j. dicam: ⁊ in deciſorijs mi
xtum ſecundum vtrunque ius: quia hic accident aliter ſubmittitur
per actus electionis, ⁊ naturaliter eſt ſub laici poteſtate: ergo ⁊c.
ff. de tute. l. qui habet. ff. de adop. l. fina. ff. de libe. ⁊ poſthu. l. filio
vnde contrariante canone legi, in deciſorijs iudicabitur ſecun
dum leges. Ubi autem tota ciuitas ſubmittitur iuriſdictiõi ec

cleſie. quanquam durum videatur, ſtatuta, ⁊ conſuetudines lai
corum abſque authoritate eccleſie. inquantum ſunt contra cano
nes vane eſſent, ⁊ iudicabitur etiam laicus in deciſorijs, ⁊ prepa
ratorijs ſecundum canones, vt hic aperte dicit glo. Secundo ha
betur hic regula ꝙ hec a pari iudicantur, vt cui iudici ſubmitti
tur quo ad actũ iuriſdictionalem, illi ſubmittitur quo ad legem
iudicandi: vt ſic forum ſortiri, ⁊ ſtatutis, ⁊ legibus ſubijci a pari
iudicetur. Et hanc doctrinam ⁊ regulam tradidit Joan. viij. di
ſtincti. illud. in verbo, peregrini. ⁊ xij. diſtinctio. illud. in verbo,
mor. ⁊ Calde. in loco. j. allegando Ad hoc doctrina docto in. l.
j. C. de ſum. trini. ⁊ ſi. catho. in l. i. ff. de vſuris. ⁊. l. j. C. de emanci.
lib. l. prima. ff. cõmunia predio. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. de eui
ctio. l. ſi fundus. ff de reg iur. l. ſemper in ſtipulationibus. Inno
cen. ⁊ compoſi. de cõſuetudi. ſuper rubrica. Tertio dicit ꝙ vbi cle
ricus cognoſcit vice laici, tractat cauſam ſecundum ius canoni
cum, ⁊ non ſecundum ius ciuile. Ad hoc. j. de rapto in archiepi
ſcopatu. Quod credo, quando proprium eſt tribunal clerici. Si
enim cognoſceret vt vicarius laici, iudicaret ſecundum leges, vt
puto, argum. de reſcript. ſuper literis. Quarto quod miſſio ban
ni eſt ſignum iuriſdictionis, ⁊ eſt verum, dicit Inno. de cap. mo.
cum dilecti. imo dicit quod eſt ſignum magis vniuerſale ad to
tam ciuitatem, ꝙ alia, quando vniuerſaliter mittitur quo ad om
nes. Unde ex hoc concluditur iuriſdictio eo ꝙ ſubditi bãnũ mit
ti patiũtur, dato ꝙ nullus incurrit bãnũ, vt notabiliter ibi dicit.
Quinto quod vbi agit clericus contra laicum, coram iudice ſe
culari cauſa tractanda eſt ſecundum ius ciuile, ⁊ conſuetudines
⁊ ſtatuta laicorum. Per quod dicit Joann. Andr. quod aduo
cati ciuilis fori allegant multum hanc gl. ad probandum cau
ſas. quas mouerint clerici contra laicos in foro ciuili non ſolum
ſecundum leges, ſed etiam ſecundum ſtatuta, vel conſuetudines
ipſius fori tractandas. Per quod dicit Hoſtien. quod ſi cleri
cus petat hereditatem coram iudice laico: quod hec cauſa debet
decidi ſecundum ius ciuile, ⁊ ſtatuta fori ciuilis: quia ex quo ſi
lius fori eſt iuriſdictio. etiam illius fori eſt actus ſtatuẽdi. Idem
dicit in feudalibus. ſ. eo. ex tranſmiſſa ad hoc. j. de eo, qui mit.
in poſ. c. ad. infra qm filij ſunt legi. lator. ⁊ capitulo, cauſam que. ſe
cundum Hoſtien. De hac materia tangitur de conſtitu. c. j. ⁊ c.
que in eccleſiarum. per Joann. Andr. in addi. Specu. de conſtit.
in regula, ſine culpa. de regul. iur. lib. vj. per Hoſtien. in ſumma,
de teſti. §. qualiter conſtituatur. verſic. verum. per Cyn. in l. j.
C. que ſit long. conſue in ij. queſtio. ⁊ fin. ⁊ de epiſc. ⁊ clericis cum
clericis. dixi de conſue. ſuper rubrica. ⁊ Joannes. Cal. diſputauit
in queſtio. que incipit, ſtatuto cauetur ⁊ per me in queſtio. que in
cipit, quidam Florentinus. Circa quod examinandum premitto
vnam regulam docto. quod in obſeruantia conſuetudinum, ⁊ ſta
tutorum quo ad ordinatoria iudicij attenditur locus, vbi iudi
cium exercetur: in deciſorijs attenditur locus cõtractus vel qua
ſi, delicti, vel materie, ex qua actio producitur: ſi agitur perſonali.
ff. de eui. l. ſi fundus. ff. de vſuris. l. prima. in reali locum rei ſite.
C. de edi. priua. an in totum. ff. de tuto. ⁊ curato. da. ab his. l. pu
pillo. C. de predi. prima. l. fina. lib. xi. l. venditor. §. ſi conſtat. ff.
communia predi. de quo xij. illud. per gloſ. per Cyn. l. j. C. que ſit
lon. conſue. per Bar. But. ⁊ Cyn. in. l. i. C. de ſumma trin. ⁊ ſid. ca
tholi. ⁊ in. l. i. C. de eman. liber. per Innocen. ⁊ Compo. ſuper ru
brica de conſuetu. Aliquid per Innoc. ⁊ Hoſtien. de ferijs. c. fina
per Gul. in Specu. de ferijs. §. primo. verſi. ſed pone. de inſtru. edi.
§. compendioſe. verſic. quid ſi. de conſuetudine ⁊ de ſenten. §.
qualiter autem. verſicu. debet etiam formari. Ex qua regula
aliam ponit Calde. in preallegat. diſputatione quod ſubijci legi
bus, ⁊ ſtatutis vt plurimum regulatur a natura forum ſortiri,
vt vbi forum ſortitur, vel ratione contractus, vel delicti, vel qua
ſi, vel ratione qualitatis perſone, contra quam agitur, ſubijci
tur legibus fori illius: ⁊ ſecundum leges eius iudicatur. Et
hanc regulam ſequitur. Specul. de conſtitut. §. i. verſiculo, ⁊ no
ta. allegat. ſ. eo. c. cum ſit. dummodo leges alias non ſint rigoro
ſe: quod ſine temperio cauſe diſcrepent ratione naturali: quo ca
ſu etiam in foro ſeculari agente clerico tali legi non ſubijcitur: vt
ſi diſponat ſtatutũ quod in preiudicialibus ſtetur dicto vnius
vel quod non credatur duobus teſtibus. cauſa non ſubſiſtente.
Et ſunt hec theorica Joann. viij. diſtinctio. que contra. in verbo
peregrini, ⁊ xij. diſtinctio. illud. in verbo, mor. ad quod optime
ſupra de conſtitutio. eccleſia ſancte Marie. Quicquid enim ſer
uet iudicium ſeculare, ſi ſtatutum eſt irrationabile, non ligat ec
cleſiam, etiam inquantum agitur coram iudice ſeculari, vt ibi,
⁊ capitulo, eccleſia. vt lite pendente. ⁊ ſentit hic gloſſa, vt dixi ſu
pra. Que infert quod quo ad ſolennitatem a lege requiſitam
in teſtamentis, quia cauſa ſubeſt, ſi plures duobus teſtibus
exigantur in foro ciuili, iudicabitur clericus agens in foro ſe
culari, ſecundum ſtatuta laicorum, ſi perſone litigantes ſunt
eiuſdem

eiuſdem fori in genere caſus decidibilis ex theorica prima: ſc. vbi perſone ſunt diuerſe, et miſti fori, vt clericus, et laicus: ibi maior occurrit dubitatio, vt dicit Joannes. Andreas. in addi. ſuper tex. de conſti. ideo ſi litigantes laici ſunt, deciditur ex premiſſis: ſi clerici ſunt idem, quia tunc non diuerſificatur forus in genere, ſed diuerſificatur ſolum ratione loci. Ubi autem laicus cū clerico, vel etiam forus laicalis cum eccleſiaſtico vnitur: tunc difficultates oriuntur non decidibiles ex theorica predicta. ¶ Cōcludo que mihi videntur ex dictis aliorum colligenda. Si agitur cauſa contra clericum coram iudice eccleſiaſtico, vel agit cleric᷒ contra laicum coram iudice eccleſiaſtico, vbi agere poteſt, cauſa debet iure canonico terminari, vt eſt caſus hic. Ad hoc quod notatur de conſtitu. c. i. et c. eccleſia. de appel. ſi duobus. Fateor quod nonnulli ſentiunt in hoc contrarium hoc verū, ſiue cauſa coram eo agitur ex natura cauſe, ſiue quia vnicus eſt forus: quia locus eſt de temporali iuriſdictione eccleſie, vt dixi. ſ. et eſt hic tex. cum gl. et de appel. ſi duobus. et infra eodem, licet etiam ſi conſuetudine deferetur, vt hic: hoc verū quando cauſa tractatur corā iudice eccleſiaſtico ex natura regularis fori: ſecus ſi eſſet accidentalis ſurgens ex prorogationis actu, aut legis, vt in reconuentionis. Alia etiam homini: quia tunc debet iudicari quo ad deciſoria ſecundum naturam fori naturalis cōuenti, vel reconuenti, quo ad ordinatoria vel remedia procedendi locus, vbi cauſa agitur: et ſic laicus corā iudice eccleſiaſtico reconuentus, vel qui iuriſdictionem prorogauit, ſententiaretur ſecundum leges, et ſtatuta ſua, et non ſecundū canones: quia naturalis cauſa abſorbet accidentalem. ff. de tutelis. l. qui habet. C. de adoptio. l. cum adoptionis. ff. de lib. et poſthu. l. filio. Et hoc tenet Spe. in titu. de conſtit. §. i. verſic. et nota. vbi dicit actorem ſequi forum rei in cauſa recōuentionis. Quod credo, vt dixi, quo ad deciſoria, ſed non quo ad modum tractandi, vel procedendi in cauſa. Per que dicit Archidia. ii. queſtione. vi. non ita quod ſi cauſa clerici in reconuentione tractetur coram ſeculari: non poterit appellari ante ſententiam, niſi vbi ius ciuile permittit, quod eſt notabile. Et idem dicit de laico reconuento coram eccleſiaſtico, quod poterit appellare quandocunque ante ſententiam. Et dicit quod primo caſu appellabitur ad iudicem ſecularem per clericum, et ſecundo ad eccleſiaſticum per laicum. Ad quod. i. eodem. licet quod eſt notabile. Quandoque agitur cauſa clerici coram iudice ſeculari, et caſus eſt dubius, etiam ſi agitur de obſeruatione iuris Circa ordinatoria iudicij, vel preparatoria, vel inſtantiā iudicij attenditur locus iudicij, per predicta: et ſic communiter intelligitur hic glo. per aduocatos: et no. Jo. And. in additio. Specu. in tit. de conſtit. ſi tamen ius ſit rationabile, vt in dicta diſputatione dicit Calder. Et ideo dicit ibi Calderi. quod cauſa tunc reſpicit peremptionem inſtantie, ſicut cauſa ciuilis. Alleg. gl. de iudi. cle. diſpendioſam. vbi dicit quod ſi cauſa vſurarum tractetur coram iudice ſeculari, non tractabitur de plano, et ſine ſtrepitu, et figura iudicij. ſed ordine iuris obſeruato. Ad hoc. l. cum clericis. ſuper. l. omnis. C. de epiſc. et cleri. et ibi Cyn. Ad hoc quod no. Archid. ii. q. vi. non ita. vbi quo ad appellationem ante ſententiam dicit quod ex quo agitur in foro ſeculari, ſeruabitur ius ciuile, vt nō admittantur appellationes, niſi prout admittūt leges quod eſt notabile propter ſtatuta guarentigie, que in inſtrumentis confeſſionatis tollunt facultatem appellandi, vbi ſtatuta rationabilia ſint: quia ſi cauſa clerici agitabatur coram iudice ſeculari: nō poterit appellari: quia et tunc appellandus eſt iudex ſecularis, vt dicit Archidiac. ii. q. vi. non ita. quamquam et putem illo caſu, ſaltem in cauſa eccleſie, poſſe ratione iniuſtitie immediate haberi recurſum ad eccleſiaſticum per text. de iudi. c. fina. et dicam. i. eodem. licet quo caſu attendetur tribunal iudicis, ad quem, argumen. de iureiur. venientes. et i. capi. licet. Ad hoc quod not. i. de iura calum. c. i. vbi nota quod clericus inquantum litigat coram ſeculari, iurat de calumnia, ſi queritur de iuribus concernentibus deciſoria, et ſic eſt cauſa feudalis, determinabitur ſecundum conſuetudines feudi. ſ. titu. i. ceterum. et ſ. eod. ex tranſmiſſa. et c. verum. et not. Hoſtien. hic, vt dixi. ſ. et hoc, quia leges ille ſunt a canonibus approbate quo ad illam materiam, vt in iuribus predictis: et quia eccleſiaſticus in feudum recipiendo a laico ſic ſe ſubijcit, et ſubijcere poteſt foro laici, et legibus ſuis. Ad hoc quod no. Joan. And. in additio. Specu. in titu. de conſtitu. in addit. que incipit, hec queſtio ſuper verbo. et nota in. iij. ratione. Quandoque agitur alia re, et ſi res eſt eccleſiaſtica, etiam inquantum tractatur in foro ſeculari, tractanda eſt ſecundum ius canonicum. dicunt doc. de conſti. c. i. et ibi eſt caſus ſecundum vnum intellectum: et eſt caſus in authen. cleric᷒. et ibi Cyn. C. de epiſc. et clericis. ſuper. l. omnes. quod puto inquantum diſputatur de re iam in eccleſia incorporata. Inquantum autem peteretur res nondum eccleſiaſtica actione perſonali, vt quia peteretur per legatum, vel hereditatē: magis eſſet dubiū.

Adhuc puto inquantum ſtatutum diſcreparet a lege communi, et naturali quod in talibus, vt ad pias cauſas diſpoſitio, iudicanda eſſet eccleſia ſecundum ius canonicū, vt eſt caſus. de teſta. cū eſſes. et c. relatum. Per que puto quod ſtatuta loquentia de infirmationibus aliās relicta annullatur, vel que volunt teſtamenta debere poni ad cataſtrū: aliās illa annullat, vel que requirunt in teſtamentis ſolennitates poſitiuas, vel contractus, quod talib᷒ legibus, vel ſtatutis eccleſia non eſſet iudicāda quo ad res, quas petit, ſed ſecundum canonicam determinationem. Ad quod de conſti eccleſia. xcvi. diſt. bene quidem. de re. eccle. non alie. c. fin. et quod no. de no. ope. nun. c. i. poſt Hoſt. et hic, quicquid ſentiat Bar. in. l. cunctos populos. C. de ſum. tri. quia non bene dicit, niſi ſic reſtringatur non enim video eccleſie debere relinqui, quomā dicatur relictum in piam cauſam in contractibus, quia pro anima de teſtamen. requiſiſti. Idem in contractu inquantum poteſt cadere in piam cauſam. In contractibus autem cum eccleſia, in quibus nulla eſſet liberalitas ex parte laici, qui hoc facere diceretur ob animam, et in piam cauſam. Idem quod dicam in caſu ſequenti. Unde ſi donatio fieret eccleſie, iudicaretur ſecundum canones: vt in. l. illud. C. de ſacro ſan. eccle. In alijs cōtractibus, vt vendicatione, et ſimilibus non iudicaretur, niſi prout i. diſtinguam in proximo ſequenti caſu. Quandoque agitur de re clerici patrimoniali, vel obligatione eius: et tunc ſi obligatio, vel ius agendi ſurgit a facto clerici, vel quaſi facto cum eo, vt ex cōtractu vel quaſi. Dic quod ſi lex ſpecifice loquitur de clerico, non ligat clericum: quia ſtatutum diſponens, ſpecifice in clericū, formaliter diſponit in perſonam non ſubiectam, et ſic non valet, vt dicit Bar. in. l. cunctos populos. C. de ſumma trini. et fide catho. et Jo. And. in dicta addi. In octaua ratione. Et ſic poteſt intelligi Jo. de Ligna. hic, inquantū dicit, ſtatutum reſtringens perſonam clerici non valere: talis enim lex non ligat clericum, etiam ſi eſſet lex priuilegiata, vt infra dicam. Si lex ſpecialiter non loquitur de clerico, ſed generaliter diſponit ſuper contractibus, delictis, vel quaſi contractib᷒, vel alijs actibus, vel ſuper litibus ordinandis, vel decidendis: et tunc dicit Bart. in. d. l. i. C. de ſumma trinita. quod ſiue agatur contra clericum in foro ciuili, ſiue in foro canonico, talis lex generalis ſi non nutriat peccatum, nec diſponat ſpecifice de clerico, nec deroget priuilegijs eccleſiaſticis, quia non diſponit circa illa, circa que priuilegiata eſt eccleſia: de quibus. de ſenten. excommu. nouerint. vel non ſit irrationabilis, ligat clericum: et ſecundum illam iudicandus eſt clericus. alle. de re iudica. cum cauſa. de reſtit. in integr. conſtitutus. de eo, qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. c. i. Per que videtur quod ſtatutum generale inquantum tollit libertatem eccleſiaſticam ſimpliciter loquens, ſi poteſt, non debet trahi ad intellectum, vt comprehendat clericos: vt ſunt ſtatuta quod nullus non ſubiectus, nec alias cleric᷒ vel electus, non faciens non poſſit aliquid acquirere, vel non ciuis, et ſimilia. Uel que habent quod nullus poſſit iuriſdictionem declinare: quia in generalibus verbis non venit illicitum, et ab illis ſemper cenſetur exceptum. de condic. indebi. l. ſi procurator. l. ij. §. ſi procurator. ff. quod quiſque iur. de elect. ſi cōpromiſſarius. lib. vi. de iureiur. venientes. eo. li. et c. veniens. et c. Quintauallis. eodē titu. Et hoc latiſſime diſputat, et tenet Jo. And. in. c. ſi. de immuni. eccle. lib. vi. et Lapus ſua conclu. xxxi. et xli. Ad hoc quod no. Bar. ff. de conditio. inſti. l. ſi quis ita. et l. i. §. que onerande. ff. quarum re. actio. non da. et quod no. Jo. And. ſ. c. vt animarum. de conſtit. lib. vi. in verbo, ſtatuto, per Frede. ſuo conſi. lxxvij. et lxxviij. et ſuo conſilio. lxxvi. Et dicit Jo. And. in. d. c. ſi. quod poteſt eccleſia agere contra laicos, et compellere, quando ſtatuta ſic loquuntur in genere, ita quod quo ad verba comprehendunt clericos, vt ipſi declarent ſtatuta ad eccleſias non extendi. Et allegat de here. ſtatutum. lib. vi. Per que dicit quod ſtatuta vt inſtrumentum guarentigie habeāt executionem paratam contra eccleſiam et pro clerico in foro eccleſiaſtico, et ſeculari, habebit executionem paratam. Ad quod alleg. dictum Hoſtien. in Summa, de conſue. §. de veritate, verſic. ſed pone. Dicit etiam quod ſtatuta, que volunt teſtamenta infirmari, extenduntur ad clericos teſtantes, inquantum non relinquunt in piam cauſam; quia nunc actum non habent ex priuilegio, ſed eis competit vt de iure communi, ſicut cuilibet alteri homini. Et hoc dicit verum, et ſeruari debere in quocunque foro cauſa agitetur. Et hoc dicit, reiecta diſtinctione Hoſt. in Sūma, de teſta. §. qualiter. ver. an agit. quod dicit ſtatuta ſeruari prout cauſa agit. corā ſeculari, non prout agit. coram eccleſiaſtico. Idem quod Hoſt. vt diſtinguat, in quo foro agat. cauſa, vult Jo. And. in addi. predicta qui queſtionē format, et decidat inquantū cauſa agitet. in foro ciuili: et ad hoc tendunt ratio nes ſue, et maxime rō. viij. ex qua fuit extractū dictū Barto. Et hec opi. mihi placet, vt diſtinguat in quo agatur: quia cōtrahētes, vel actum agētes, vel quaſi contrahentes cum clerico, et ſ. [illegible]

erit aliqua dfia: cum ⁊ hoc ſit cõe omnibus, vt negligẽte ſeculari
adeat eccleſiaſtic⁹: vt. ŝ. eo. ex trãſmiſſa. ⁊ c. pcedenti. Io. An. re-
mittit ad gl. c. eos. lxxxviij. di. vbi. Io. format 2trium, ⁊ ſoluit, qꝺ
dato miſerabiles pſone ſubmittant iudici eccleſiaſtico, nõ ab-
ſtrahunt p hoc a poteſtate iudicis ſecularis. Hoc nihil eſt dicere.
Sed aduerte, quedã ſunt miſerabiles perſone, ⁊ oppreſſe: quedã
miſerabiles, ſʒ nõ oppſſe, nec pauperes: quedã ſunt pſone nõ miſe-
rabiles,

rabiles. Si miſerabilis eſt oppreſſa, ſtatim eſt ſub foro eccleſiaſti co, et immediate abſque alia negligentia. et hic habes vnam diffe rentiam, quia non miſerabilis non ſubmittitur niſi in caſibus et in ſubſidium, quantumcunque ſit oppreſſa. Si eſt miſerabilis et nõ op preſſa, ſed pauper eadẽ: quia immediate ſubmittitur iudici eccleſi aſtico, vt coram illo agere poſſit: vt no. de offi. deleg. ſignificãtibus et ſ. c. proximo quod nõ eſſet in nõ miſerabili: niſi dicas quod pau pertas ſemper facit quẽ miſerabilem: vt not. in d. c. ſignificanti bus. Si ſit perſona miſerabilis, nec pauper, nec oppreſſa, hec ſub mittitur, vt adire poſſit eccleſiã immediate, negligente quocunque iudice ſeculari: ſed nõ ſubmittitur nõ miſerabilis niſi omnibus ſecularibus negligentibus. Et ex hoc concluduntur tres, vel qua tuor differentie inter miſerabilem, et nõ miſerabilẽ. Prima, quod vbi in miſerabili occurrit qualitas oppreſſionis, vel paupertatis, eſt immediate eccleſie ſubiecta: quod non eſt in non miſerabi li. Secunda, quia non miſerabilis licet ſit ſub habitu iuriſdictio nis eccleſie non eſt ipſo iure ſub exercitio: ſed miſerabilis eſt ſub poteſtate et exercitio, licet ſuſpenſo. Ex hoc datur Tertia: quia eo quod negligit quicunque ſecularis, miſerabilis adit eccleſiã, vt hic. Sed non ſic in nõ miſerabili: quia oportet oẽs negligere. Quarta ex hoc ſurgit differentia: quia delegatio eccleſie inter non mi ſerabiles eſt ipſo iure nulla, vt in c. precedenti inter miſerabiles autẽ valida, et in pendenti, vt hic. ¶ Aduertendũ tamen inquã tum dixi miſerabilem ſubmitti iudici eccleſiaſtico, congruum eſ ſet loqui, id eſt ledens miſerabilem. Nã ipſa non ſubmittitur, ſed ledens: vnde ſi ipſa vellet agere coram iudice ſeculari, quia per hoc nõ impeditur. Item ſi miſerabilis conueniretur, poſſet cõ ueniri corã ſeculari: quia per hoc non abſtrahitur a iuriſdictione ſeculari. Et ſic debet intelligi Ioan. lxxxvi. diſt. Eos, qui. Per hoc credo quod iudicium agitatum ad petitionem miſerabilis non oppreſſe, vel pauperis contra purum laicũ valeret, niſi opponere tur, etiam non data alia prorogatione: ſed agitatum ad petitio nem non miſerabilis contra laicũ nulla data prorogatione, eſſet ipſo iure nullum. Et hoc eſt tenendum, inquantum agitur de protectione iuriſdictionali: inquantum de protectione confu gientium ad eccleſiam, vt ibidem defendantur, non eſt differen tia inter miſerabilem, et non miſerabilem: vt patet de immu. ec cleſ. per totum. et c. c. nos. Nec obſtat de inoffi. dele. ſignificanti bus. vbi iudicium eſt nullum etiam ad petitionem miſerabilis et quia illud operata eſt pronuntiatio, que elidibile facit nullum. de offi. deleg. iudex. lib. vi. ff. de fideiuſ. l. vt fideiuſſores. Nec obſtat ſi dicas hic agebatur pro hereditate, et ſic erat oppreſſa: quia, vt dicunt doct. agebatur petitorio, quod patet: quia ipſa mulier di cebat hereditatem ſuam, vt patet ibi ſuper hereditate ſua, id eſt quam dicebat ſuam in totũ, vel in parte. Per que dicebat Pe.

11 et Abb. quod mulier agebat petitorio. ¶ † Oppo. quod negli gente iudice ſeculari non reaſſumat iuriſdictionem eccleſiaſti cus ad petitionem miſerabilis: quia in reſcriptis attenditur tẽ pus date. ſupra. de reſcrip. cum te. eo. titu. ſi eo tempore. lib. vi. et in clemen. literas. eo titu. Illo tempore litere ſunt nulle, ex quo non adeſt negligentia ſecularis: ſupra c. proximo. ergo ex poſt facto validari non poſſunt: vt in regula. non firmatur. de regul. iur. libro. vi. et ſupra de electio. dudum. Gloſ. dicit literas datas ab eccleſia non fore nullas inter laicos, ſed in pendenti ad negli gentiam iudicis ſecularis: et ſic non datur totalis defectus iuriſ dictionis, ſed dormit interim iuriſdictio: ſicut in iudice, a quo eſt appellatum: vt ſ. de appel. paſtoralis. Et confirmat per ſimi le: quia videtur data iuriſdictio ſub conditione, ſi negligit iudex ſecularis: ſicut data videtur cauſa principalis, et iuriſdictio quo ad illã iudici appellationis ſub conditione, ſi iuſtificetur appella tio. de appel. vt debitus. Et quod reſcriptum poſſit eſſe in pen denti, facit de reſcrip. ſi autem. et c. plerunque. Ad obiecta reſpon de quod aliud eſt, actum omnino non valere, et nõ conualeſcit: aliud valere, et eſſe in pendenti: et conualeſcit, vt hic. Et ad multa ſi milia, actum eſſe poſſe in pendenti. Hanc opi. gloſ. tenuit Ho ſtien. ſ. c. proximo. vt etiam inter puros laicos, etiã non miſera biles, valeat impetratio, ſed ſit in pendenti ad negligentiam iu dicis ſecularis. Ad hoc quia inter puros laicos eccleſia hꝫ habitũ iuriſdic. Niſi ergo opponatur, vz quod agitur: et ſic valeret in pẽdenti: vt not. ſ. c. proximo. Dic quod eccleſia in laicos puros non miſerabiles nõ habet iuriſdictionis habitũ, ſed interdictũ: xcvi. diſt. cũ ad verũ. cum ſimil. quod interdictũ inficit ipſo iure in iuriſdictionẽ, ſicut in duob[us] delegatis ſine cã. de offi. dele. pruden tia. libro vi. Sic in archiepiſcopo ante appellationẽ actu interdic etũ a ſubiecto ſuffraganei. de offi. ordina. Romana. li. vj. §. j. Ubi tecũ ergo decet negligẽtia, iuriſdictionis et exercitũ eſt interdictũ, et ſic non valet quod agitur: ſed in miſerabile eccleſia hꝫ habitũ, et exercitiũ nõ interdictũ, ſed ligatũ, aut ſuſpenſum in euentũ ne gligentie: vel, vt melius loquar, ſuſpendendũ in defectum negli

gẽtie. ideo valet quod interim agitur, niſi opponatur. Et ex hoc cõ cluditur quod litere ſunt in pẽdenti, ſi tranſeant quod non opponat ad euentum negligentie iudicis ſecularis: ſuperueniente ergo ne gligentia conualeſcunt, vt per eas poſſit procedi, dũmodo ceſſet ſurreptio. Sed ſi fuiſſet ſurreptio a principio, vt quia impetrãs ta cuiſſet negligentiã iudicis ſecularis, et preſſum: vel expreſſiſſet ne gligentiam, vbi non eſſet, ſz litere valeret, quia ſurreptio non vitiat ipſo iure, poſſet de ſurreptione opponi: quia licet ſuperueniẽte ne gligentia validentur contra vitiũ defectu poteſtatis, nõ validan tur cõtra vitium ſurreptionis: quia in tali oẽ indicitur tpo date. Vel ſm Inn. habet in illis miſerabiles habitũ et exercitiũ, ſed exercitio non vtitur de gratia, niſi in defectũ iudicis ſecularis, vt hic: hec procedunt in caſu negligentie. Ubi autem iudex ſecularis non negligit, ſed procedit, et grauat, delegati ſe non intromittunt: ſed hic velit ſolum negligentiam ſuppleri, ſecundũ Ant. Pe. Egid. et Abb. ad hoc. ſ. e. c. ex tranſmiſſa. ibi: diſtulerat. adeat ergo papã vt ſuperiorem. Idẽ tenet Archi. ij. q. vj. non ideo. Hoc puto ve rum, quando iam delegatus erat ad petitionem miſerabilis: et p

12 hoc quod grauetur delegatus, non ſunt impetratus in appella tionis cauſa, ſed ſunt delegatus in principali. ¶ † Sed nunquid in caſum grauaminis poſſit impetrari delegatus pape ad petitio nem miſerabilis, eſt magis dubiũ. de quo dic vt ſupra c. pro xi. In non miſerabili autẽ procederet quod dicunt, etiam ſi poſt grauamen impetraret: quia iuriſdictio tali caſu nõ deuoluitur, niſi aliud habeat conſuetudo. ſ. c. proxi. In miſerabili autem, quia ſa tis opprimitur, ed grauaſ, appellari poſſet eccleſia, et papa. Quod eſt verũ, vbi appellat ab interlocutoria, vel diffinitiua, ſaltem ob grauamen iudicis. Ubi autẽ iudex eſt ſuſpectus, miſerabilis per ſona an ſtatim poſſit adire eccleſiaſticum, vide Io. ſi. q. j. in ſum ma. ¶ Ultimo cum Calder. ponam hic concluſionem: quia cõclu dit an litere contra laicum ad iudicẽ eccleſiaſticũ impetrate va leant, vel nõ: an vero ſint in pẽdenti, ita quod ſi iudex ſecularis poſt ea ſit negligens, per eas poſſit procedi. Dicit, ſi cõſuetudo loci approbat tales literas, valent, ita quod incõtinenti per eas põt procedi: vt. ſ. e o. ſi clericus. ad hoc. ſ. ti. j. nouit. Si in locum, vbi ſunt impetrate, non eſt talis conſuetudo, excludendo caſus non dubios, in quib[us] principaliter ſpectat ad eccleſiam, dic vbi cau ſa natura ſua ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum, cauſa eſt ſine du bio, ſupra eo. cum ſit. et c. conqueſtus. de verbo. ſignificatio. ſuper quibuſdam. de excep. c. ſ. lib. vi. Item ſi locus eſt in tempora li iuriſdictione eccleſie. de iura. calũ. cum cauſam. de appel. ſi duo bus. de teſta. Raynaldus. ne cle. vel mo. cap. vlti. lib. vi. Item ſi vacat Imperium, et ſpectat cauſa ad Imperatorem, ſupra cap. proxi. Item ſi ſpectat ad iudicem eccleſiaſticũ, quando cauſa eſt miſerabilis perſone pauperis. de officio dele ga. ſignificantibus. vel oppreſſe, vt quando eſt ſpoliata: et ſic agitur poſſeſſorio. infra cap. ex parte H. Item valent, quando ſunt poſt iudicis ſecula ris negligentiam impetrate: vt ſupra cap. proximo, ibi: dummodo. Quod intelligo quando impetrantur a papa, etiam negli gente quocunque iudice non recognoſcente ſuperiorem. Et ſic intelligo Cal. et dicit expreſſe hic Ant. Pe. et Abb. ſuper fin. vlti. gl. Item ſunt caſus, in quibus nullo modo valet, vt quando per ſona non eſt miſerabilis, et ſecularis iudex non eſt negligens, nec ſi principio, nec ex poſt facto: vel eſt, negligẽs ex poſt facto, ſz nõ fuit a principio: quo caſu dicit Cal. quod litere non valent, ſaltes exceptione oppoſita: vt ſupra cap. proxi. in prin. Et quod ibi dicitur, dummodo: intelligit Cald. de literis poſt negligentiam impetratis. Item non valent, quãdo ſunt ſubreptitie: vt quia dicunt ſecularem negligentem, vbi non eſt: vel tacent ſecularem diligentem, vbi eſt, ſiue ſit miſerabilis perſona, vel non: et tunc non poterit per eas procedi, ſaltem exceptione oppoſita. infra, eodem ex parte H. maxime non valent, quando tam ſecularis proceſſit, et non ſit mentio de proceſſu. de reſcrip. ſuper literis. et cap. dilectus. et ſupra, de re iudica. inter monaſterium. Item ſunt aliqui caſus, in quibus litere ſunt in pendenti, vt quando ſunt a non miſerabili perſona impetrate ſub cõditione, ſi ſecula ris ſit negligens: quo caſu valebunt, et erunt in pendenti. do nec ſit negligens: et ab illo tempore poterit per eas procedi: vt hic, et ſupra, eodem, ex tranſmiſſa. Item ſunt in pendenti, qua do in perſona ſunt impetrate a miſerabili perſona: quia pen det, quouſque ſecularis fuerit negligens: vt hic. Et hec ſufficiat.

1 ¶ Iudicem laicum ibi clericus non poteſt conſtituere, etiam ſi proprium iuramentum adiecerit procedat.
2 Renunciatio roboratur ex conſenſu eius, ad cuius commo dum eſt.
3 Renunciari non poteſt a clerico priuilegio fori ſui. 18.
4 Renunciari non poteſt iuri publico. 5.
5 Clericum trahens extra forum eccleſiaſticum qua pena plectatur. 13.
6 Prohibitum id eſſe videtur a iure, cui pena eſt impoſita.

7 Iuramentum contra prohibitionem legis non eſt obligatorium.31.
8 Renunciare non poteſt iuri collegij particularis perſona de collegio.12.
9 Excommunicatus eſſe non videtur, qui eſt a communione prohibitus.
10 Doctor in conſulendo, vel opinando, debet pro ſua opinione ſuſtinenda dicere quod talis doctor. vel gl. ſic tenet.
11 Iuriſdictio poteſt conſenſu vtriuſq; partis laici prorogari.
14 Clericus citatus coram iudice ſeculari, qui non comparet priuilegium allegaturus, an perdat priuilegium exceptionis fori declinandi.
16 Renuntiare quando quis non poteſt iuri pro ſe, ⁊ in eius fauorem introducto.
17 Pacto an poſſit induci vt ſtetur vnius dicto, vel partis iuramento.
18 Renuntiatio quelibet etiam iurata, quomodo, ⁊ quibus caſibus non obliget.
19 Renunciari non poteſt beneficio reſtitutionis in integrum.
20 Clericum trahens coram iudice incompetenti an perdat cauſam.
21 Clericum qualiter dicatur quis trahere coram iudice, ſeculari. Litem non dicatur quis conteſtari.
22 Pena perditionis cauſe punietur, qui clericum trahit coram iudice incompetenti.
23 Communione priuatus vel ab illa alienus, quibus videatur eſſe excluſus.
24 Excommunicatio minor priuat quem ſacramento.
25 Clericum trahens coram ſeculari non punitur, ſi volens trahatur.72.
26 Sententia lata contra clericum non inuitum tractum coram iudice ſeculari an valeat, vt ex ea poſſit clericus condēnatus compelli.
27 Pena perditionis cauſe quod puniatur trahens clericum inuitum coram iudice ſeculari, cui ſit applicanda,
28 Prorogare iuriſdictionem iudicis laice an tacite poſſit clericus.
29 Clericus ſcholaris ſubmittens ſe magiſtro ſuo, intelligitur ſi magiſter ſit clericus.
30 Iuramentum an teneat tanquā acceſſorium, vbi non tenet principale.
32 Clericus declināſ iuriſdictionem quod ſtatuto puniatur ſi trahatur coram iudice incōpetēti quomodo debet declinare forū.

1 SI diligenti. ¶ † Clericus non poteſt ſibi
cōſtituere laicū iudicē, etiam
ſi proprium iuramentū, ⁊ aduerſarij conſenſus acce-
dat. h. d. ¶ Diuidit in tres partes. In prima ponitur
talis opinio archiepiſcopi Piſani. Secūdo, ipſi⁹ impugnatio.
Tertio, cōcluſio. Secūda ibi: minimo. Tertia ibi: manifeſte.
2 ¶ † Nota regulā, licitū eſſe cuilibet ſuo iuri renūtiare. Et q renū
tiatio roborat ex cōſenſu eius, ad cuius cōmodū fit renūtiatio: ⁊
hoc q: trāſit in vim pacti. Ad hoc qđ no. in l. j. C. de pac. ⁊ quod
dixi de pac. c. cū pridem. gl. in l. ſi. C. de temp. appel. ⁊ qđ no. in l. in
3 pſuriū. de acqui. here. ¶ † Nota ſcđo q priuilegio fori, quo cleri
cus eximat a iuriſdictiōe eccleſiaſtici, ⁊ ſubmittat ſeculari, quis
non pōt renūtiare. Qđ eſt verum in quolibet clerico, ⁊ in quocū
que ordine cōſtituto. Ad quod. ſ. e. cū nō ab hoie. ſm Io. Andr.
¶ Et no q tale pactū, vel renūtiatio nō pōt iuramento firmari.
4 ¶ † Nota tertio regulā, qđ iuri publico vel introducto principa
liter propter fauorē publicū, licet cōtenat vtilitatē priuatam, nō
poteſt renuntiari. nec renūtiatio poteſt iuramento firmari, maxi
me qñ ius eſt prohibitorium: q: tunc iuramētum nō eſt obſerua
5 bile abſq; interitu ſalutis eterne. ¶ † Nota penā trahentium cle
ricos coram iudice ſeculari in ciuili, vel criminali, ⁊ penā permit
6 tētium ſe trahi, q̄ eſt expreſſa in textu. ¶ † Nota q omne, cui eſt
7 pena impoſita, videtur a iure prohibitū: † ⁊ quod iuramentum
cōtra prohibitionem legis nō eſt obligatoriū, inquātum firmat
8 factum vt obuiet legi. ¶ † Nota q iuri collegij particularis per
9 ſona de collegio renūtiare nō poteſt. ¶ † Nota q per hec verba,
A communione habeantur alieni, nō promulgatur excōicatio
10 nis ſnia. de quo dic vt dixi. ſ. de iudi. c. j. de app. p̄terea. ¶ † No
ta modū loquēdi Iurecōſultorū, vt de opinionibus ſuis dicāt:
ſic tenuit: vel, ſic teneo: vel. talis doctor ſic tenet, vel talis gloſſ.
11 ¶ † Opp. j. q ex cōſenſu vtriuſq; partis poſſit cleric⁹ ſe ſubmit
tere iuriſdictioni alteri⁹. ff. de iu. o. iu. ſ. Sol. hic fuit vna cauſa, que
mouit archiepm: q: ſibi videbatur q cōſenſu vtriuſq; ptis pro
garetur iuriſdictio laici: q̄ vtriuſq; partis cōſenſum exigit. Hoſt.
expōnit preſertim, pro tacitum. Sol. Dicit Hoſt. q q̄tū ad renū
tiationē iuris, vel prorogationē iuriſdictionis nō intelligit quod
cōſenſus aduerſarij aliquid operetur, hoc excepto q aduerſa pe
non tenet litigare, niſi ⁊ ipſa cōſentiat corā extraneo iudice, cui⁹
eſt iuriſdictio prorogata. ff. de iud. l. j. ⁊. ij. ſm Hoſtiē. ſed quo ad
caſum nec etiā vtriuſq; partis cōſenſus pōt operari, vt laic⁹ iu
dex clerici efficiatur: q: hoc modo iuriſdictio eſt improrogabilis.
12 ¶ † Oppo. q poſſit quis renūtiare priuilegio ſuo. ⁊ cōceſſo vni
uerſitati. ſ. e. dilecti. Dicit hic Pe. q iuri ſuo pſonali etiam colle
giato renūtiare poteſt. Et ſic intelligit regulā, que dicit, quē poſ
ſe ſuo iuri renūciare. ſed iuri ſuo collegiato, ſi eſt cōceſſum collegio
vt collegio, vel vniuerſitati vt vniuerſitati, renūtiare non pōt per
ſingulos, etiā ad incommodū ſingulorū, vt hic: ſ; vbi eſt cōceſſum
vniuerſis vt ſingulis, vt fuit Anglicis in. d. c. dilecti. pōt renūtia
ri p ſingulos, vt ibi. ſm Pe. Et dicit ꝯceſſum ſingulis, vt puto,
licet ſub noie collectiuo cōcedatur, qñ ius cōceſſum ēcernit vti
litatē ſingulorū, nec ex oppoſito priuilegij aliqua infertur iniuria
aut vituperiū vniuerſo: alias dicit ꝯceſſum collegio vt collegio.
13 ad hoc. ff. de re. du. l. cimbus. ¶ † Quero an laic⁹ ſi trahat cleri
cū corā iudice ſeculari, cadat in aliqua pena? Dic q ſic: q: perdit
cām: vt in auth. ſtatuim⁹. C. de epiſ. ⁊ cle. cuius tenorē ſupflue po
nit hic Io. an. ⁊ putat Guil. hanc penā locū hēre in eo, q trahit cle
ricū cōiugatū gaudentē priuilegio clericali: q qñ gaudeat, decla
ratū eſt hodie. ſ. c. vnico. de cle. cōiu. lib. vi. ⁊ hoc no. in Spe. de cō
14 pe. iudi. adi. ſ. i. ver. ſed nunqd. ⁊ ver. ſeq. ¶ † Quero an clericus
citatus coram iudice ſeculari ſi nō cōpareat allegaturus priuile
gium ſuū, valeat proceſſus cōtra eū habitus. Dicit hic Io. and.
q nō. Ad qđ facit qđ not. C. vbi de cri. agi opor. l. j. vult allegare
aut qua in puincia q: ibi nō faciūt aliqđ. l; modicū. de quo re
mittit ad Spe. de cita. ſ. j. ⁊. xxiij. q. viij. cōuenior. ver. vtrū aū. de
quo Io. an. remittit ad regulā, ſcienti. de reg. iur. lib. vi. Ioā. m. d.
c. cōuenior. dt q aliq dicūt q ſi eſt dubiū an ſit cleric⁹, tenet ire
allegatur⁹ priuilegiū: alias non. Indiſtincte tñ qđ cōparere non
arcet. xi. q. i. null⁹ cleric⁹ ad eſt, qi nō pōt citari: ⁊ ſic cōparere nō
arctat: qđ cōtingit priuilegio pſone. Et pro hoc facit qđ no. xi. q.
ij. ſi epiſcopus. ⁊. ii. q. i. c. ij. ff de fer. l. i. de accu. veniens. ad qđ no.
de dila. preterea. Lau. tenet indiſtincte, eum rumpere debere alle
gaturus priuilegiū ſuum. xi. q. i. nullus clericu. ſ. Primam opi
nionem q citatus venire nō teneatur, nec valeat proceſſus cōtra
eū, tenet Archid. xv. qđ. iiij. placita. qi iure cōmuni clericus non
eſt ſub iuriſdictione laici, ⁊ in eū ſanditus non habet iuriſdictio
nem: ⁊ ſic non eſt tale priuilegiū. qđ teneantur allegare coram iudi
ce. quaſi dicat, certus debet eſſe iudex. Nec ratio procederet. qñ
iudex eſſet certus ne clericatu. Et hoc tenet Spe. i tit. de cita ſ. j.
ver. ſed pone. ad ſi. Archi. dicit liiij. diſt. frequens. q poterit ſum
matim cognoſcere an ſit iudex: ſed ſtatim cum partes hic cōten
tioſe diſceptare incipiūt, deſiſtere debet. Et dicit quod fuit dictū
Vinc. de deci. tua. de quo faciam mentionem in. c. tuam. de ordi.
cogni. Io. And. in regula. ſcienti. ad ſi. q de regu. iuris. lib. vi cō
cludit clericum comparere non teneri: ⁊ ſi non compareat, nō va
leret proceſſus nec in principali. nec in penam contumacie. Aſſi
gnat cauſam, q: citans nullo modo poteſt eſſe iudex nec in prin
cipali, nec in incidenti: non arctatur ergo comparere citatus. Ad
hoc de ſenten. excommu. ſi iudex laicus lib. vi. Hoſtien. autem
in Summa huius tit. ſ. j. ver. lxxxi. 6. item ratione priuilegij. cō
cludit q ſi cauſa talis allegetur, per quam iuriſdictioni ſubmittit
laici clericus, vt q: allegatur cauſa feudalis, debet cōparere alle
gaturus priuilegium ſuum: ſi nulla allegetur, vel talis, per quam
clericus non concluditur ſub iuriſdictione iudicis ſecularis: tunc
comparere non tenetur. Tene primum: q: propter dubiū etiam
cauſe deferentis cauſam ad iudicem ſecularem, quamquā cogno
ſcere poſſit an ſit iudex, non per hoc ſubmittitur iudici ſeculari
quo ad principalē cauſam: ⁊ hoc eſt certū, nec etiam quo ad actū
multiplicandi: ⁊ hoc, q: contumacia eſt delictum, ⁊ pena eius eſt
pena delicti, nedum ciuilis, imo criminalis, vt no. in rubrica. C. de
cri. ſtel. Legitur ⁊c. de cle. coniug. c. j. lib. vi. ⁊ not. ſ. c. verum. ⁊. j. de
uni. peti. c. j. Per que patet, regulam. l ſi quis ex aliena procede
re, quando iudex quis non eſt, eſſe tamē poteſt, ſaltem in hoc an
ſit iudex: vbi non eſt, nec eſſe poteſt dubium non facit quem iudi
cem: nec tunc pronuntiatio, per quam ſe iudicem pronuntiaret,
faceret eum iudicem: quia ſententia nihil poteſt contra impoſſi
15 bile. l. j. in ſi. ff. que ſenten. ſine app. re. ¶ † Venio ad glo. oppo. q
iuri publico renuntietur. ff de pactis. l. paciſci ⁊. l. pactum inter
heredes. l. i. ſ. j. ff. a qui. appel. non li. Nam licet edilis mihi dent
vt agere poſſim pro animali morboſo: tamen renuntiare poſſum.
Ad hoc multa ſimilia allegata in gl. Glo. hic ponit tres regulas.
Prima affirmatiua, Iuri priuato etiā cōceſſo a iure cōi, qui cō
cernit vtilitatem priuatam tantū, ⁊ nō publicam, nec alteri⁹ vti
litatē, nec odiū, renūciari poteſt: vt in allegationibus factis in cō
trariam partē. Scđa regula, Iuri cōcernenti fauorem publicum
principaliter,

principaliter, vel alterius vtilitatem, quam renunciantis, renun
tiari non poteſt. Tertia regula. Ubi ius concernit alterius cō
modum, ⁊ eſt fundatum in totum alterius odio, vel mixtum ſu
per fauore renunciantis, ⁊ odio alterius, renuntiari non poteſt.
Ratio iſtarum regularum eſt, quia renuntiatio ordinatur ad id
tollendum, quod eſt in renuntiante. Inquantum ergo radices
habet in alios, vel alterius odio, a renuntiante tolli non poteſt:
16 ⁊ hoc de regulis ¶ † Materiam hic ponit Ioan. Andr. ⁊ reci
tat diuerſas opinio. ponit eam Cyn. et Barto. in. l. penult. C. de
pactis. ⁊ Bart. ⁊ Bal. ⁊ alii in. l. ius publicū. ff. de pactis. Pro
ſequar materiam per regulam, ⁊ caſus, ne inuoluam intellectum
in diſtinctionibus, ⁊ ſubdiſtinctionibus. Regula ſit, quod iuri
pro ſe inducto quis regulariter renūtiare poteſt. infra. de regula.
ſtatuimus. ⁊ in concord. poſitis hic. Fallit primo, ſecundum
Cal. in iure naturali, vt eſt ius agnationis, ⁊ cognationis: nam
illud pacto tolli non poteſt. ff. de regu. iuris. l. iura ſanguinis. ⁊ l.
ius agnationis. ff. de pactis. Non in hoc includo ius gentium
licet aliquādo naturale appelletur. ſ. diſtinctione. ius gentium.
Nam iuribus de iure gentium quęſitis renuntiari poteſt. ff. de
acquirenda poſſeſſio. l. ſi quis vi. §. differentia. Non includo etiā
ius quaſi naturale, inquantum concernit commodum proprium
tantum, vt eſt ius legitime, que debetur ex quodam naturali in
ſtinctu: vt. l. ſancimus. C. de inoff. ubi Cyn. ⁊ not. in regula, indul
tum. de regulis iur. libro ſexto. ⁊ not. in. l. Titio. §. Titio gene
ro. ff. de condi. ⁊ demon. Falentiam probat ratio: quia natura
lia iura immutabilia ſunt. v. diſt. per totū. ⁊ §. his ita. vi. diſtinc.
Ideo non poteſt quis renuntiare ſimplici renuntiatione iuri li
bertatis, non intercedente alia ſolennitate. ff. ad legem Aquil. l.
liber homo. de libe. cau. l. nec ſi volens. Inſti. de iure perſo. §. ſe
cundum. ſcdm Cyn. in. l. fin. C. de pactis. Et ſic ratio alia: quia ta
lia, vt a natura, non ſunt in hominis libera facultate, ⁊ poteſta
te, ſecundum Cyn. ibi. Fallit ſecundo, etiam quando ius eſt po
ſitiuum, ſed diſponit circa aliquam ſolennitatem actus agendi:
quia nemo poteſt facere quin leges quo ad ſolennitatē habeant
locum in actibus ſuis. ff. de legatis. ſ. l. nemo poteſt. l. i. §. ſi quis
ita. de verbo. obliga. l. prolatam. de ſenten. ii. q. i. diffinitiua. not.
in. l. comparationes. C. de fide inſtru. Si enim volo renuntiare ſo
lennitati requiſite in teſtamento, vel in iudicio, vel alio actu, non
poſſum: ⁊ per hoc non poteſt quis renuntiare neceſſitati preſtan
di iuramentum calumnie, nec quod libellus non offeratur. no. de
offi. dele. de cauſis. de libel. obla. c. i. per Innocen. per gloſſ. in
c. ſi. de re iudica. libro. vi. ⁊ in cle. fin. in gloſſ. fin. de verb. ſigni. in
cle. Notat etiam Ioan. Andr. hic. Et his duobus caſibus ſatis
puto iuramentum nihil operari: quia prebetur in non dependē
tibus a poteſtate iurantis. Et ex hoc patet quare interlocuto
ria non valet, per quam pronūtiatur procedendo abſque iuris
ordine. ſupra, de iudic. exhibita. quia interlocutoria ſuper iure
non renuntiabili non tranſit in rem iudicatam. de re iudi. lator. ⁊
c. conſanguinei. Fallit tertio quando ius non eſt approbatum,
alias approbabile: ſed fas quoddam eſt, vel competens ratio
ne facultatis cuiuſdam: vt eſt ius vie, ⁊ eundi per viam publi
cam. ff. de via publica. l. viam publicam. ius teſtandi ius teſtifi
candi, ⁊c. ⁊ ſimilia. Per hoc dicunt hic doc. quod non poteſt
quis renuntiare facultati probandi per teſtes: ⁊ dicunt non va
lere pactum, per quod quis paciſcitur vt alter probare nō poſ
ſit niſi per inſtrumenta. ⁊ no. gl. in authenti. vt ſi. p. ma. debi. §. qz
vero. colum. vii. vbi de hac materia. Et hoc, quia hic teſtificandi
vtilitas eſt communis. authenti. de teſti. in princi. nec debet an
guſtari. C. de hereti. quinimo debet impinguari, ⁊ dilatari. C. de
re. cred. l. generaliter. in princi. nec ad vnam ſpeciem coarctari. ff.
de teſt. l. iii. infra, de proba. l. in preſentia. ⁊ de re iudica. ſicut. de
17 quo ibi, ⁊ per Cyn. in. l. ſi quis in conſcribendo ¶ † Nunquid au
tem pacto induci poſſit vt ſtetur iuramento partis, vel dicto
vnius, vide Barto. in. l. Theopōpus. ff. de dote preleg. ⁊ in. l. ſi.
ff. de preto. ſtipula. vbi plene. ⁊ per Cy. C. de epiſ. ⁊ clerici. l. ſi quis
in conſcribendo. ⁊ dixi de dolo. c. finem. Fallit quarto, quando
ius eſt approbabile, ſed perſone datur inhabilitas a iure ad re
nuntiandum, vt in minore renuntiante beneficio reſtitutionis. l.
ſi iudex. ff. de mino. ⁊ l. ſi intra. C. de in integer. reſti. de quo di
cam. ſ. Fallit quinto, quando ius cōtinet priuatam vtilitatem
renuntiantis de voluntate ſtipulantis: vbi plene per Cyn. C. de
epiſ. ⁊ cleri. l. ſi quis in conſcribendo. ⁊ dixi de dolo. finem. et pu
blicam ſimul. Et hoc quando priuata eſt inſeparabilis a publi
ca, vel econuerſo: alias bene poſſet renuntiare priuate: vt dicam
ſ. de pactis. iure gentium. §. ſi paciſcar. ⁊ quod ibi not. infra, de iu
reiur. quemadmodum. de colluſ. dete. c. i. de arbi. cum tempore.
de inſtitu. cum veniſſent. de re iudica. ſuborta. ſi non eſt ſeparabi
lis, no. l. de die. ff. de pac. do. iuncta. l. i. ff. ſolu. matr. l. ſi filiusfami.
§. veterani. ff. de procurato. de iura. cal. c. ſi. ⁊ c. i. lib. vi. Ideo non
valet pactū, vt non idoneus eligatur nec renuntiari poteſt actui

exequendi ſuum teſtamentum. de teſta. tua nobis. quia hoc eſt
contra publicam vtilitatem, ne teſtamenta exequantur, ſecun
18 dum Hoſt. hic. ¶ † Nunquid autem valeat iuramentum, colli
gitur ex his, que dicam de iureiuran. cum contingat. ⁊ dixit
Barto. ff. de fideiuſſo. l. ſi quis pro eo. Ideo non poteſt renūtia
ri priuilegio fori, vt hic quo ad clericum: tum quia publicum di
uinum, ⁊ collegiatum, ſecundum Hoſtien. etiam per iuramen
tum, vt hic. ⁊ de ſenten. excommu. cum contingit. Nec iuri con
ceſſo ad vtilitatem eccleſie: quia hoc eſt vtilitate publicum. xvi.
q. iii. per totum. de immuni. eccle. non minus. Fallit ſexto, quā
do ius eſt precepti diuini, vel concilii generalis, vel prouincialis,
vel alterius ſuperioris, cuius tranſgreſſio induceret peccatum
mortale. de conſue. c. fin. xxv. q. i. ſunt quidam. ſecūdum Hoſtiē.
hic. Idem quando renuntiatio eſſet cōtra bonos mores, vel in
duceret ad delinquendum. ff. ſoluto matri. l. alia. §. eleganter. de
pac. do. l. conuenire. ff. fami. erciſcunde. l. in hoc iudicio. §. ſi ccu
uenerit. ff. de pact. l. pacta que turpē. C. ne fideiuſ. do. den. l. i. Nā
cauſa perfidie, que oriretur inter maritum, ⁊ vxorem, eſt cauſa il
lius prohibitionis, ſecundum Bart. in. l. ius publicum. ideo nō
valet renūtiatio Item quando inducit quem ad multum pro
modico relinquendum. ff. de tranſact. l. cum hi. C. de colla. l. pa
ctum. Et quid de iuramento, de pac. quāuis. ⁊ no. per Barto in
l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig. Sic debent intelligi glo.
que dicunt quod iuri prohibitorio non poteſt renuntiari: vt in
authenti. vt ſi. p. ma. debi. §. qz vero. col. vii. ⁊ no. Cyn. in anthē.
ſi qua. C. ad Velleia. ⁊ l. i. C. ne fide. do. den. ⁊ Cyn. ad Velleia.
authenti. ſi qua mulier. ⁊ hoc caſu, quando ſcilicet contractus
illaqueat ad peccatum, non obligaret etiam iuramentum: vt in
c. non eſt obligatorium. de regu. iuris. libro ſexto. cum concord.
Fallit ſeptimo, quando cauſa iuris fundata eſt ſuper tertii fauo
re, vel mixtim concernit fauorem eius, ⁊ tertii, quando inſepara
bilis eſt fauor, ⁊ preiudicium tertii, ſi renuntiaretur ⁊ preiudicio
renuntiantis: ⁊ hoc, quia res inter alios acta, ⁊c. ff. de lib. cauſa.
l. i. ii. ⁊ iii. C. de cōmu. re. alie. per totum. ff. de bon. poſ. cōtra tab.
l. ſi poſt mortem. de inſtitu. cum veniſſent. de arbi. cum tempore.
Secus ſi eſſet ſeparabile. de inſtit. cum veniſſent de arbi. cū tem
pore. de re iudic. cum ſuper. ⁊ c. ſuborta. Et hoc caſu inquantum
dixi non preiudicare renuntiationem, non preiudicabit etiam
iuramentum, alias ſic: vt not. de reb. eccle. non alie. ſi quis pſbj
terorum. de inſti. cum veniſſent. Et quia inquantum tertio pre
iudicat, nō eſt ſeruabile ſine preiudicio ſalutis eterne. Fallit octa
uo quando ius fundatur ſuper cauſa reſpiciēte odium alterius,
vt Macedonia. de quo dicam. ſ. in pacto legis commiſſorie in pi
gnore, de quo. ſ. Et quid de iuramento, no. de pigno. ſignifican
te. l. tametſi. ff. ad Macedo. ⁊ l. ſi. C. de pac. pig. Fallit nono quā
do renuntiatio eſt cōtra naturam actus: vt. l. cum precario. ff. de
preca. Fallit vltimo, quando ius, cui renuntiatur, non eſt de pre
ſenti, ſed in ſola ſpe. De quo dic vt dixi de pact. cū pridē de pa
ctis li. i. C. l. in plurium. ff. de acquir. here. l. i. ff. qui bo ce poſſ. et
not. in. l. in plurium. ff. de acquiren. hered. ¶ Ex p dictis poſ
ſunt multa decidi, ſequendo ordinem glo. Io. And tamen ante
omnia remittit de regul. ad apoſtolicam. Hoſtiē. in Summe, de
renun. §. ii. eo. titu. ſub. §. licet. in verſi ex premiſſis. ⁊ verſicu. ſed
nunquid clericus. ⁊ ſeq ⁊ ſub. §. illud. De hoc in Spe. de renun. ⁊
cōclu. in. iii. col. vbi etiā ſatis de materia. ⁊ in authen. vt matres
debi. §. quia vero. col. vii. Per hoc infertur primo quod priuile
gio clericali quis non poteſt renuntiare: quia hoc eſt ſub fauore
publico vniuerſali clericorum: nam dedecus eſſet toti clero, vnū
conueniri coram iudice ſeculari. Item quia eſt fundatum ſuper
odio laicorū, qui clericis multum ſunt infeſti. ii. q. vii. laicos. Itē
quod non poſſit conueniri coram laico, cōcernit fauorem epiſco
pi: ideo non poteſt in eius preiudicium renuntiare, nec aliū iu
dicem habere. xi. q. i. clericum. Sic in poteſtate ordinandi. ix. q. i.
nullus primas. Item ſic nec in penitentiali foro. de penitē. ⁊ re.
omnis de penitē. diſt. ii. placuit Nam per hoc fruſtraretur iuriſ
dictio epiſcopi: quia poſſent ſibi clerici alios iudices conſtituere.
Hoc verū, niſi ex poteſtate legis: vt quia perderet priuilegium
clericale. de ſenten. excom. in audientia. ⁊ eod. cum non ab homi
ne. de ſenten. excom. perpendimus. ⁊ c. contingit. Et hoc tene,
relecta diſtinctione Gul de Cu. in. l. ſi quis in conſcribendo. C. de
epiſ. ⁊ cle. ſiue clericus ſit ſubiectus epiſcopo, eo quod clericus ra
tione domicilii, ſiue ſit ſubiectus eo qz cōtraxit. Licet ipſe Gul.
tenuerit qz primo caſu renuntiare poſſit. Secundo non: quia iſte
tex. ſecundum Io. de Lig. loquitur de clerico ſubiecto eo qz cle
ricus: ⁊ dicit qd ipſemet Gul. hoc reprobat in authen. clericus.
C. de epi. ⁊ cle. Idem etiam tenet in. d. l. ſi quis in conſcribendo.
cuius motiua legalia non ſcribo: quia euidenter falſa eſt diſtin
ctio. Et ſimiliter reprehenditur diſtinctio an realiter vel perſo
naliter conueniatur, vt primo caſu ſit ſub ſeculari, ſecundo ſub
eccleſiaſtico: vt not. in. dicta. l. ſi qs in conſcribendo. Non obſtat.

infra, eo. dilecti. quia ibi priuilegium non fundabatur ſub fauo-
re communi Anglicorum, ſed ſub particulari cuiuſq;. Nullum
enim dedecus eſt, ſi conueniatur quis coram iudice eccleſiaſti-
co in alia prouincia, ſed detrahitur tantum vtilitati priuate. Nõ
obſtat. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pac. que dicit quod priuile-
gio fori ratiõe ſacerdotũ poteſt renunciari: quia loquitur de ſa-
cerdotio quodam ſeculari, ſicut dicitur de abbate genuen. ⁊ prio
ribus Florentinis. Uel erat dignitas, cui forte erat conceſſum
vt ſub vno tantum iudice reſpondere nõ teneretur: ſed ex quo
promiſit non excipere, ſe non poterit excuſare dignitatis pre-
textu. Uel dic, pactum ibi fuit de litigando coram iudice eccle-
ſiaſtico, nec hoc negat lex: quo caſu dic ꝙ pactum de iuriſdictio
ne danda non valet, ſed de iuriſdictione non declinanda ſic. De
quo ſupra, de offi. dele. ſignificantibus. ⁊ dixi de iudi. ca. j. Hoc
verum niſi cum pacto de danda, vel non declinanda, concurrat
aliquod prorogans iuriſdictionem: vt ſi paciſcor de ſoluendo ta
li loco: vt infra, eo. dilecti. ff. de actio. ⁊ ob. l. contraxiſſe. De quo
etiam. C. de epi. ⁊ cle. ſi quis in conſcribendo. ⁊ de pac. in. l. pe.
Per hoc infert in gloſ. ſecundo quod clerici non poſſunt renun-
tiare canoni, ſi quis ſuadẽte, quia fundatum eſt ſuper fauore pu
blico totius fori, ⁊ odio laicorum, ſecundum gloſ. Quod tem-
pera verum, vt clericus non poſſit remittere penam canonis fun
datam ſuper fauore clericorum: poteſt tamen remittere priuatã
iniuriam quo ad ſuam priuatam vtilitatem. de ſen. excom. cum
deſideres. Per hoc infertur tertio quod mulier poteſt renũtia-
re Uelleiano: quia illud fundatur ſuper ſolo fauore mulieris. ff.
ad Uelle. l. pe. eod. titu. l. iubemus. Nam hoc Uelleianũ, datum
eſt mulieribus propter infirmitatem ſexus: ⁊ fundatum eſt ſub
fauore mulieris. C. ad Uelleia. ⁊ ſi fine. ff. eodem. l. ij. §. hec vero.
¶ Ultramontani tenent contra in l. generalis. ad Uelleia. quia
qua facilitate mulier inducitur ad fideiubendum, ex qua habet
Uelleianum, ex eadem facilitate inducitur ad renunciãdum. ff.
de noua. l. doli. Et hoc ponit in. l. ſi quis in conſcribendo. de epi-
ſco. ⁊ cle. in. l. generaliter. C. ad Uelleia. ⁊ ibi Bart. Sit ergo pro
regula, quod renuntiare non poteſt ſimplici renuntiatione: quia
regula procedit, maxime quando intercedit pro marito, ſiue in
ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis, niſi in rẽ ſuã ſit verſum. C. ad Uellei.
authen. ſi qua. Item procedit regula, quando intercedit ſine ſo-
lemnitate trium teſtium: quia non valet contractus, ⁊ conſequen
ter nec renuntiatio: ⁊ quia contractus eſt nullus: non indiget
auxilio Uelleiani. Renũtiatio ergo nihil operatur, nec validat
contractum: ⁊ quia non poteſt renuntiare iuri ſolennitatem re-
quirenti, vt dixi ſupra. C. ad Uelleia. l. antequã. Et quãdo in eo-
dem contractu renuntiat: quia talis renuntiatio preſumitur ea-
dem facilitate inducta, qua inducta fuit ad fideiubendum: que
cauſa fuit cauſa nullitatis fideiuſſionis. Excludit etiam renun-
tiationem, vt ad illam concludens. ff. de condi. inde. l. pe. §. item
queſiũ. ⁊ Fallit primo, quãdo renũtiat ex interuallo poſt cõtra-
ctum. Et dico ex interuallo, quũ vltra biennium l. ſi mulier. C. ad
Uelle. Et hoc, quia preſumitur de libertate feciſſe, non ex fragi-
litate. Fallit ſecũdo quãdo renũtiat in iudicio l. pe. ff. ad Uellei.
Et hoc quia preſumitur de libertate facere: ⁊ quia iudicialiter
geſta habent maiorem roboris firmitatem. ff. de acquir. heredi.
l. in plurium. Fallit tertio, quando mulier renuntiat authorita-
te iuris hoc permittente. Idem ſi iuris neceſſitate. C. quando
mu. tu. of. fun. po. authen. matri ⁊ aue. Fallit etiam, quando eſt
iuratum, quia iuramentum roborat ipſam renuntiationem: et
hoc, quia preſumitur ad iuramẽtum venire deliberatus: ⁊ quia
ibi adeſt duplex conſenſus. C. ad Uelleia. authen. ſiue aue. ⁊ qđ
not. glo. de iureiurand. cum contingat. ⁊ patet de iureiurand. ex
reſcripto. Inquantum dixi renuntiationem preiudicare, eſt ve-
rum, ſi mulier eſt certificata. Et in dubio non preſumitur certi-
ficata: quia hec eſt ſolennitas extrinſeca: vt not. gl. ff. de verbo.
obli. l. ſciendum. in gl. in dicta. l. penul. ff. ad Uelleia. Et hoc ve-
rum, niſi ſit iuratum: quia tunc Archid. dicit quod preſumitur
certificata: vt no. de pac. quamuis. libro ſexto. ⁊ vide quod not. de
emptio. ⁊ vendi. c. fina. Item quia iuramentum habet vim clau
ſule, Si non valet quod ago vt ago, valeat vt põt. l. cũ pater. §. ſi
liſis matrem. ⁊ ſic valet vt renũtiatio, ad excludendã quaſcunq;
exceptionem, etiã ve in genere cogitatã. Et vide Cy. in. l. ſecũda,
de reſcinden. vendi. ⁊ Jo. And. de emptio. ⁊ vẽdi. c. fin. ⁊ Barto.
in dicta. l. ſciendũ. De hoc etiã per Bart. ff. de noua. l. doli clau-
ſula. Per hoc infertur ſecũdo quid in exceptiõe Macedoniani.
Et dic ꝙ renuntiare non poteſt: quia exceptio eſt fundata ſuper
odio tertij. ff. ad Macedonia. l. ſi pater. in fi. ¶ Sed nunquid iu-
ramentum ſaltem tũc obliget: dicam. j. de regulis iuris. cũ con-
19 tingat. vbi melius cadit hec materia. † Per hoc infertur tertio
quid in beneficio reſtitutiõis in integrũ. Et videt ꝙ renuntiari
non poſſit: quia tam in fauorem minoris introductum eſt, quã in
odium cum eis contrahentium. ¶ In contrarium eſt. ff. de mi-
noribus. l. ſi iudex circumuento. Dic quod non poteſt minor exi-
ſtens renuntiare beneficio reſtitutiõis: quia qua facilitate indu-
ceretur ad contrahendum: eadem induceretur ad renuntiandum:
et ſicut eſt leſus in primo contractu, ita in renuntiationis actu le
deretur: vnde ipſo iure non tenet renuntiatio, ne contingat reſti-
tutionem reſtitutionis dari: quod lex vetat. Ad hoc. ff. de mino.
l. intra. Poteſt tamen factus maior exiſtens intra tempus peten-
de reſtitutionis, vt extra quadriennium, renuntiare, ⁊ ſibi preiu-
dicat: quia pro factis in maiori etate, ⁊c. tempus reſtitutionis pe-
tende non datur reſtitutio. ff. de noua. l. doli. Excepto caſu. l. fin.
C. de repu. hered. Non obſtat. l. ſi iudex. ff. de minoribus. quia ſm
Joan. Andre. bene ſibi preiudicare poteſt de facto non petendo
ſibi reſtitutionem: tollere autem poteſtatem ſibi petendi non po-
teſt. Hoc tenet gloſſa in dicta. l. ſi iudex. ad hoc. l. interdum. eodẽ
titulo. Per hoc concluditur an laicus poſſit renuntiare foro, ⁊
alterius iuriſdictionem prorogare. Gloſſ. dicit quod vt laicus al-
teret iudicem, quia ſolum hoc eſt ſui fauore, poteſt illi iuri renun-
tiare, ⁊ prorogare iuriſdictionem in ciuili: in criminali non poteſt.
xi. q. prima. ſi quis cum clerico. C. de iuriſdictione omnium iudic.
l. in criminali. Item tenet Joan. xi. queſtio. prima, inolita. Accur.
ſub dubio, forte, dicit quod in criminali poterit prorogari iuriſdi
ctio, dummodo habeat cognitionem talium cauſarum: vt quia
habeat merum, ⁊ mixtum imperium. Et hoc ponit. C. de iuriſdi-
ctione omnium iudicum. l. j. in gloſſa fin. per. l. j. C. vbi crimin. agi
oportet. l. prima. Idem Fran. j. eodem, ſignificaſti. Idem gloſſ. in
l. j. in glo. ſi. ff. de iudi. Idem Specu. in tit. de compet. iudi. adi. §.
primo. verſ. ſed nunquid in iudicem. et not. ſ. de officio delegati.
P. ⁊ G. Idem glo. ff. ad muni. l. inter conuenientes. Iſtam tenet
Bartolus. ibi in dicta. l. prima. quia non poteſt fieri prorogatio
ad omnino diuerſam ſpeciem. Unde dicit in dicta lege, inter,
quod de mixto ad merum non fit prorogatio, ſed de mero ad me-
rum, ⁊ de mixto ad mixtum. quod notat idẽ Butri. ⁊ Cyn. in di-
cta. l. j. quia inferior non habet cognitionem. hoc non eſſet proro-
gare, ſed de nouo dare. Et hoc tenet Joan. Andr. in addi. Spe-
cu. in loco preallegato. Dicit tamen ibi poſt Guido. de Suza. ſu-
per. l. ſi conuenerit ff. de iuriſdictione omni. iudi. quod proroga-
tio non faciet quin ſuus iudex poſſit ex officio inquirere: quia per
factum partis non impeditur factum iudicis. de cle. coniugato. c.
penult. de priuileg. ex parte. B. ⁊ eodem ti. authoritate. §. vltimo,
libro ſexto. ſm Joan. Andre. Uide quod ſcripſi. ſ. de officio. de-
legat. P. ⁊ G. vbi idem. Hec ſufficiant de hac gloſſ. Ubi dixi lai-
cum poſſe renuntiare, hoc eſt verum, quando eſt ſubiectus ratio-
ne nude iuriſdictionis: ſecus ſi magis ſit ſubiectus vt feudatari⁹.
ſ. ntul. primo ceterum. ⁊ ibi not. ſ. eod. verum. ⁊ c. ex tenore.
20 ¶ † Querit gloſſ. an cauſam perdant ipſo iure, an per ſententiaꝫ
trahendo: dicit Hugo. quod ipſo iure cauſam perdit Gloſſa te-
net quod per ſententiam perdet, argumento preallega. ca. moli-
ta. xi. queſtione prima. ibi: cauſam perdat. Ad hoc. l. in criminali.
que dicit, actor actione mulctetur, ⁊ reus pro condemnato habea
tur. in preallega. c. placuit. vbi dicit, locum ſuum amittat. quod ve
rius videretur. Gloſſ. ad hoc opponit. argument. de exceſſib. pre-
latorum. graue. ⁊ hic pro opini. gloſſe allegat Joan. Andre. C. de
aſſeſſ. l. j. in fine. ⁊ C. de heret. quicunq;. ante fi. Innocen. Goffred.
Lau. Tanc. Pet. ⁊ Abba. Hoſti. ⁊ Joan. tenent gloſſam. ad hoc
quod not. de regulis iuris. in penis. libro ſexto. quia durior eſt pe
na, quando canon eſt late ſententie, ꝙ quando eſt ferende. In du
bio ergo potius ferende, ꝙ late. Ad hoc gloſſ. vnde vi. ſi quis in
tantum gloſſa iũ. l. in criminali. C. de iuriſdictione omnium iudi-
cum. in. l. prima. C. ne li. poten. in aut. habita. C. ne filius pro pa. l.
iubemus §. ſanc. de ſacroſanctis eccleſijs de pena iudi. qui male
iud. aut. nouo iure. ⁊ aut. qui ſemel. C. quomodo, ⁊ quando iudex.
Hanc opi. tenet Joan. ⁊ Archidi. xi. queſtione prima. inolita. Ex
hoc nota quod vbi canon, vel lex, loquitur per verba futurum ſo
nantia, non eſt late, ſed ferende ſententie Ad hoc gloſſa. ſ. alleg.
gloſſa de electio. quiſquis, de electi. quia propter. in verbo, preuen
tus. libro ſexto. Dic, licet gloſſe multe ſint in hac materia, ſi ca-
non, vel lex loquitur per participium preteriti, regulariter eſt late
ſententie. de electionibus. cupientes. §. ceterum. vbi gloſſa in ver-
bo, ſuſpenſos. ⁊ hoc maxime, quando cum adiuncto, eo ipſo, vel
ipſo facto: vt dicit ibi gloſſ. ⁊ maxime ſi dicat, authoritate huius
conſtitutionis: vel addat, ipſo iure: vt ſi dicat, authoritate huius
conſtitutionis ipſo iure priuatus. Text. ⁊ gloſſa de electionibus.
licet canon. libro ſexto. in verbo, priuatis. Ad hoc gloſſa de here-
ticis. quicunq;. vbi hec verba Sit innodatus: inducunt excom-
municationis ſententiam ipſo iure. Fallit, niſi alio iure appareat
illum fore ferende: vt in capitu. ij. de foro competenti. vbi iſta ver
ba, Sit ſequeſtratio: inducunt canonem ferendum. Quandoq;
verba non proferuntur in preteritum: ⁊ tunc ſi ſunt verba pro-
pria, ſiue declaratoria, canõ eſt late ſententie, vt ſunt iſta: Decer-
nimus viris careres: maxime ſi addatur, omnino. de elec. licet ca-

non.lib.vi.in verbo,carere.vel,decernimus non valere.de elec.ſi
cui.lib.vi.in verbo,non valere. Si ſunt verba diſpoſitiua: tunc
ſi verba ſonent futurum, ⁊ reſpiciunt actum iudicis, vt priuen-
tur,excommunicentur,⁊ ſimilia,debent intelligi in dubio feren-
de glo.de elec.cupientes.§.ſi vero.libro ſexto.in verbo, priuent
et hic,cum ſimi.ſ.allegatis. Ad hoc de hereticis.quicunq́. in
verbo,innodentur.gl.de reg.iur.in penis.libro ſexto.niſi ſint hec
verba,vel ſimilia,eo ipſo:vel,ipſo facto: vt dicit gloſſ. in dicto.c.
in penis.⁊ eſt tex.cum gl.de electio.ſi religioſus.libro ſexto.ipſo
facto viribus vacuetur.⁊ notat glo.de hereticis. quicunq́.libro
ſexto.ibi:eo ipſo innodetur.Idem ſi dicat omnino priuetur.de
penis.in quibuſdam.vel,omnino careat.de reſcr. diſpendia. li-
bro ſexto.Idem in verbo,prorſus.vt in regula.in penis. de re-
gulis iuris.libro ſexto.Not.glo.⁊ hec vera niſi ex ſequentibus,
vel precedentibus appareat quod ſit late ſententie:vt eſt tex.de
electio.ne pro defectu.⁊ eodem titulo,quiſquis.in text.coniun-
cta gloſſ.ad hoc quod not.de electio. quia propter. Si non re-
ſpiciant actum iudicis:⁊ talia ſunt,que poſſunt trahi ad prete-
ritum,⁊ ad futurum:quia in futurum poſſunt intelligi prout pu
niũt factum de futuro:ſed factum quando erit factum poſſunt
concernere,vt de preterito:tũc ſi verba reperiantur in ſimili de-
clarata quod ſint late ſententie,late intelliguntur etiam in ſimili
materia.gloſſ.de cri.fal.dura.⁊ in.c.clericis.ne cle.vel mona.ſci-
licet,excommunicationi ſubiaceat.iunctis doctoribus ibi:⁊ in dĩ
cto text.xvij.q.iiij.ſi quis ſuadente. Si vero reperitur declara-
tum,intelligũtur in dubio ferende,niſi iungatur tale verbum in
oratione,cum verbo,quod adijcitur in alia pena verbum, ipſo
iure: quia tunc qualificat vtramq́ penam:vt eſt tex.de vi.⁊ ho-
ne.cleri.c.j.libro ſexto. ad hoc.l.iam hoc iure.ff.de vulga.⁊ pup.
Sed ſi verba dirigit ad canonem promulgantem,intelligitur la
te,maxime ſi addunt verbum,totaliter,vel ſimile.de electio.cu-
pientes.§.ceterum.in verbo,excludentes.Ubicunque autem ca
dit probabilis dubitatio an ferende ſit,an late,in dubio feren-
de intelligi debet:quia hec eſt mitior pena: vt not.ſ.de electio.
cupientes.§.ſi vero.in verbo, priuentur. Gloſſ.alleg. de hereti.
quicunq́. in verbo,innodetur. ⁊ eſt bona gl.de regulis iur. in pe
nis.libro ſexto.Sed poſito quod requiratur ſentẽtia,vt hic de-
terminatur,eſt dubium de practica,an hoc fiat in eadem inſtan
tia,an opus ſit noua actione.Glo.in.l.in criminali.ponit dupli-
cem practicam:quia poteſt nouo iudicio agi:⁊ agetur cõdictio-
ne ex his iuribus.Sed recidit in dubium,quod diſputauit In-
nocen.ſ.de iura.calũ.c.ſi.an pro hac pena competat condictio ex
lege,an officium iudicis mercenarium.Ibi tenere videtur quod
mercenarium officium. Sed tene quod agi poteſt cõdictione ex
iſtis iuribus.argu.glo.in dicta.l.in criminali.Et patet ex theo-
rica Barto.in.l.prima.ff.de condi.ex lege.⁊ poterit peti hec pe-
na etiam coram iudice eccleſiaſtico:vt dicit Specu.in titu.de cõ
pe.iudi.adi.§.primo.verſi.ſed quero.Quod clarum reputo,quã-
do actor eſt clericus.Sed idem ſi laicus:quia hoc eſt agere ſu-
per eo,ad quod competit exceptio.Ad hoc quod ſcribit Bart.
in.§.arbitrorum.⁊ dixi.ſ. de foro competen.ſi clericus. Plus
dicit Specu.in loco prealleg.quod poteſt etiam ſe defendere per
viam exceptionis:vt ſi actor agat contra eum, poteſt excipere,
Tu me olim coram iudice ſeculari traxiſti,ideo cauſam perdere
debes:ideo peto te condemnari,⁊ me abſolui ſuper hoc, quod a
me petis, quia ſup hoc eſt neceſſaria ſentẽtia,vt eſt dictum.Di-
cit etiam glo.quod agere poterit condictione ſine cauſa, vt actor
eum liberet.Sed non placet hoc Barto.quia antequam pronũ
tietur,cauſa nõ deſiit, cum ipſo iure non ſit priuatus. Item di-
cit gloſſ.quod in eadem ſententia,⁊ inſtantia,⁊ idem iudex,co-
ram quo eſt citatus,poterit pronuntiare ſuper perditione cauſe
in caſu noſtro:quia in hoc efficitur iudex,licet non ſit in princi-
pali.Ad hoc de reſcrip.c.fina. ⁊ in clemen.prima. de reſcrip. de
appel.interpoſita.⁊.c.vt debitus.ad finẽ.Et hoc,q: ex parte rei
defenſio ſuperueniẽs pendente iudicio illi prodeſt,licet non cõ-
peteret in tempore inſtantie inchoate. Inſtitu.de perpe. ⁊ tem-
po.acti.in fin.l.iuſiurandum ⁊ ad pecunias.§.fin.ff.de iureiurã.
de quo.ff.de excep.l.prima.⁊ ibi per Barto. Item quia hoc ius
traxit originem in limite iudicij.ff.de iudicijs.l.ſi Titius.ſ.de te
ſtamen. Raynaldus.Ex parte autem rei trahentis non poſſet
in illa inſtantia condemnari,ſecundum Barto.q: hoc ius agen
di ſuperuenit de preſenti.ff.de iudi.l.non poteſt.ſecundum Bar
to.⁊ fuerunt verba Butrij ibi.Uel forte poterit:q: hoc ius tra-
hit originem in ingreſſu litis:vt in iuribus predictis. Sed non
obſtat hoc:quia ſuper hoc iure non eſt datus libellus. Quod
puto,quãdo certa cauſa deducta eſt:ſecus ſi generaliter actum
21 de reiudica.abbate.lib.vi.¶ †Quero quia litera dicit penam
amiſſionis cauſe imponendam trahenti:qualiter dicatur quis
trahere.Gloſ.dicit quod trahi dicitur quãdo trahitur inuitus.
Quod patet ex litera,dum dicit,pertrahant.Ad hoc.c.inolita.

quod loquitur in actore.Idem Ioan.And.qui dicit quod pre-
poſitio Perauget.de quo de conſue.c.tertio.ſecundũ Hoſtien.
Dicit Specu.in titu.de compe.iudi.adi.§.primo.verſi. ſed que-
ro.ꝙ vt appareat quod inuitus ſit tractus, debet proteſtari ſe
eſſe clericum,⁊ non debere coram illo reſpondere.⁊ ſi iudex que-
rat an illud proponat excipiendo,vel petendo propter hoc a iu
dicijs inſtantia ſe abſolui:tunc ille dicat, Nihil peto,nec exci-
pio, ſed proteſtor. Et ſi iudex precipiat quod reſpondeat,vel
litem conteſtetur:tunc reſpondeat,⁊ proteſtetur quod reſpõdet
inuitus,vel compulſus viribus, aut terrore iudicis ⁊ ſuper hoc
teſtes adhibeat,vel inſtrumentum confici faciat,⁊ vltra nõ pro-
22 cedat.¶ †Quero an hec pena veniat imponenda ſtatim poſt
conuentionem,vel poſt litis cõteſtationẽ,an exigatur perſeuerã-
tia vſq́ ad fi.Arguit glo.quod videtur quod eo quod ad iudi-
cium eſt vocatus.xj.q.j.inolita.vbi dicit,ad iudicia publica per-
trahat.⁊.c.placuit.ibi:ſecularis poſſit auxilium.In contrarium
quod vſq́ ad litis conteſtationẽ peniteat:vt in.l.amplius. rem
ra.habe.ff.vt in ius vocan.l.quãuis.⁊.l. ſi conuenerit. de iuriſd.
omni.iudi. Ad hoc.c.placuit.ibi:iudicium intentatum,vel cau-
ſa mota.Quod vſque ad ſententiam poſſit penitere,facit. ff. de
inoffi.teſta.l.Papinianus.§.meminiſſe.ff.de bo.lib.l.qui cũ ma-
ior.§.accuſaſſe,quod me.cauſa.l.ſi cum exceptione. §. hec actio.
¶ Gl.recitat opinio.Hug.quod non liceat deſiſtere:⁊ hoc repu-
tat gl.de rigore: ſed de equitate poteſt deſiſtere vſq́ ad litis cõ-
teſtationẽ,poſt li.cõteſta.nõ,ſaluo caſu de exceſſ.prelat.c.j.vbi pu
nitur ex ſolo tractu:⁊ hoc propter exceſſum grauius in epiſcopũ
propriũ,ſecũdũ glo.opi.Hug.tenuit Hoſtien.Ioan.And. dicit
opi.glo.procedere in eo,qui non aſſumpſit pertinaciam in proſe-
quẽdo:opi.Hug.in eo,qui aſſumpſit pertinaciã, vt impurgabili
ter cadat in penam,licet nondum ſit litem cõteſtatus. Et dicit
hic,quando aſſumpſerit, vel non aſſumpſerit pertinaciam, re-
linquendum arbitrio boni viri. allegat ſimile no. de preben.de
multa.⁊ quod no.in authen.habita.in glo.ſi.C.ne fil.p pa. epi.
G.tenet gl.⁊ Arch.in.c.inolita.hic alleg.Bart.in.l.in criminali.
que loquitur per ſimilia verba:dicit actore poſſe deſiſtere vſq́ ad
ſententiam:quia in iſtis penis legalibus licet deſiſtere vſque ad
ſententiam,per.l.qui,cum maior.§.accuſaſſe.prealleg.⁊.l.in ſerui
tutem.§.petijſſe.eodem titu.Et hanc tenet Butr.in.l.in crimina
li.C.eodẽ.Dic,ſi pena venit committenda ex contrauenire, cõ-
mittitur quoquo modo quis nocet:vt.l.ſi quis maior.C.de traſ-
act.⁊ quoquo modo contrauenerit. Si venit cõmittenda ex cõ-
trouerſiam non mouere: ⁊ cõmittitur quoquo modo fiat cõtro-
uerſia,ſiue ante litis cõteſta.ſiue poſt.l.diuus.⁊.l.ſed ſi ita.§.an-
te lit.conteſta.ff.de peti.hered.⁊ ſiue agendo, ſiue excipiendo.l.
nõ ſolum.§.ſi ſtatus.de procura.l.controuerſia.C.de euict.Si ve
nit committenda ex petere,vel agere,ſecũdũ Cald.Sed tũc dic
quod tunc inſpicitur tempus cõteſtationis litis.ff. rẽ rat.habe.
l.amplius.Fallit in caſu.l.j.C.de plus peti. ⁊ hoc ꝓpter duplex
delictũ:⁊ hoc,quando pena venit cõmittenda ex diſpoſitiõe ho
minis.Si pena venit cõmittẽda ex diſpoſitione legali:tunc cõ-
mittitur ex fine iudicij:vt dicta.l.qui cũ maior. §.accuſaſſe. ⁊ in
l.in ſeruitutem.Si pena venit committẽda extrahere, vel per
3 ſine reſidentia ¶ † Nota ſecundo quod forus ratione delicti po-
teſt accumulari in loco domicilij. Vide de priuileg. capit. primo
libro ſexto. et vide. l. iuris ordinem. C. de iur. omn. iudic. et quod no.
4 ſ. eod. ca. pe ¶ † Nota tertio iudicem delicti poſſe iudicare delin-
quentem, etiam quo ad penam priuationis officij, et beneficij: et ſic
eſt argumentum expreſſum ratione delicti, etiam quem ſubijci ad pe-
nam depoſitionis: quicquid ſenſerit glo. ſ. capi. proximo. Sed poſ
ſet reſponderi quod hic ſortitur forum reſpectu domicilij, et deli-
5 cti. ¶ † Nota quarto quod reſpectu rei extra territorium ſite po-
teſt promulgari ſententia abdicatiua iuris a perſona de re, vel a re
alibi ſita, licet facti executionem facere non poſſit: et ſic ſententia,
que trahit ſecum executionem in rem alibi ſitam, per quam non
contingit turbari iuriſdictionem alterius in ſubiectum ratione de
licti, promulgari poteſt. Ius ergo ad rē, vel in re principaliter ad-
heret perſone: et ſic titulus beneficij principaliter eſt in perſona inti
tulati, licet directe dirigatur ad rem, vel obiectum. Sufficit ergo
perſonam fore ſubiectam, licet non ſit ſubiecta res. Ad hoc. l. ij C.
vbi in rem actio. Nam ſuper reali pronūtiat iudex domicilij, etiam
de re alibi ſita, abdicando dominium a re: actualis tamen executio
quo ad poſſeſſionem facti, ſpectat ad iudicem, vbi res eſt ſita. Ad
hoc quod no. ſ. capitulo ſi. Et ex hoc nota quod in rem alibi ſitam
non exercet iudex alterius territorij iuriſdictionem in actu exe-
quendo. Et nota, iudicem alterius territorij poſſe exequi ſenten-
6 tiam ab alio latam. ¶ † Oppo. primo quod quis ſortitur domici-
lium ratione beneficij. de tempo. ordi. cum nullus. lib. vj. Vincen.
ſtat contrario, concludēs in loco beneficij tantum, vbi eſt intitula-
tus, quem ſortiri domicilium, et non alibi. Per que dicit talem cleri-
cum intitulatum non poſſe ſortiri domicilium in diuerſis locis: li-
cet ſecus dicat in laico. ff. ad munici. l. aſſumptio. Sed hoc eſt con-
tra hunc tex. et non placet Joan. Andre. Allegat ad hoc de temp.
ord. cum nullus. lib. vj. vbi eſt expreſſum. et hoc etiam tenet Goff.
dicens quem habere domicilium, etiam vbi habet larem, non vbi
habet eccleſiam, vel beneficium. Allegat de reſcriptis. dilectus. ij.
Jo. And. remittit de reſcriptis. ſtatutum lib. vj. §. cum vero. ſuper
gl. in verbo, quia domicilium. Et de priuile. ex ore. Arch. de reſcri.
ſtatutum. §. cum autem. ſentit opi. Vin. clericum non poſſe in plu-

ribus locis habere domicilium:qꝛ in vno loco tenetur ad reſidentiã quod non eſt in laicis. Dic,ſi clericus habet plura beneficia reſidentiam requirentia,poteſt habere plura domicilia:quia vtrobique tunc habitare cenſetur. Et hoc dicit Ioan.lxxi.diſti.primates. Idem gloſ.ꝛ Ioan.Andre.de prebend.quia intantum.ꝛ Archidia.iiij.queſt.vi.in ſumma.vbi recitat opin.ſupra poſitas.ꝛ ſentit gloſſ.xxi.q.ij.quoniam. Si habeat vnum tantum reſidentiã requirens,in illo dicitur ſortiri domicilium:vt dicit Ioan.Andr. in.d.§.cum autem. Per hoc tamen non excluduntur alij modi ſortiendi forum,ꝛ domicilium:vt dicit hic Ioan.Andr.ꝛ eſt text. hic. Unde ſi de facto alibi reſideret,vel patrimonium haberet,poſſet ibi conueniri,vt hic ſentit Ioan.Andre. Principalius tamen domicilium diceretur,vbi reſidere tenetur. Et hoc dicit Innocen. de priuileg.ex ore.prout declarat Ioan. Andre.licet aliter verba ſua ſonare videantur,ſcilicet quod non habeat domicilium extra locum beneficij,quando beneficium requirit reſidentiam:ſed debet intelligi proprium,ꝛ principale:vt dicit Ioan.Andre. Fallit hoc in abbate,qui extra monaſterium ſuum nõ poteſt habere domicilium. Sed ſecus,vt dixi,in clericis ſecularibus:ꝛ hoc,quia plus adſtringitur abbas monaſterio,quam clericus eccleſie,cum ex profeſſionibus teneatur ad ſtabilitatem clauſtri.xvi.q.i.placuit ꝛ.xij.q.non dicatis.ꝛ.c.nolo. Hoc dicit Innoc.in dicto.c.ex ore. Sic debet intelligi. Archi.qui recitat Innocen.xi.q.i.clerici. Uel poſſet dici,ꝛ melius,in clericis ſecularibus,vt habere cenſeantur domicilium in eccleſijs,vbi reſidere tenentur.ita quod non excludatur domicilium ratione patrimonij,vt hic:ſed bene excluditur domicilium ratione habitationis,cum alibi habitare non poſſit de iure:ꝛ ſic ibi non videantur eſſe cauſa habitionis perpetue,ſed momentanee;vt.l.ex facto.§.rerum Italicarum.ff.de hered.inſtit. Et ſic poteſt intelligi Goffre.hic,ꝛ Innocen.in.d.c.ex ore.ꝛ hoc plus placet. Poteſt enim quis ſortiri domicilium ſecundum hoc tripliciter. Primo,ratione beneficij,in quo reſidere tenetur. Secundo,quia tenet quis larem:ꝛ hoc excluditur,vbi habet beneficium alibi requirens reſidentiam. Si tamen alibi de facto habitet adhuc puto ibi poſſe cõueniri:quia ſufficit quod ibi ſortiatur domicilium. Tertio,quod habet alibi maiorem partem bonorum:ꝛ hoc non excluditur. Ad hoc.l.ij. C.vbi ſena.vel clari. Poteſt ꝛ quarto ſortiri domicilium ratione originis:ꝛ hoc non excluditur. Ad hoc de temp.ord.c.cũ nullus.ꝛ ibi no.in gl.in verbo,domicilium. Ex his patet quis compellat ad exhibendam diſpenſationem,quando clericus habet beneficia in diuerſis dioceſibus.vide Joannem Andre. de officio ordi. ordinarij.in verbo,ordinariorum. ¶ † Uenio ad gloſſ.oppo.quod non priuet iudex delicti clericum beneficio alibi ſito:quia hoc eſſet ſententiare ſuper re extra territorium ſita:de conſtitutione.vt animarum.de iuriſdict.omn. iudicum.l.fi.ff.de bo.authori.iu.poſſid.l.cum vnus.§.fin. Solut. Gloſſ.prima intelligit literam vt loquatur,quando priuatio ſurgit a iure immediate,ꝛ non ab homine:vt quia diſpoſitione iuris cauetur,damnatum de crimine ipſo iure fore priuatum:ꝛ tunc ad contrarium,ſi queritur an iudex poſſit ſua ſententia immediate priuare beneficio alibi ſito,dicendum quod non,vt in contrarijs: ſed an poſſit pronuntiare ſuper crimine,declarando ipſum tale delictũ cõmiſiſſe,ex quo a iure ipſo iure ſurgit priuatio:dic ꝙ ſic,qꝛ tunc iudex non priuat immediate beneficio:ſed ius,quod vbilibet habet poteſtatem:vt.l.i.in fi.ff.ad Turpil. Et hoc voluit glo.prima ibi,inquantum dicit quod iudex non ſententiat ſuper eccleſia, ſed ſuper crimine,ꝛ poſtea ſententia faciat fidem in alio iudicio. Dat ſimile.xxiiij.queſtio. prima ſtatuimus. Hoc ſequi videtur hic Innocen.qui dicit ſententiam eſſe ferendam ſic, Condemno te de tali crimine:ꝛ poſtea executio fit ſecundum canones,qui precipiunt criminoſos condemnatos deponendos.xxv.diſt.primum. niſi ex diſpenſatione tolerentur.de iud.at ſi clerici.ꝛ interdum erit pena depoſitionis.C.vbi de cri.agi opor.autheñ.qua in prouincia. Per hoc apparet quod ſentit,ſententiam depoſitionis ferendam per iudicem delicti. Dicit tamen quod perpetuo ſuſpendere poteſt ab eccleſia alibi ſita:ſententia tamen in facto mandabitur executioni per iudicem,in cuius territorio res eſt.ff.de re iudic.l.a diuo.Pio.§.ſi.ſecundum Innocen. Et ſatis tamen puto ſufficere diſpenſationem iudicis loci delicti,quia habet inſtar abſolutionis ꝛ ex quo ſemel abſolutus eſt,ꝛc.l.licet.ff.nau.cau.ſta.ꝛ.de accuſa.de pur.vulg.c.ij.ff.de accuſa.ſenatus. ¶ Gloſſ.ſequens ſentit contrarium,que dicit iudicem loci beneficij priuare illum per ſententiam ab alio latam. Sententia ergo ab alio lata eſt illa,que immediate priuabit,non illa ſententia iuris. Et hoc placuit Hic Pe.nam hic fuit queſitum de ſententia priuationis officij,ꝛ beneficij:de ſententia ergo hominis immediate priuatiua intelligatur reſponſum. Et hoc tenet Hoſtien.idem Goffre.Pet.ꝛ Abb.ad hoc verbum,executio,ſcilicet quia non dicit priuatio,vel pronuntiatio. Ad hoc quod not.de appel.paſtoralis.ꝛ in.c.Romana.eod.titu. ſuper verbo,de crimine. Hoc etiam tenet Specu.in titu.de ſenten. exe.§.nunc videndum.verſi.ſed pone.vbi improbatur opin.dicentium quod exigebatur pronũtiatio ſuper priuatione beneficij per iudicem beneficij. Sed huic obſtat contrarium. Reſponſio patebit.ſ.

8 ¶ † Cõcludo,ſi queritur an iudex delicti,aut domicilij,poſſit diſtringere perſonas,vel res alibi ſitas. Et proſequor tres caſus. Primus,quando ſententie vel pene tantum perſonam concernunt. Secundus,quando res tantum. Tertius,quando perſonam,ꝛ bona ſimul. ¶ Uenio ad primum de ſentẽtia penali diſtringente tantum perſonam:ſi habet perſonam ſubiectam in limitibus ſui territorij,tunc ſi ſententia,vel pena reſpicit certi loci interdictum,non porrigatur extra territorium interdicti ex poteſtate ſententie.ſed bene porrigetur ad quedam loca per conſequentiam ex iuris diſpoſitione:vt.l.relegatorum.§.ſ.ꝛ.§.interdicere.ꝛ.§.ſeque. ff.de inter.ꝛ rele.quia ſi relegatus eſt a prouincia domicilij,intelligitur relegatus a prouincia originis a iure. Ad hoc de ſent.exco. ſi ſententia.libr.vi.ꝛ quod no.de priui.ex tuarum.ꝛ de exceſ.prela. tantum. Si interdictum non reſpicit locum,ſed certam artem,Nico.dicit,ſi interdictum eſt facti,non porrigitur extra territorium. ff.de poſtu.l.ex ea. Hoc verum,niſi ars omnino coerceat perſonã, vt eſt officium,ꝛ ordo,ꝛ dependentia ab eo:vt no.de appel.paſtoralis. Si autem non reſpiceret artem,ſed ſtatus diminutionem,ita quod perſonam inſequat,vel adherentia perſone:Nic.dicit,ſi interdictum eſt iuris:ꝛ dicit Barto.in dicta.l.i.C.de ſum.tri.ꝛ fi.ca.Aliquo tamen addito,que habuit a Nicol.de Mat.que verba refert Ioan.Andre.in addi.Specu.in titu.de accuſa.§.qualiter.in ſummula baumborum verſi.felicis Nicolai,ꝛc.quod poteſt ſic perſona diſtringi a iudice delicti,ꝛ domicilij,ꝛ contractus,in tantum quod affecta perſona per ſententiam hoc ipſum ſequitur velut vmbra, ad limites alterius territorij:vt eſt excommunicatio,ꝛ ſuſpenſio ab officio,ſententia infamie,ꝛ depoſitionis.ff.de poſtu.l.ex ea.§. de offi.ordi.ad reprimendam.ꝛ.c.cum ab eccleſiarum.de appella. paſtoralis.ꝛ quod ibi no.ꝛ.c.cum preterea.cum ſimil. Si tempore ſententie non habet eam in limitibus territorij,eam tamen preuenit citando,vel conditionaliter ſententiando:ꝛ quilibet poteſt ſententiam perſonam afficientem etiã extra limites territorij infrigere.l.eodem.propoſuiſti.no.Innocen.de dila.preterea. quicquid ſentiat Paul.in clem.paſtoralis.de re iudic. Si tempore ſententie non habet ipſam in limitibus territorij,nec ipſam preuenit:dicit,ſi ſententia trahit ſecum executionem immediate,ex poteſtate iuris.propter ſententiam non immediate ex ſententia,vt ſententie ſuper delicto infamantes ex iure:ꝛ tales ligant,ſecundum omnes,late a iudice domicilij:quia iudex domicilij habet poteſtatem iudicandi perſonam,etiam alibi ſitam,ex quo domicilium retinet:quinimo ꝛ de delicto alibi commiſſo:vt.l.i.ꝛ.ij.auth. qua in prouincia.C.vbi de crim.agi oportet.de rap.cap.i.ſupra e.cum contingat.not.ſ.capitu.finali. Et hoc tenet Pau.in cle. paſtoralis.qui exemplificat in caſibus poſitis.iij.queſtione.vi. §.porro. Iudex autem delicti non poteſt iudicare perſonam alibi ſitam non preuentam,vbi agit principaliter diſtringere perſonam:vt in clemen.paſtoralis.de re iudicata.ꝛ not.de foro competenti. Romana.§.contrahentes.libro.vi. Si ſententia trahit ſecum executionem immediate ex ſententia,iudex delicti:vel cõtractus hanc non poteſt promulgare in exiſtente extra:quia talis forus ſubmittit perſonam inquantũ extra.l.ij.ff.de eo,quod certo loco ꝛ dicta clemen.paſtoralis.§.contrahentes. Iudex autem domicilij bene promulgat illam ſecundum communionem opinionem.vt not.Ioan.xi.q.ij.epiſcopum.ꝛ eſt caſus de clemen.non reſi.ex tue. Ad hoc.ij.q.i,manifeſta.de appel.cum ſit Romana. de cle.excom.mi.ad apoſtolice,no.ſ.c.fi.ꝛ.ꝫ.c.lane. Ioan.Andr. in.§.contrahentes.quicquid ſentiat Pau in clemẽ.paſtoralis. de re iudi. Et ad rationes eius reſponde Et dixi de ſen.excõ.a nobis.ꝛ de conſti.vt animarum.§.ſtatuto.ꝛ.ꝫ.c.lane.ꝛ.ſ.c.ii. Et hoc de prima ſpecie ſententiarum. Eſt ſecunda ſpecies ſententiarum,quando ſententia tantum concernit res:dic,ſi res ſunt in territorio ſententiantis,poteſt illas afficere,vt in tributum capere:vt dicit hic Inno.in poſſeſſionẽ mittere,incorporare in fiſcum in totum,vel in partem Si ſunt extra territorium,non poteſt,niſi aliquid diſponat in perſonas:quia res nõ ſunt principaliter ſubiecte,vt hic,ꝛ.l.cum vnus.§.ſi.ff.de bo.aut.iu.poſ.ad hoc dictus.§.cõtrahentes. ¶ Uenio ad tertiam ſpeciẽ,quando ſententia mixtim perſonam concernit,ꝛ res:ꝛ tunc ſi bona ſunt in territorio,poteſt diſtringere vt libet;ſi perſona eſt in territorio vel extra,ibi põt diſtringi a iudice domicilij,vel delicti:quia preuenta eſt res,ꝛ bona ſunt extra. Si principaliter vult diſtringere res,nõ poteſt,ſi perſona principaliter,in cõſequentiam bona, ſi vult ſententiare ſuper delicto,vel culpa,ex quo ſequitur priuatio bonorum immediate ex poteſtate iuriſdictionis:ꝛ ſecundũ omnes poteſt,vt hic,ſecũdũ gl.primã:quia ex quo abdicatio fit

immediate

immediate ex poteſtate iuriſdictionis vbilibet habet poteſtatem:
ergo hoc fieri poteſt, ſi vult ſententiare directe priuãdo iure ad bo
na alibi ſita competente: ⁊ ſunt opi. quia aliquid tangit de re alibi
ſita. Aduerte, ius, quod habet quis iure aut tituli, aut dominiũ,
eſt principaliter in perſonam, licet obiectiue competat ad rẽ. Hinc
eſt quod animo tenetur, ⁊ animo debetur. l. ſi quis vi. §. differentia.
de acqui. poſſ. no. de pac. cum pridem. Fundamentum ergo tenen
di eſt in perſonam: quatenus ergo reſidet in perſonã, poteſt illud
ius a perſona auferri habens perſonam ſubiectam: ideo abdicat
ab eo ius, ⁊ res derelicta remanet, vt hic, ſecundum verum intelle
ctum. Quam opi. ſequitur Spec. in tit. de ſen. excom. §. nunc viden
dum. ver. pone. Exequi autem actualiter non poteſt, ſed executio,
prout eſt in facto, id eſt, in abdicanda poſſeſſione facti, fit per iudi
cem rei ſite. Dixi de poſſeſſione facti: quia ſi iudex intenderet, be
ne poſſet auferre poſſeſſionem rei alibi ſite, etiam prout poſſeſſio
eſt iuris. ff. de acqui. poſ. l. cum vniuerſitas. §. cum pretor. ⁊ no. in. l.
j. C. vbi in rem act. Si iudex animo ordinandi poſſeſſione ciuili cõ
tra eũ promulgat ſententiã, q: tunc ſuſpicat vel ſuſpicari debet ſe
poſſe repelli. Ad hoc, qd no. Inn. de conceſ. pre. cum noſtris. vt lite
9 non conteſt. §. quoniam. §. quod ſi ſuper. † Ex his deciduntur ali
qua dubia. Primũ eſt. lata eſt ſententia contra aliquem, ex cuius
delicto bona veniunt publicanda, an bona, que ſunt alibi, publi
centur. Gul. de Cu. in. l. ij. ff. de cap. di. tenet quod ſic: ⁊ confiſcabun
tur in fiſcum, vbi ſunt bona: ⁊ illa ſunt bona, que poſſunt a perſo
na abdicari: ⁊ ſic occupabuntur quaſi vacãtia per fiſcum, vbi ſunt
bona. Allegat. l. ij. C. de bo. vacan. de iure fiſ. ⁊ ff. de inoffi. teſta. l.
poſthum⁹. §. ſi quis ex his. ⁊ l. ſi nõ mortis. §. fi. ⁊ latiſſime ibi hoc
diſputat. Eandem queſtionẽ facit Io. de here. cum ſecundum. lib.
vi. in crimine hereſis, poſt Io. Cald. licet contrarium diſputauerit
Rich. Malumb. vt ibi recitat Cy. latiſſime proſequitur Jo. And.
in addi. Spec. in tit. de accu. §. ſequitur. in ſummula bannitorum.
in addi. que incipit, Felicis Nicolai, ⁊c. Recitat diſputationem in
mat. [illegible] Nicol. de[illegible]: quem colligendo vna cum Bart. in. l. cun
ctos populos. C. de ſum. tri. ⁊ fi. ca. in vlt. q. ſic cõcludo, Si vtriuſq;
loci burſa vna eſt, ⁊ iuriſdictio vniuerſalis. Exemplũ in locis ſub
iectis Romane eccleſie, ſi publicatio tenet, fit de iure communi, vt
in hereſi, vbilibet confiſcantur: ſed incorporabuntur in fiſcum per
iudicem loci, vbi ſunt bona: abdicabuntur tamen a perſona per iu
dicem delicti pronuntiantẽ, vel domicilij, vt hic. Ad hoc. l. ſi quan
do. ff. de bo. va. etiam ſi ſimpliciter ex ſententia publicet bona: q: ſen
tentia intelligeretur ſecundum ius de omnibus bonis etiam alibi
ſitis. Si confiſcatio fit per cõteſtationem, ſeu legem ſpecialẽ, ⁊ vi
get lex in vtroque loco: ⁊ dicit qd idem. Hoc verum puto, ſed non
vigore ſtatuti, vbi ſunt bona, ⁊ vbi non deliquit: quia non poteſt
diſtringere factum extra territorium: vt in. c. vt animarũ. §. ſtatu
to. ſed vigore ſtatuti loci delicti, vbi hoc aperte diſponat quod ſa
tiſfacere cenſetur, quando dicit, Omnia bona vbicũque ſita publi
centur. Poteſt enim abdicare a perſona, ⁊ illa facere vacantia, vt
hic eſt caſus. Sed ſi ſimpliciter dicit, Bona cõfiſcẽtur, vel omnia
bona: ſtatutum in dubio reſtringerem ad bona loci delicti, arg. eo
rum, que dixi in. c. vt animarum. §. ſtatuto. ad hoc quod no. Fred.
ſuo conſi. xvj. vbi dicit ſtatuentes in dubio reſtringere ſententias,
⁊ eorũ effectum, ad limites proprij territorij: ⁊ eſt expreſſum in di
cta. l. cum vnus. §. fi. ff. de bo. aut. iu. poſ. Et hoc caſu bona non pu
blicarentur ex diſpoſitione ſtatuti loci bonorum, licet hoc diſpone
ret: quia non poſſet punire factum alibi: vt in. §. ſtatuto. Si cõfiſca
tio fit per conſtitutionem ſpecialem loci delicti, vbi ſententiatũ eſt,
an bona alibi ſita publicentur: dicit Bart. quod conſtitutio ſe non
extendit ad bona alibi ſita extra territorium. Allegat. l. neque. C.
qui tu. da. poſ. de tu. ⁊ cu. da. ab his. l. prima. in fin. ⁊ l. pupillo. hoc
puto, quando lex loquitur ſimpliciter. Sed ſi dicit, Omnia bona
vbicunque ſita publicentur: credo quod hoc poſſit ſtatutum: q: ſi
cut poteſt ſententiando abdicare ius a bonis alibi ſitis, vt hic: ita
poteſt ſtatuendo, ex quo ſpecifice hoc diſponit, argu. huius decre.
⁊ hic, quo ad hoc vt bona vacent: ſed quo ad actum incorporatio
nis, illa fieri debet per iudicem loci bonorum, vt hic eſt caſus. Per
que patet quod non obſtant leges de tutoribus loquentes: q: da
re tutorem reſpectu bonorum, eſt dare ius quo ad actum facti, bo
na tractandi, ⁊ adminiſtrandi: non poteſt hoc ergo iudex perſone,
ſicut nec poſſet quo ad actum exequendi. ⁊ hoc eſt tenendum. Si
autem burſe fiſcales ſunt diuerſe, vt quia confiſcatio fit in terris
Imperij, ⁊ bona ſunt in terris eccleſie, vel cõtra, vel ciuitates ſunt
in terris eccleſie, vel e conuerſo, vel ciuitates ſunt ſub particulari
bus, ⁊ diuerſis dominis, forte nõ recognoſcentes de facto, vel de
iure ſuperiorem vnum: dicit quod ſi confiſcatio fit per legem ſpe
cialem, non confiſcabuntur niſi bona ſpecialia loci delicti. Non pla
cet hoc: quia diuerſitas burſarum non facit quin ſtatuens poſſit
abdicare bona alibi ſita e perſona eius, quem ſubiectum habet.
Sed confiſcatio fit de iure communi, vbilibet fiet, ⁊ bona apprehẽ
det fiſcus loci, vbi ſunt, per predicta, ⁊. l. ij. allega. poſt Guliel. de
Cu. Ad hoc. l. tutores §. heres. ff. de adminiſtratione tutorũ. l. ſi
quero, ⁊. l. fi. C. de bo. va. per que apparet quod differentia an iuriſ
dictio detur de iure communi, an ſpeciali, non eſt bona, quicquid
dicat Nicol. de [illegible] ⁊ recitat Joan. Andre. in addi. Specul. pre
10 dicta. ⁊ hec ſufficiant. ¶ † An confiſcatis bonis confiſcantur bo
na feudalia, vel emphyteutica eccleſie, vel laici: vide Barto. in. l. ſi
finita. §. ſi vectigalibus. ff. de dam. infec. ⁊ in Specu. de feu. §. quo
niam. in. ⁊ ſuper verſi xxxix. in addi. vbi. Joan. Andre. dicit quoſ
dam poſſe ex imperio abſq; ſtatutis, vel legibus bona publicare.
Quid de iure patronatus, vide glo. xvj. q. vij. filiis. ⁊ quod no. glo.
in cle. de re in. paſtoralis. vide glo. Oldr. in emphyteuticis ſuo cõ
11 ſilio. xvij. ¶ † Per predicta deciditur queſtio, quam diffuſe hic
proſequitur Innocen. ⁊ Hoſtien. Nunquid pro delicto ab extra
neo commiſſo contra ſubiectum, vel dominum ciuitatis, vel loci,
habeat poteſtatem dominus ciuitatis, illum, vel eius bona diſtrin
gendi. Dicit, colligendo mentem Innocen. ſi vult procedere con
tra delinquentem principiando a perſona: ⁊ dicit quod cõtra de
linquentem contra dominum, vel ſubiectum non habẽtem ibi do
micilium, dominus non poteſt in eum facere iuſtitiam, etiam in
poſſeſſionibus, quas habet in ſuo diſtrictu. allega. ij. c. cum ſit. ſed
debet adire dominum, vbi habet domicilium: ⁊ ſi dominus non fa
cit inde iuſtitiam, proſequatur iuſtitiam ſuam, ſecundum cano
nes, qui habentur. xxiij. q. ij. dominus. Ad quod idem quod ple
nius no. j. de appell. dilectus. in glo. no. appellationem. ⁊ de iniur. ⁊
ſi pignorationes. libro ſexto. Et ſuper regula, non debet. eod. libr.
per que dicit Innoc. plus, quod principiando a perſona ad com
parendum coram ſe in iudicio non poſſet cogere: imo nec hoc in
duci poſſet conſuetudine, vel ſtatuto, que non valerent, niſi ſuper
rebus ſue iuriſdictionis: quale non eſt hoc, quod ille, qui non ha
bet ſub eo domicilium, coram eo reſpondeat. Inquantum Inno
cen. dicit quod non poteſt contra delinquentem contra ſe, vel ſub
iectum procedere, ⁊ eum condemnare, vel ſtatuere cõtra eum, quo
ad bona diſtringenda: hoc non placet Hoſtien. qui dicit hoc eſſe
contra hanc decre. ⁊ ſimilia iura: ſed dicit hoc poſſe intelligi in do
minis habentibus loca ſine iuriſdictione, ſicut ſunt plures, nedu;
milites, ſed etiam plebei, a quibus tenentur certi agri, domus, vel
arce, in quibus tamen iuriſdictionem non habent: ⁊ de his etiam
fatetur quod de conſuetudine poſſent iuriſdictionem habere, ita
quod ius dicant alijs, ⁊ non contra alios, ⁊ ſe: argumen. ij. c. propo.
Nam quod priuatus ſibi iuriſdictionem dicat hoc non poſſet con
ſuetudo: quia irrationabilis eſſet. C. ne quis in ſua cauſa. l. j. de ver
bo. ſignifica. forus. ⁊ irrationabilis conſuetudo non valet. de re iu.
cum cauſam. de conſuetu. c. fi. ¶ Nota bene dictum hoc, quod do
minus eo quod dominus ville, vel agri, ſeu domus, non vendicat
ſibi iuriſdictionem. Poſſet etiam procedere dictum Innocen. vt
puto, quando haberet iuriſdictionem in loco dominus, ⁊ delin
quens non reperitur in loco, vel territorio eius, contra quem delin
quatur: quia principiando a perſona, non poſſet res diſtringere,
nec bona. Ubi autem reperiretur in loco, poſſet ius dicere ſubie
cto: ſibi autem non, niſi eſſet delictum notorium, vel niſi extraiudi
cialiter loquendo ſe defendendo. de ſenten. excommu. dilecto. Poſ
ſet etiam intelligi, quando delictum fuit factum cõtra dominum,
vel contra ſubiectũ extra limites territorij ſui: vnde tunc eſſet opus
recurſum habere ad repreſalias, vel ad indictiones belli, quod in
ducere poſſet demum in ſubſidium omnium iudicum. Ultimate
ſibi non deficeret papa: vt no. Joan. Andre. in regula, non debet.
de re. iur. lib. vi. ⁊ no. de iniur. c. j. eo. lib. ⁊ no. de appel. dilectus. ta
les tamen indictiones repreſaliarum, aut belli, non debent conce
di priuatis locis leſis, ſed dari debent contra magiſtratus negligẽ
tes Contra authenticas ſingulares perſonas non culpabiles, nõ
debẽt, nec de iure poſſunt, ⁊ bona conſcientia cõcedi: vt no. Jo. an.
in locis preall. ¶ Nota tamen in hoc mẽbro duo incidẽter dicta,
quod conſuetudine non poſſunt induci, vt quis in propria cauſa
ſit iudex. Secundo, quod dominus eo quod dominus ville, agri,
vel domus, non vendicat ſibi iuriſdictionem. Quandoque, dicit
Innocen. vult procedere principiando a rebus, principaliter res
diſtringendo, vt quia poſſeſſiones debent aliqua munera realia,
ſiue ordinaria, ſiue alia: ⁊ poſſent eum per occupationem poſſeſ
ſionum, quas habet, iuriſdictione ſua diſtringere. C. de ſacroſanc.
eccle. l. iubemus nullam. ⁊ l. placet. Quandoque, dicit Innocent.
vult principaliter diſtringere bona, non in procedendo, principiã
do a perſona, ſed ſtatuendo, ⁊ cauſam trahendo ſtatuti, ⁊ deſcri
ptionis a culpa, vel offenſa perſone: ⁊ fatetur quod ſtatutum poſ
ſet forte quod quicunque commiſerit talem offenſam, bona eius
confiſcarentur, vel offenſo applicarentur: q: in rebus valet ſtatutũ,
vel conſuetudo: quia ſunt de eius iuriſdictione: argumento. C. de
ſacroſanctis eccle. l. iubemus nullam. nec debet tamen conſuetudo
rumpi per extraneos. viij. di. qui contra. Jo. Andr. dicit videndũ

quod not.de iureiuran.capitulo ſicut.in gloſſ nota.ver.ſi vero non ſiat. Tamē fatetur quod ſi vellet capere bona, in procedēdo oporteret iudicem ſuum adire, et facere eum per ſuum iudicem condemnari: et cum agatur tunc in rem, agere debet coram iudice rei.C. vbi de poſſ.agi oportet.l.prima C.de iudi.l.quod legatur.§.ſinantē. Idem ſi creditor agat hypothecaria, quia in rem eſt: ſecus ſi pignoratitia, quia perſonalis eſt: vt no.de pigno.cum contrarium. Secundum Innocen.non placet hoc Hoſtien. quia per hoc aperitur via principibus ciuitatis, et laicis contra eccleſiam, et eccleſiaſticas perſonas. Quid enim ſi facerent ſtatuta, vel haberet conſuetudo, quod committentes adulterium, vel aliud quodlibet crimen, poſſeſſiones delinquentis poſſint confiſcari: ſecundum hoc a laicis poſſent confiſcari bona clerici latas poſſeſſiones habentis committentis crimen a ſtatuto damnatum. quod non placet ſibi: cum ſit certum quod laici perſonam clerici delinquentis punire non poſſunt.ſ.titulo.j.at ſi clerici. multominus res, que nec puniende ſunt pro delicto ab aliis iudicibus, qui perſonam minime punire poſſunt, cum delinquunt.in authen.de man.princ.§.oportet.colla.vj. Item nec ſtatuta, vel conſuetudines laicorum ligant perſonas eccleſiaſticas, vel res eorum: vt not.de conſtitu.que in eccleſiarum.et capitulo eccleſia.de re.eccle.non alie.cap.ſi. Et dicit Hoſtien. quod ſi innocen. hoc ponderaſſet, hoc non notaſſet. Et dicit Ioan.Andr. quod hec faciunt ad queſtionem, quam diſputaui ſuper regula, ſine culpa.de reg.iur.libro ſexto. Dictum Innocen.procedit, quando ſtatuit contra perſonas delinquentes cō tra ſe, vel ſubiectos in limitibus territorij proprij: quo caſu ex delicto poſſunt ſubijci ſtatuenti. Et ſic loquitur, quia loquitur quando res ſibi ſunt ſubiecte: quia ſic delinquendo ſubijciuntur ſtatuto, ſed non iuriſdictioni, niſi contractus ibi inueniantur. Per que patet quod non loquitur de clericis, qui etiam ex delicto non ſubijciuntur iudici ſeculari, nec bona ſunt ſubiecta iudici ſeculari, vt dicto.c.eccleſia. Inquantum autem contra dominum, vel ſubiectum delinquerent extra limites territorij domini ſtatuentis, ex ſtatuto non poſſet ligari: vt in capitulo, vt animarum.§.ſtatuto.de conſtit. libro ſexto. Nec obſtat quod ſubijciatur eo quod delinquit contra ſubiectum. ſicut patet in delinquente contra clericum.ſ.eod.cum ſit. quia ibi non ſubijcitur ratione perſone, contra quam, vel in quam deliquit, quia non numeratur hoc inter modos forum ſortiri: ſed ſubijcitur tantum propter naturam criminis ſacrilegij, quod eccleſiaſticum eſt: quod non eſt hic. ¶ Ex his patet quod de ſtatutis punientibus extraneum, vel ciuem delinquentem contra ciuem ſuum, de quibus plene dixi in capitulo, vt animarum.§. ſtatutum.de conſtitut.libro ſexto. Et plenè per Bartol.in.l.cunctos populos.C.de ſum.tri.et ſi.cat. Ex his tollitur dubitatio an iudex domicilij debitoris poſſit abſoluere a iuramento preſtito de ſoluendis vſuris alicui extraneo exiſtenti extra territorium, ſi ambo eſſent eiuſdem domicilij: per predicta eſſet planum quod ſic: ſed vbi ſunt diuerſorum domiciliorum, dubium eſt. Lapus ſua.x. allegat.dicit quod abſoluere poteſt, quia non petitur hic dari aliquid, vel fieri a parte: vnde non eſt neceſſaria litis conteſtatio cum parte, ſed ſolum imploratur iudicis officium ad exonerandum conſcientiam iurantis. Unde totum exercitium iuriſdictionis dirigitur ad perſonam iurantis. Uel hoc maxime, quia iuramentum non obligat parti, ſed ſolum Deo de iureiurand.debitores. Deus autem vbilibet eſt, et vbilibet forum ſortitur. Hoc ergo vinculum tollere poteſt, et ſtimulum a conſcientia debitoris, qui habet ſuppoſitum debitorem relaxare: et quanquam tollatur ius partis, pars non poteſt aliquod ius pretendere, quod non ſit turpe: ideo ab eo non abdicatur validum ius in ſua perſona conſiſtens: quod puto tenendum quod poſſit principaliter iudex abſoluere talem ſic iurantem: et quod prius non ſit opus Ut a parte petatur abſolutio: quod quidam tenent, et male. Dicam.j.in dicto cap. debitores.et tenendo maxime quod in abſolutione pars non citetur.

12 tur.de quo etiam dicam.j. ¶ † Dicitur hic vltimo quod poteſt iudex territorij exequi bonis ſententiam latam a iudice delicti: dubium autem eſt, an propria authoritate hoc facere poſſit. Guil.in Specu.de ſenten.excommu.§.nunc videndum.verſi.ſed pone.vbi petatur executio mutato domicilio in loco domicilij noui: per multa verba hoc in effectu concludit quod ſi agatur actione in factum, vel iudicati, quod tales actiones ſequuntur perſonam, poteſt agi coram iudice domicilij abſque alia relatione, vel etiam commiſſione: quia tales habent a iure iuriſdictionem. Et hoc videtur ſentire glo.hic. Si imploratur iudicis officium, dicit quod hec imploratio habet ſolum locum coram iudice, qui ſententiam tulit, niſi eſſet ſpecialis executor illius, qui ſententiam tulit: vnde in tali caſu exigitur aut commiſſio, aut relatio. Et hec fuit ſententia Innocen.de dila.preterea.in gloſſ.magna.verſi.ſi autem vocatus.vbi alius iudex ſententiam non exequitur, quam qui tulit, niſi agatur actione in factum: et oportet quod tunc agatur ordine iudiciario, vt ibi dicit. Ad hoc allegat.ff.de re indica.l.miles.§.vltimo bus cre.l.actori. Hec procederent iudice domicilij. Sed dice rei ſite alias ſuo non poteſt agi perſonali. Oportet ergo imploretur officium iudicis: et ſecundum hoc exigeretur vel commiſſio in caſu decreta. Et hoc tenet hic Hoſtien.qui executionem dicit fieri ad requiſitionem pronuntiantis. Al eodem. Romana.verſic.ſed tunt.libro ſexto. Hanc ſententiam ſequitur Barto.in.l.a diuo Pio.§.ſententiam Rome dictam.ff.de re iudicata.vbi dicit officium iudicis pro executione ſententie non poſſe implorari coram alio iudice, quam qui tulit ſententiam. Ad hoc quod dicitur in.l.prima.C.de conſeſ.per Cyn.et dicam de confeſ.capitulo fin.et dicit ibi Barto.quod ſi non vult exequi iudex territorij, quod poterit adiri ſuperior. Allegat in authen.vt differ.iudi.§.1.et de iure patr.nullus. Et dicit quod ſic poteſt compelli.in.l. pe.ff.de iuriſdictio.omnium iudicum. Et non obſtat quod non ſit maior: quia lex reputat enim maiorem quantum ad hanc cauſam exercendam, ne pereat effectus ſententiarum. Ad hoc quod plene no. Cyn in.l.properandum.§.ſinautem reus.C.de iudi.et in authen.qua in prouincia.C.vbi de cri.agi oportet.et in.c. Romana. §.contrahentes.et cle.paſtoralis.de re iudi. Quinimo dicit hoc verum, etiam quando ſunt iudices eiuſdem territorij, ſed diuerſi tribunalis: de quo plene vt ibi. Formam autem commiſſionis executionis vide in Spec.de ſent.exe.§.ſequitur.ver.ſed quid ſi is qui. Per hoc patet an epiſcopus exequatur ſententiam latā per iudicem laicum in cauſa reconuentionis contra clericum. Et dicit hic Hoſtien. quod poteſt, per hanc decre. Sentit tamen Frede.ſuo cō ſil.lxxxvij. quod vbicunque litigat clericus coram iudice ſeculari, poſſet iudex ſecularis quo ad bona exequi ſuam ſententiam. Al quod no.ſ.eo.verum. Sed de hoc plene dicam de in titulo.pe.c.4. Hec pro modo ſufficiant. Uide Butr.in.l.pe.ff.de iur.omni iudi. qui tenet quod prorogatio iuriſdictionis ſe non extendit ad actū exequendi.et Allegat glo.et text.in.l.epiſcopalem.C.de epiſco.au.et in.l.ij.ff.ſi quis in ius vo.non ie.quod poſſet dici, quando res eſt in alio territorio: quia non poſſunt alteri iudici preiudicare partes. Secus ſi in territorio ſententiantis, licet non ſub eius iuriſdictione: quo caſu in prorogatione iuris extenderetur, non bonis: cum prorogatio ſe dirigat ad cognitionem, niſi fiat etiam quo ad executionem: de quo de offic.le.ca. P.et G.j.eod. ſignificaſti.

13 ¶ † Nunquid autem iudex ſententians poſſit compellere quem ad exequendum alterius territorij. Cyn.tenet quod ſic.C.de iudi. in.l.properandum.§.ſinautem reus.in.vj.q.ſed compellit adeundo ſuperiorem, vt dixi.

1 ¶ Iudex eccleſiaſticus poteſt contra laicum procedere etiam per viam interdicti vnde vi, miſerabili tamen perſona inſtigante.

2 Domicilium quis ſortiri cenſetur in loco, vbi habet larem, vel communem habitationem, ſeu maiorem bonorum partem.

Forum quis ſortitur duplicter ratione domicilij, et bonorum, vt ibi poſſit conueniri.

3 Falſitas narrata in reſcripto circa merita negotij principalis diſcutiendi in iudicio, an vitiet reſcriptum.nu.30.

4 Poſſeſſorij reſtituende remedium habet priuilegium vt non admittat agendo, vel excipiendo. Et datur ad vocandum nudam detentionem.nu.7.

5 Mulier viri morte perdit dignitatem, quam habet ex viri coniunctione.

6 Dictio, quondam, quid ſignificet.

8 Libellum in poſſeſſorio recuperande non vitiat narratio proprietatis.

9 Libelli vires non ampliat ſuperflua narratio.

10 Libellus alternatiuus quando valeat.

11 Reſcriptum delegationis vltra duas dietas loco rei non valet.

12 Citari quod quis non poſſit coram delegato vltra duas dietas a loco rei ſite, in quo termino capiatur locus, etiam ſi agatur perſonali actione in rem ſcripta.nu.23.

13 In feudali cauſa agitanda poteſt adiri iudex eccleſiaſticus, et non dominus, quando agitur poſſeſſorio, ac per miſerabilem, et oppreſſam perſonam.nu.25.et.28.

14 Eccleſia tenetur regulariter ad miſerabilium perſonarum defenſionem.

15 Reſcriptum in poſſeſſorio non vitiat falſa narratio proprietatis, nec taciturnitas peremptorie exceptionis vitiat reſcriptum ad lites.

16 Donatio propter nuptias conſtitui poteſt ante matrimonium, vel conſtante matrimonio.

17 Iudex eccleſiaſticus eſt competens quo ad viduas oppreſſas, ſiue agatur interdicto vnde vi, ſiue condictione decre.ſcpe.

18 Poſſeſſorio agenti nō obſtat exceptio proprietatis defectus tal ſi agatur

ſi agatur lato poſſeſſorio.
19 Delegationis reſcripto vltra duas dietas a loco rei quomodo poſſit contra illud opponi, et excipi, eo quod ſit vltra duas dietas conceſſum.
20 Leuca quid eſt.
21 Dotalitij appellatione quid comprehendatur.
22 Furto, ſeu pro ſpoliatione complicum quomodo quis etiam mandans, vel non mandans teneatur.
24 Forum quomodo quis ſortiatur ratione rei mobilis.
26 Clerici ſolebant olim iudicari a laicis tempore primitiue eccleſie.
27 Feudi dominus non eſt iudex pro queſtione feudali inter vaſallos.
28 Iudici non aufertur cauſe cognitio, niſi per negligentiam.
29 Reſcriptum, per quod aufertur iudici ordinario cauſe cognitio, licet non faciat mentionem de negligentia, non dicitur ex eo ſurreptitium.
30 Reſcriptum quomodo non vitiatur propter falſam narrationem.

1 Ex parte B. ¶ † Miſerabilis perſona poteſt laicum coram iudice eccle-
ſiaſtico interdicto vnde vi conuenire. h. o. In prima par
te conqueſtio. In ſecunda iudicum inſtructio. Secun-
da ibi, mandamus. Prima ſubdiuiditur. Primo ponit eſſe com
miſſionem, et rei vocationem. Secunda ibi: Dictus rei exceptio-
nem, et actoris replicationem ad illam. Tertia ibi: idem quoque.
aliam rei exceptionem, et replicationem ad illam. Premitto quod olim
valebat reſcriptum datis iudices diſtitis vltra duas dietas a loco
et domicilio rei: hodie vero ſecus, de reſcriptis. nonnulli. et eo. tit. ſtatutum.
§. cum autem. lib. vj. Secundo quod olim diete computabantur a
loco rei ſite in reali, et contractus in perſonali: vt. ſ. de reſcriptis. di
lectus filius. j. de app. olim. et hic. Sed communiter hoc dicitur ho-
die correctum: vt de reſcrip. ſtatutum. §. cum autem. lib. vj. vbi glo.
2 que incipit, olim dicebamus. ¶ † Nota quod quis dicitur ſortiri
domicilium, vbi habet larem, vel communem habitationem, vel
habet maiorem partem bonorum. l. ij. C. vbi ſena. vel cla. quod la-
3 tinus de eclarabitur. j. c. fi. et aliquid dixi. ſ. eo. c. quod clericis. ¶ † No
ta quod falſitas narrata circa merita negotij principalis diſcutien
di in iudicio non vitiat reſcriptum, cum per hoc non excludatur in-
tentio delegantis ad dictum iudicem, qui non habet preciſum man
datum ad concluſionem reſcripti, ſed conditionatum ad veritatem iu-
ſtitie, ſi preces veritate nitantur. de reſcrip. c. ij. et non excluditur in
tentio, ſaltem vt habens iuſtitiam reus, vel actor pro ſe, ſecundum
4 veritatem, et non ſecundum narrata, victoriam reportet. ¶ † Se-
xto, quod poſſeſſorium reſtituende habet priuilegium, vt non ad-
mittat agendo, vel excipiendo queſtionem proprietatis. de ord. cog.
c. fi. de reſti. ſpo. ex literis. et c. ex conqueſtione. ¶ Nota quod miſerabi
lis perſona, et oppreſſa, ratione oppreſſionis ſubijcit quemcunque
5 opprimentem immediate iudici eccleſiaſtico. ¶ † Nota, mulierem
morte viri perdere dignitatem, quam non habet ex ſe, ſed coruſcatio-
ne viri: vnde non dicitur regina olim vxor regis. perimitur et illa
morte mulieris, nec vacare dicitur. ff. de leg. ij. l. Auguſte. ad primum
de pig. cum contra. Vide gl. que dicit quod denominatur a primo vi-
ro, donec alteri nupſerit. in cle. ne Romani. in verbo, vacare. de ele
6 ctio. dicam cum vltima gl. ¶ † Nota ſecundo de dictione, quondam,
que eſt apta notare priuationem qualitatis de preſenti, cui adiun
gitur, licet eam preſupponat aliquando fuiſſe. Bart. in. l. i. §. hoc au
tem edictum. de oper. no. nun. dicit ſe ſuſtinuiſſe inſtrumentum, in
quo dicebatur, Titius olim Martini: licet Martinus viueret: quia,
olim, tempus preſens complectitur, licet etiam preteritum ponat.
ff. de contrahen. emp. l. nec emptio. Ad hoc text. hic, iuncta glo. fi.
que dicit hic colligi, vxorem nominari a dignitate viri eo mortuo.
Hoc nota propter libellos. Sed ſi dicatur in inſtrumento. Talis,
filius talis: patre mortuo, et non vitiatur inſtrumentum: vt not. de
pign. cum contra. et in Specu. de inſtru. edi. §. ceſtat. ad fi. Ad hoc
7 de teſta. Raynutius. ¶ † Nota hic tertio argumen. poſſeſſorium
recuperande dari ad vocandum nudam detentionem. patet ibi:
detentorem. Sed dic de hoc de reſti. ſpol. ſepe. Sed cum preſup-
ponat ſe ſpoliatam. dabitur contra poſſeſſorem, et verbum, deten
torem, large intelligitur pro poſſeſſore iniuſto: et ſic verba in libel-
8 lo latiſſime intelliguntur. j. de cauſa poſſ. cum eccleſia. ¶ † Nota
quarto quod narratio proprietatis, vel iure proprietatis, in libello
non vitiat libellum in poſſeſſorio recuperande, imo proficit in re-
tinende. de proba. licet cauſam. no. ff. vti. poſſi. l. ſi duo. C. vti poſſi. l. i.
9 ¶ † Nota quinto quod ſuperflua narratio in libello non amplificat
vires libelli vltra vim concluſionis libelli. Et ſic ad ponderandum
vim libelli attenditur libellus plus penes medium concludendi,
quam penes medium narrandi. Ad hoc de dila. litere. Sic nec
vitiat reſcriptum, dum tamen vera ſint media a quibus concluſio reſcripti infertur, aut ſumitur. Item narrata qualitas, a qua
iuriſdictio excluditur, non tollit vim iuriſdictionis, que concludi
tur ex vi concluſionis: et ſic ad ponderandum vim concluſionis iu
riſdictionis non attenduntur qualitates narrandi, ſed penes
concludendi modum. Nam, vt dicit Innocent. non habuit ne-
ceſſe addere hoc ratione dotalicij, etc. cum etiam predo ſpoliatus
ſit reſtituendus. j. de reſtitutio. ſpoliatorum. in literis. ſecundum
Innocen. Unde dicit Fred. ſuo conſilio. xxiij quod verba narra-
tionis libelli, reſcripti declarantur examinantur, et reſtringantur
10 ſecundum vim concluſionis. ¶ † Nota ſexto. libellum alternati-
uum procedere, quando in qualibet parte alternati concluditur
libellantis intentio. Ad hoc de reſcriptis. ex parte. de probatio.
tertio loco. de electio. dudum. el grande. ibi: furtum, vel rapinam.
qui filij ſint legitimi. per tuas. Quod eſt verum, dummodo eadem
concludatur intentio, licet diuerſa ſpecies agendi: nam ſpolia-
tio complicum concludit condictionem ex decr. ſepe ſpoliatio pro-
prie interdictum vnde vi. de reſtitu. ſpolia. cum ad ſedem. Ita eſt
in probatione: quia licet ſit incerta, et alternatiua concludens idem,
licet in diuerſa ſpecie, quia vno modo vere, altero preſumptiue
procedit: vt. o. c. per tuas. et hoc ſufficit circa cauſe cognitionem,
vltimas commiſſionem. ¶ Venio ad exceptiones ibi: dictus nobi-
11 lis. ¶ † Nota primo quod iure iſto non valebant litere delegationis
12 vltra duas dietas a loco rei. ¶ † Nota quod iure iſto computabatur
a loco rei ſite, vel loco vbi conſueuerat commorari, non a loco do-
micilij rei. Hodie di: vt dixi de reſcriptis. dilectus filius. et no. de
reſcrip. ſtatutum. §. cum autem. in gloſſ. olim dicebamus. Et hoc
13 quo ad primam exceptionem. ¶ † Circa ſecundum not. quod in cau
ſa feudali regulariter a loco non impetratur iudex eccleſiaſticus,
decidenda eſt coram domino feudi, niſi in caſu negligentie domi
ni. Fallit quando agitur poſſeſſorio: et ſic non tangitur natura feu
14 di, et agitur per miſerabilem perſonam, et oppreſſam. ¶ † Nota re-
gulariter eccleſiam teneri ad defenſionem miſerabilium perſona-
15 rum. ¶ † Circa tertiam exceptionem, Nota primo quod falſa narra-
tio proprietatis in reſcripto in poſſeſſorio concludente non viti-
at reſcriptum. Item quod taciturnitas peremptorie exceptionis
non vitiat reſcriptum ad lites, nec opponi poteſt ad proceſſum.
Ad hoc. c. j. de litis conteſta. lib. vj. et ſic ſurreptio circa merita ne
16 gocij principalis non vitiat reſcriptum. ¶ † Nota quod donatio
propter nuptias conſtitui poteſt ante matrimonium, vel conſtan
17 te matrimonio. ¶ † Nota viduam oppreſſam agere poſſe coram
eccleſiaſtico, ſiue agat contra opprimentem, ſiue contra detento-
rem rei oppreſſe: et ſic ſiue agat interdicto vnde vi, ſiue condictio-
18 ne ex decre. ſepe. ¶ † Nota quod agenti poſſeſſorio non obſtat ex
ceptio proprietatis defectus etiam quando agit lato poſſeſſorio
ſcilicet condictione ex decre. ſepe. ¶ Venio ad declarationem de
cre. tota vis eius conſiſtit in declarandis exceptionibus tribus, et
19 replicationibus ad eas. ¶ † Oppo. primo quod male opponatur, non valere literas impetratas vltra duas dietas: vnde oppo-
nere non debebat quod non valebant, ſed quod per eas trahi non pote
rat. j. de excep. olim. et de reſcrip. nonnulli. Dic quod incongrue
opponebat: quia valebant, licet trahi non poſſet. Hodie congrue
ſic opponetur: vt in. c. ſtatutum. §. nullo. alias in nullo. lib. ſexto.
Secundo circa eandem exceptionem videtur quod debuerit vt le
gitima admitti: quia diete computantur a loco domicilij. de reſcrip.
nonnulli. de reſcriptis. ſtatutum. §. cum autem. libro ſexto. et quod ibi
not. in verbo, dicebamus. Solutio. Hec exceptio tollitur duplici
capite per reginam. Primo, quia olim diete computabantur a
loco rei ſite, vbi agebatur reali, vel mixta, vt eſt hoc interdictum. ſ.
de reſcriptis. dilectus filius. j. Sed huic obſtat litera, que exigere
videtur duo, quod locus caſtri, de quo contendunt, ſit in Ande-
gauen. et non diſtet Andegauen. vltra duas dietas a loco iudicum.
Secundo quod in diocen. Andegauen. habuerit caſtra, in quibus
interdum conſueuerat commorari. Sed doc. hic ad hoc ſupplent
maxime: quia ſufficit primum. Nam hec allegatio ij. de eſt neceſſaria
vel probatio: ſed opportuna fuit, quia allegatum: niſi diceres quod
ſicut in forum ſortiri ratione contractus exigitur aliqualis cohabi-
tatio, ita etiam in forum ſortiri ratione rei ſite exigitur aliqualis
cohabitatio in dioceſi, ſaltem quo ad computationem dietarum. et hoc
probat hec decre. Ad primum. l. heres abſens. §. j. ff. de iudi. ſed non
bene apparet hoc de iure cautum alibi. Secundo defendit ſe vidua,
quia aliqua caſtra habuit in diocen. Andegauen. in quibus conſue
uit aliquando commorari: inde fieri poteſt computatio dietarum.
Et dicit hic glo. quam recito ſic, que eſt in verbo, Andegauen. quod ex
hoc quod interdum conſueuerat commorari, dicitur ibi ſortiri do-
micilium, et in loco vbi habet larem: et ſic in diuerſis locis quis poteſt
ſortiri domicilium. l. aſſumptio. §. ant. ff. ad mu. cum ij. Nec obſt. quod
ſola poſſeſſio non faciat ſortiri domicilium. ff. ad mun. l. ult. eiuſ. §.
ſola. quia illud eſt verum, niſi eam inhabitauerit. Ideo dicit litera,
in qua interdum conſueuerat habitari. Idem dicit Inno. hic, qui

cōcludit in tribus locis quem ſortiri domicilium. Primo, vbi ha-
bet maiorem partem bonorum. Secundo, vbi habet larem, id eſt,
familiam. Tertio, vbi nihil habet, tamen aſſidue conuerſatur. Idē
ſi aliquid ibi habeat, ⁊ fortius, vt hic. Allegat ad hoc.l.ij.C. vbi ſe
na. vel clari. Cyn. in dicta.l.ij. reprehendit dictum Innocen. dicens
quod litera illius.l.ij. ſtat litera copulatiue, ⁊ non alternatiue: vt di
catur, vbi habet larem, vbi habet maiorem partem bonorū, ⁊ aſſi
due conuerſatur: quaſi ex ſolo aſſiduo conuerſari, nec ex ſolo habi
tu maioris partis bonorum, non dicatur ſortiri domicilium, niſi
ſecum concurrat communis conuerſatio. Bartol. ibi, ⁊ in.d.l.ij.C.
vbi de cri. agi oportet, tenet quod ex aſſiduo conuerſari, licet pro-
prie non ſortiatur domicilium, tamen ſortitur quaſi domicilium,
in quo poteſt de alibi geſtis conueniri, quod declarani.ſ.c. quod
clericis. Hoſti. hic dicit quod ſolus habitus bonorum cum ſola
conuerſatione non ſufficit: quia ex hoc non ſortitur domicilium.
Ideo caute hec litera exigit copulatiue, quod locus rei ſite eſſet in
Andegauenſi dioceſi. Per quod dicunt Pet. ⁊ Abba. non be-
ne dicere, qui dicebant quod ſi impetretur litera contra Titium, ⁊
quoſdam alios dioceſis Bononienſis, quod is de ciuitate, qui ca-
ſamentum habet in dioceſi vbi interdum moretur, vt in meſſibus,
vel vindemijs, quod ibi poterit conueniri. Sed dicit quod hic nō
colligitur, habendo literam copulatiue, ⁊ in eadem, ⁊c. Opi. Cyn.
nutrit iſte tex. qui copulatiue exigit: ſed ſi tenes opi. Barto. potes
dicere quod licet ſortiatur quaſi domicilium, hoc non ſufficit quo
ad computationem dietarum, que fit aut a loco domicilij, aut a lo
co rei ſite: licet iuuet, quādo locus promiſcue habitationis eſt pro
pinquus loco rei ſite, vel in eadem dioceſi. ⁊ ſic incipiendo a loco
promiſcue habitationis non ſufficit, niſi ſecum cōcurrat locus rei
ſite: licet ſecus foret econuerſo, quia ſufficeret locum rei ſite nō di-
ſtare vltra duas dietas: licet plus diſtet a loco promiſcue habita-
tionis. Vel dic quod promiſcua ſola habitatio ſufficit: hic erat
momentanea. vt patet ibi: interdum conſueuerat commorari. Ho
die computantur diete a loco domicilij: vt dicta gloſ. olim diceba-
mus. de quo dicam.j. eo. dilecti. de reſcrip. dilectus filius.j. de Sa-
racenis. Item vbi olim erāt due, hodie eſt vna. Qualiter autem ⁊
quibus modis conſtituatur domicilium, hec magis rite examinabi
tur.j.c.ſi. ¶ Venio ad ſecundam exceptionem, iſtam reſeruo exa-
20 minandam cum gloſ. vltima: ⁊ ſimiliter dico de vltima. ¶ † Que-
ro quid eſt leuca. Dic quod eſt ſpatium, ſecundum Phil. conti-
nens duo milliaria: ſecundum Hoſtien. dicit quod iſte.xij. leuce cō
tinebāt.xx. milliaria: ⁊ ſic erat vna dieta. ff. ſi quis cau.l.j. de ver. ſi.
l.ij. ⁊ ſic tres faciunt quinque. ⁊ dicit Fran. quod leuce ſunt ma-
gne in Francia, maiores in Burgundia, ⁊ maxime in Alemania,
ſecundum Phil. ¶ Venio ad gloſ. cum quibus reliquе exceptio-
21 nes, ⁊ replicationes declarabuntur. † Et primo circa commiſſio-
nem quero quid comprehenditur appellatione dotalitij. Dic qđ
ſumitur pro donatione inter virum ⁊ vxorem: mulier enim dat do
tem, maritus donationem propter nuptias vxori. Et intellige ſe-
cundum Joan. An. l. quod ex pacto mulier lucrabatur donatio-
nem propter nuptias, alias ſpectaſſet ad virum ſoluto matrimo-
nio, ſicut dos redit ad mulierem: vt patet de dona. inter vi. ⁊ vxor.
22 c.ſi. cum ſuis concord. ¶ † Secundo cum glo. opp. quod pro ſpo-
liatione complicum non conueniatur a nobis. de reſti. ſpo. cum ad
ſedem. Sol. pro ſpoliatione propria, ⁊ pro ſpoliatione complicum
tenetur, ſiue complicibus mandauerit, ſiue poſtea ratum habue-
rit: poteſt etiam teneri pro ſpoliatione complicum, ſi rem ſcienter
accepit a complicibus: ſed tunc non tenetur ſtricto interdicto vnde
vi, ſed tenetur condictione ex decre. ſepe. Et hec vltra intelligendo
patet quod illa priuilegia, que habet poſſeſſorium ſtrictum vn-
de vi, habet ⁊ condictio ex decre. ſepe. ¶ Omitto gl. in verbo, An
23 degauen. que eſt expedita cum text. venio ad glo. ſequen. † Oppo.
quod ſufficiat rem eſſe litigioſam in loco Andegauen. ita quod lo
cus iudicum non diſtet vltra duas dietas a dioceſi rei, de qua liti-
gatur.ſ. eo. ſane.j.c.ſi.C. vbi in rem actio.l. actor. ⁊ ſic non exigitur
quod ibi conſueuerit commorari. Sol. Glo. dicit quod coram ordi
nario iudice rei ſite quis poteſt conueniri, ſiue ſit res immobilis.
Per quod dat intelligere quod ſecus in delegato. Sed dicit Jo.
And. quod ⁊ in delegato iure iſto computatio dietarum fiebat a
loco rei ſite: per decre. de excep. olim. de reſcrip. dilectus filius.j. de
Saracenis. ⁊ hoc quādo agebatur reali. Idem ſi perſonali in rem
ſcripta, vt eſt interdictum vnde vi. hodie dicit quod de reſcrip. ſta-
24 tutum.§. cum aūt. Ita gl. olim dicebamus. † in quantum dicit quē
ſortiri forum etiam ratione rei mobilis: bene dicit, quando ibi eſt
permanſura, non tranſitoria vt momentanee. Ad hoc.l. ex facto.
§. rerum Italicarum. ff. de here. inſti. Ad hoc, quia res allate in do
mo locata per conductorem non dicuntur tacite pignori obligate,
quando non ſunt allate cauſa perpetui, ſed temporanei vſus, ⁊ mo
mentanei. ff. de pig.l. ſi debitor. Ad hoc quod dicitur de curia Ro
mana, que non videtur ibi eſſe vbi eſt, ſi eſt ibi momentanea, ⁊ alibi

tranſitoria: vt in cle. ne Romani.§. eo tamē adiecto. in ſi. Ad hoc,
quia contractus factus tranſitorie non facit quem ſortiri domici-
lium. ff. de iudi.l. heres abſens. in ſi. ⁊ hoc tenet Paul. iij. q. vij. in
Summa Joan. And. in addi. Spec. in titu. de compe. iudi. adi.§.
j. verſi. xx. vbi agitur de poſſeſſione. Ad contrarium autem dic vt
dixi in text. quod incipiendo a loco, vbi commoratur, non ſufficit
vltimum ſine primo. ¶ Venio ad examinationem ſecunde exce-
25 ptionis cum gloſ. in verbo, non obſtantibus. ¶ † Oppo. quod re-
cte reciperet nobilis: quia in cauſa feudali quis nō cōuenitur corā
eccleſia, niſi negligente domino feudi.ſ.c. ex tranſmiſſa. ⁊.c. ex teno
re. Glo. dicit quod hoc non procedit in poſſeſſorio, imo ſtatim agi
poteſt coram eccleſia. ⁊ hoc voluit text. hic. Contrarium loquitur,
quando agitur petitorio. Idem aliqui doctores hic. Et per hoc
non obſtat in authen. de man. princ.§. ſit tibi. colla. ix. vbi in cauſa
feudali quis repellitur ab impetrando coram alio, quam domino
feudi. Item ⁊ ab agendo, vt ibi. ⁊.ſ. cap. ex tenore. ⁊ cap. tranſmiſ-
ſa. quia talia iura debent reſtringi ad petitorium. Sed quo ad hāc
ſolutionem reperio diuerſitatem: quia quidam dicunt quod hoc
procedit a quocunque intentatur poſſeſſorium, quaſi hoc non tan
gat naturam feudi, ſed iniuriam quandam violentie: ⁊ queſtiones
ſpectant ad dominum, quando tangitur intrinſeca queſtio feudi.
Et hanc opin. recitat hic Innocen. ⁊ firmauit hoc ſupra de iudic.
ceterum. Sed non placet hoc ſibi hic: ⁊ reuocat quod ibi dixit, di-
cens hoc non poſſe eſſe verum, imo tantum agendum coram do-
mino feudi, ſi agatur ad reſtitutionem feudi etiam poſſeſſorio: vt
no.ſ. xi. primo. ceterum. Unde ſecundo intelligit hoc ſpeciale in vi
dua, ⁊ oppreſſa, que ratiōe oppreſſionis, ⁊ ſic vbi ipſa agit, poſſeſſo
rio, ⁊ miſerabilis ⁊ oppreſſa, immediate poteſt adire eccleſiā omiſ-
ſo domino feudi: ⁊ hoc, quia defenſio viduarum de ſpeciali gratia
vbi ſunt oppreſſe, etiam ſi ſint diuites, reſeruata eſt eccleſie. ⁊ hoc
in odium opprimentium, ⁊ ſpoliantium viduas. Hoc ergo ſpecia-
le priuilegium per ius commune feudorum non reuocatur. de re-
ſcript. capitulo primo. Fatentur tamen hic doct. quod fori non ſit
ſubtractio, ſed accumulatio. Nam ⁊ miſerabilis, ⁊ oppreſſa, ſi vel-
let, poſſet agere coram iudice ſeculari, ſecundum Goffr. ⁊ Hoſtien.
Dixi.ſ. eod. licet. ⁊ capi. ex tenore. Sed huic obſtat, quia ⁊ clerici
ſpeciali iure ſubmittuntur eccleſie, ⁊ tamen ſubijciuntur legibus
communibus feudorum: quia poſſunt conueniri coram domino
feudi: de iudic. ceterum. ⁊.ſ.c. verum. Reſpondet Innocen. quod
iuriſdictio non reſeruatur eccleſie, quando de poſſeſſionibus agi-
tur priuilegio ſpeciali: imo de iure communi etiam ab Imperato-
ribus condito. Ideo per ius commune feudorum reuocatur: ⁊ ta
le ius commune, per quod ſubmittuntur, valet: quia ab eccleſia eſt
receptum. Secus in vidua: quia ſpeciali priuilegio reſeruatur ius
vt agat coram eccleſiaſtico. Vel dic quod inter viduas, ⁊ eccleſiam
⁊ clericos nulla eſt differentia: licet enim aliquando inter priuatos
ſi agatur ad reſtitutionem feudi, ſi tamē eccleſia, clericus, vel vidua
ſint ſpoliati re feudali, immediate adhuc poſſunt adire eccleſiam:
⁊ hoc ea ratione, quia committitur crimen ſacrilegij, cuius cogni-
tio ſpectat ad eccleſiam. lxxxvij. diſt. c.j. ⁊.ij. xvi. q.j. in canonibus.
nec eſt neceſſe quod hoc caſu requiratur dominus ſuper iuriſdi-
ctione ei reddenda: ſicut dicitur.ſ.c. ex tenore, quia ibi loquitur
quando agebatur de proprietate: ⁊ ſic cognitio ſpectabat primo
ad dominum: ſecundo ad eccleſiam. Sed hec cognitio ſacrilegij
primo ſpectat ad eccleſiam, ſecundum Inno. Idem dicit.ſ. ti.j. ce-
terum. ⁊ dixi.ſ. eo. clericus. ⁊.c. cum ſit. Omnia placent Hoſti. pre-
ter quam in eo, quod dicit, eccleſiam habuiſſe iuriſdictionem in cle
ricos ab Imperatoribus: quia papa, ⁊ eccleſia habuit iuriſdictio-
nem a Deo, ⁊ non ab homine. de iudi. nouit. qui ſi. ſint legi. per ve
nerabilem. de tranſla. prelat. c.j. ⁊ per totum. Soli ergo eccleſie ſub
diti ſunt clerici: nec autem alij etiam voluntarie ſubijci poſſunt.
Ad hoc quod no. de ma. ⁊ obe. ſolite. ⁊ not. eod. titu. ſi quis vene-
26 rit. ¶ † Nota quod olim clerici iudicabantur coram laicis, etiam
quando perſonaliter agebatur: ⁊ illud fuit de facto, ⁊ per abuſum
⁊ iniurioſe, ⁊ tempore primitiue eccleſie, quo tempore etiam marty
res iudicabantur, ⁊ opprimebantur, nec poterat eccleſia reſiſtere.
Hoc etiam hodie a multis tyrannis principibus, eccleſie ⁊ perſo-
ne eccleſiaſtice patiuntur, ſed comprehenduntur, ⁊ ab eccleſia pu-
niuntur.j.c.j. de immu. eccle. non minus. ⁊.c. aduerſus. Sic ⁊ tolle-
rabat olim eccleſia ex cauſa quod Imperatores, ⁊ laici electioni-
bus Romanorum pontificum intereſſent: ſed quando eccleſia po
tuit, hoc correxit. lxiij. diſt.§. principibus. ⁊.§. verum. de cle. ſacro-
ſancta. de iure pa. nobis. Ad hoc qđ no.ſ. licet. in verbo, imperio.
Sic dicit intelligendū, ⁊ corrigendum quod no. in Summa, e. tit.
27 §. ex quibus cauſis.§. liquet. in ver. ego dico ſecūdum Hoſt. † Se
cunda datur ſol. per Jo. An. ꝙ contrariū procedit, quando vterq;
fatetur dominus feudi in dominum: hec mulier negabat rem ⁊ ca
28 ſtrum eſſe feudale. Ad quod id, quod no.ſ. ti.j. ceterū. ¶ † Opp.
vlterius cum glo. videtur ꝙ nō ſit neceſſarium negligentiā iudicio

in peri

in petitorio procedere, nec de illa mentionem facere in impetratione: cuius contrarium litera hic innuit a cõtrario. ſ. c. licet. ⁊ c. ex tenore. vbi ſuperueniente negligentia poſt datam literarum, proce-
19 dit iudex eccleſiaſticus vi literarum. † Sol. Contrarius ſenſus litere ſic debet intelligi, vt inquantum dicit tales exceptiones non habere locum in poſſeſſorio: innuit ꝙ habent locum in petitorio. Hoc intellige non aſſiſtente negligentia iudicis ſecularis a principio, nec ſuperueniente ex poſt facto: q2 pro tunc litere ſtant in ſuſpenſo: ſed illa aſſiſtente a principio, vel ſuperueniente ex poſt facto, procedendum eſt per literas illas, que non ſunt nulle, ſed in ſuſpenſo ſunt. Idem dicunt doct. ſiue negligentia fuerit a principio, ſiue ex poſt facto: vt q2 incepit procedere, poſtea neglexerit: licet tamen non poſſit adiri ſuperior iudex, vt princeps per impetrationẽ de iure ciuili, non negligente inferiore. in auf. de mã. prin. §. ſit tibi. colla. iij. vt dif. iudi. §. ij. nec de iure canonico papa, negligente ordinario ſeculari, non negligente tamen eccleſiaſtico, poteſt immediate adiri de iure canonico. ij. q. vij. ad Romanam. Dicta gl. procedunt in miſerabili perſona: in non miſerabili opus foret noua impetratione: vt no. in. d. c. ex tenore. ⁊ c. licet. ⁊ hoc tene, licet quidam dixerunt ſuper litera ꝙ hic proceſſerunt authoritate ſecundarũ literarum ſecundũ Gof. Quod dictum non procedit in miſerabili, ſiue agatur petitorio, ſiue poſſeſſorio, ſuppoſita negligentia a principio, vel ex poſt facto, poſſet procedere in nõ miſerabili perſona, ſuperueniente negligentia ex poſtfacto. Secus ſi a principio eſſet negligens: q2 litere valerent, ſed forte ſuſpenderetur, ſi poſtea laicus vigilaret ante ſententiam latam per delegatos. Tene hoc, ꝙ delegatio ad petitionẽ miſerabilis oppreſſe tenet, ſit negligens, vel nõ negligẽs ſecularis ad petitionẽ miſerabilis non oppreſſe, ſtante negligentia fiat vel non mentio de illa, tenet adhuc: q2 ſemper ſcit papa ſe habere poteſtatem quo ad actum delegandi. Idem ſi non ſit negligẽs, nec requiſitus, peccat autem in ſurreptione, ſi diceret negligentem, vbi non eſt: ⁊ tunc litere valerent, ſed obſtaret exceptio ſurrepti, etiam illo negligẽte. Et ſic intellige Cal. ſ. c. licet. ⁊ c. ex tenore. Si impetratio fieret per non miſerabilem, ſtante negligentia non valeret, niſi fieret mentio de illa negligentia: q2 iudex neſciret ſuam poteſtatem. Sic intellige Inno. ſ. c. licet. Unde in non miſerabili procederet text. vt exigeretur requiſitio, ⁊ fieret mẽtio de illa: non ſuppoſita negligentia, non valerent ipſo iure, nec ex poſtfacto
20 conualeſcerent. ¶ † Opp. quod debuerit admitti exceptio, quod narratum ſit falſum, eo ꝙ dixit dotalitium, ⁊c. de reſcrip. ſuper literis. Dic ſecundum glo. quod hec exceptio habuiſſet locum, ⁊ impetratum fuiſſet petitorium: ſed hoc agebatur poſſeſſorio, contra quod non admittitur exceptio defectus proprietatis. Narratio ergo falſa vltra intentum concluſionis reſcripti non vitiat reſcriptũ. Et hec eſt vna ſol. Uel ſecundo, ⁊ eſt etiam de mente glo. narratio falſa circa merita negotij principalis, ⁊ a qua ſumit exceptio peremptoria, non vitiat reſcriptum, nec de ea poteſt opponi in vim dilatoria contra reſcriptum: quia natura exceptionis eſt, vt excludat actionem; quando eſt peremptoria, ⁊ concernit negotium principale. In dilatorijs autem procedit, quia illa poteſt opponi contra reſcriptum, ⁊ ad proceſſum ſicut illa, que excludit iudicem, vel iudicij inſtantiam, vel actionem. Ex quo datur pro regula quod taciturnitas, vel falſitas narrata circa merita negotij principalis non vitiat reſcriptum, ideo, quia non excludit intentionem pape reſcribendi, ſaltem vt feratur ſententia iuſta pro illo, qui habet exceptionem, vel contra illum, cuius deficit intentio: cum concluſio non ſit precisa, ſed ſi preces veritate nitantur, vel quod iuſtitia fiat vtrique parti. Dicit tamen Uinc. hic quod ſi impetrans exprimeret talem cauſam, etiam proprietatis, qua non expreſſa, non fuiſſent date litere, quod vitiabuntur litere: vt ſi poſſidens de facto duas dignitates eijciatur ab alia: quia nõ auditur volens impetrare: quia nõ habebat diſpenſationem, vel commendationem, exprimit ſe priuilegium habuiſſe ſuper illis, ⁊ altera ſpoliatum: nõ credit quod valeat impetratio, licet ſurreptio reſpiciat petitorium, ⁊ queſtio priuilegij. de preben. de multa. niſi ſaltem ſummatim ſuſficet ſibi titulum, ita quod ſaltem deducatur in dubium. Sed ſi nulla cauſa fuiſſet expreſſa, non poſſet ante reſtitutionem ſibi referri queſtio. Hoc dubium, inquantum vult literas vitiare, placet, quia hic non tacet ſolam peremptoriam, imo dilatoriam: quia hec eſt exceptio litis finite, cum non detur poſſeſſorium in beneficiali manifeſte iniuſte poſſidenti: ⁊ ſic ipſo iure deficit in iure agendi: ⁊, quod plus eſt notorie. Ad quod id, quod not. de reſti. ſpo. in literis. Inquãtum ſentit quod nulla cauſa, expreſſa taciturnitate defectus tituli, audiretur agens poſſeſſorio, ⁊ ſic litere valerent, credo quod adhuc nõ audiatur tenendo quod aliqualiter colorare habet poſſeſſionem agens poſſeſſorio, alias ab agẽdo repellitur, nec reſtituitur: vt no. de reſtitu ſpo. in literis. Niſi dicas illud procedere quo ad vim poſſeſſorij: hoc quo ad validitatem literarum, vt non poſſit contra literas opponi. Sed ſi deficit tunc ipſo iure in iure agendi, oportet quod idem concludatur quo ad literas: quia illa eſt de exceptioni-

bus litis finite. ſ. de reſcrip. cap. ſi. Idem dicit in falſo manifeſto, vt quia dicat ſe clericum, vel Ciſtercienſem, vt facilius impetret literas. ¶ Nota bene quod taciturnitas, vel falſitas narrata falſa manifeſta circa merita negotij principalis, vitiat reſcriptum, inquantũ quod opponi poteſt in vim dilatorie. Et per hoc habes vnum effectum notorij, quod no. Uide quod dixi de except. paſtoralis. ⁊ ca. exceptio. vbi idem not. poſt Joan. Andr. in addi. Specu. Secundum hoc ergo recitat glo. quod exceptiones peremptorie non poſſunt opponi in vim dilatorie contra literas regulariter. Contra recitat hic Hoſt. quoſdã dicere, ⁊ hoc tẽperare, quod ſi exceptio non admittitur perẽptoria: opponit ad actionẽ poſſeſſorij, ⁊ ſic contra poſſeſſoriũ intẽtatum, tũc exceptio nõ admittitur: q2 etiam ſi probaretur, non impediretur poſſeſſorium, ſed fieret reſtitutio. de ord. cog. capi. fin. Sed ſi opponuntur contra literas, dicit quod eſt aduertendum: quia ſi probetur talis, peremptoria exceptio tacita, vel expreſſa, qua expreſſa, vel tacita, non fuiſſent date litere, iuriſdictio eneruatur. de reſcrip. ſuper literis. Inno. dicit quod hic hec diſtinctio reprobatur: quia non opponitur hic exceptio dotalitij contra interdictum vnde vi, ſed contra literas tantum: ⁊ tamen differtur in petitorio. ſ. §. ſi. Hoſtien. remittit ad decreta. ſ. de lit. conteſt. libr. vi. Dicit etiam hic Goffr. quod ſi exceptio peremptoria proponatur non in vim peremptorie, ſed dilatorie, vt iuriſdictio impediatur, nil agitur: non enim ſit litis conteſtatio, quia ad hoc proponitur, ne proceſſus impediatur: quia ad hoc natura ſui non datur. Inſtruit ergo iudicem vt non admittat eam in vim dilatorie vt ineptam, nec intercipiat proponentẽ, quaſi per id ſit facta litis conteſtatio. de quo de lit. conteſt. c. j. ⁊ ij. lib. vj. ¶ Oppo. quod ex quo rex mortuus erat, hec mulier non debuit appellari regina: cum illam dignitatem habeat conſtante matrimonio, ⁊ coruſcatione mariti. Solu. Dic quod imo poteſt: quia retinet priorem dignitatem donec plebeio ſit nupta. C. de nupt. cum te. ff. ad municip. l. filij. §. vidua. Sed hic dicit, olim. Sed poteſt dici quod non negat de preſenti, vt dixi notando per l. nec emptio. ff. de contrahen. emptio. Idem dicit ibi Barto. ſcilicet in. §. vidua. de domicilio: quia retinet domicilium viri, donec alteri ſit nupta. l. ſi. C. de bo. ma. ⁊ no. in l. vnica. §. exactio. C. de rei vx. actio. quod puto, niſi acta alibi tranſtulerit domicilium.

1 ¶ Sacrilegi ſunt laici, qui iura eccleſiaſtica vſurpant, ⁊ per iudicem eccleſiaſticum compeſcuntur. nu. 11.
2 Iuriſdictio competens ciuitati, ⁊ caſtro, reſidet in communitate, ⁊ habente iuriſdictionem in ciuitate.
3 Iuriſdictionis appellatione pleno iure quid comprehendatur.
4 Libellans in poſſeſſorio retinende concludere debet poſſeſſionem ſecundum tempus libelli porrecti.
5 Donata eccleſijs titulo lucratiuo, videntur collata pro redemptione peccatorum. 12.
6 Eccleſijs incorporata non poſſunt vſibus profanis applicari.
7 Sacrilegium non ſolum committitur pro vi expulſiua, vel ablatiua.
8 Sacrilegi non ſunt ipſo iure excommunicati.
9 Interdictum vti poſſidetis, cuius ſit effectus.
10 Sacrilegi qui dicantur.
13 Sacrilegium committitur per violentiam illatam pijs locis.
14 Iuriſdictionem temporalem plenam quando quis in caſtro habere dicatur.
15 Clauſula, committo iuriſdictionem omnimodam, vel pleno iure, quid importet.
16 Iuriſdictio temporalis qualiter dicatur quaſi poſſideri.
19 Poſſideri licet nequeant incorporalia, tamen quaſi poſſidentur.

1 **Conqueſtus.** ¶ † Laici vſurpantes iura eccleſiaſtica, velut ſacrilegi, per iudicem eccleſiaſticum compeſcuntur. Proponitur querela epiſcopi. Secundo iudicium: quam primo
2 iuſtineat. ¶ † Nota primo quod iuriſdictio competens ciuitati in caſtro, reſidet in communitate, ⁊ habente iuriſdictionem in ciuitate: ⁊ ſic caſtrum ſubiectum ciuitati nullam habet iuriſdictionem, ſed ciuitas habet in caſtro. ff. ad municip. l. qui ex vico. in authent. quibus mod. na. effi. ſui. §. ſi quis ergo ex qualibet. Secus ſi non ſubeſt ciuitati: quia de iure illam vendicat ſibi iuriſdictionem, quã ciuitates al. e. C. de magi. mu. per totum. ⁊ hoc dicit Bartol. in l. j.
3 ff. de damno infec. ⁊ dixi. ſ. eo. cum contingat. ¶ † Not. quid comprehendatur appellatione iuriſdictionis pleno iure: quia concludit iuriſdictionẽ ſpiritualem, ⁊ tẽporalẽ. quo no. ſi alicui abbati concedentur iuriſdictionalia in caſtro pleno iure: in hoc includitur iu-
4 riſdictio ſpiritualis. ¶ † No. hic expreſſum libellantẽ in poſſeſſorio

retinere de concludere debere poſſeſſionem ſecundū tempus libelli
porrecti.nec ſufficit antea poſſedisse.Et nota quod non procedit
libellus,ſi dicat ſe fuiſſe in poſſeſſione:quia tacite videtur abnega
re poſſeſſionem de preſenti. Vide quod not. Cyn.in.l.edita.C.de
eden.⁊ dixi ne iudic.examinata.⁊ dicam de libel.ob.cap.primo.⁊
5 no.ff.de confeſſis.l.certum.§.primo.❡†Nota in dubio collata ec
cleſiis titulo lucratiuo videri collata pro redemptione peccato
rum,⁊ dicuntur in piam cauſam,⁊ pro anima ad hoc de teſta.re
6 quiſiſti.❡†Nota regulam,que dicit incorporata in eccleſiis,aliis
vſibus non applicanda,procedere,etiam in rebus profanis,⁊ non
ſacris.ad quod de reli.do.ad hec.de rer.permu.iniuſtum.de conſe.
di.j.ligna.⁊ capi.veſtimenta.xij.queſt.i.quia ſacerdotes.⁊ capi.ſan
7 ctorum.⁊ capi.hanc conſuetudinem.ſecundū Hoſtien.❡†Nota
hic expreſſum quod nō ſolum committitur ſacrilegium pro vi ex
pulſiua,vel ablatiua,ſed etiam ex vi turbatiua:per quod ſic tur
bans ſubiicitur principaliter iudici eccleſiaſtico. De quo aliquid
j.dixi plenius ſupra eo.cum ſit.⁊.c.ſi clericus.quinimo ⁊ poſſeſſio
ne rerum eccleſiaſticarum contra voluntatem eccleſie etiam ſine
violentia dicitur ſacrilegus.xvi.queſti.iiij.ſi quis mancipium.xvij.
8 queſt.iiij.attendendum.❡†Nota ſacrilegos non eſſe ipſo iure ex
9 communicatos,ſed excommunicandos.❡†Nota effectum in
terdicti vti poſſidetis:quia competit ad finem vt ceſſet turbatio,⁊
vt de damnis,⁊ iniuriis ſatiſfiat.Et ex hoc colligitur practica li
bellandi,⁊ concludendi in libello,⁊ etiam ſententiandi:de quo.j.
10 de proba.licet cauſam.❡†Nota ſacrilegos dici violantes bona
eccleſiaſtica:alibi dicuntur homicide.xij.q.ij.c.j.ſecundum Phil.
11 ❡†Oppo.quod hic libellaret contraria.dicebat enim vim illa
tam,per quam perdatur poſſeſſio,que ſunt contraria.Solu. Dic,
violentia illata erat.non talis,per quam perdatur poſſeſſio,cum
poſtea dicat ſe eſſe in quaſi poſſeſſione:quod eſſe non poſſet,ſi fuiſ
ſet ſpoliata:ſed per violentiam ipſam inquietabant,⁊ damna da
bant,vt patet ex fine:⁊ ſic intentabatur hic interdictum vti poſſide
tis:ex quo fit mentio de violentia,concluditur ſacrilegium,ideo
debet ea coram eccleſia agitari:⁊ ſententia non dabitur pro epi
ſcopo,niſi violentiam probet:debet enim probare cauſam,ex qua
petit,alias ſuccumbet.ff.de except.rei iudi.ſi mater.§.eandem.Et
quod intentaretur interdictum vti poſſidetis,patet ex eo,quia nar
rat ſe eſſe in poſſeſſione.Ex hoc ergo nota quod ad hoc vt pro tur
batione agatur coram eccleſia,oportet quod habeat violentiam in
ſe:de quo.ſ.remiſi.Item quod vbi iuriſdictio fundatur ſuper cer
ta qualitate,oportet quod habeat violentiam in ſe.de quo ſupra
remiſi.Item quia vbi iuriſdictio fundatur ſuper certa qualitate,
oportet quod qualitas probetur,⁊ ea non probata non pronun
tiaretur interlocutorie ſuper iuriſdictione,ſed diffinitur contra li
12 bellantem.de quo dixi.ſ.eodem.ſi clericus.dic vt ibi.❡†Oppo.
quod hic ſit inculcatio,ibi:collata,⁊ relicta.Solu.Collata intellige
in vita:relicta in morte:nam verbum,relinquendi,⁊c.ff.de tabu.
exhi.l.i.ad fin.Ex quo nota quod data in vita,vel in morte,in du
bio data cenſentur pro anima,ex quo principium capiunt a libera
litate,iſta talia omnia poſſunt dici pia,vt iudicentur ſecundū ca
nones,⁊ vt eccleſia de eis cognoſcat,⁊ gaudeant priuilegiis pia
13 rum cauſarum.Ad hoc bonus text.de conſue.c.ij.❡†Quero an
per violentiam illatam aliis piis locis committatur ſacrilegium:
Dicit quod ſic.j.de teſta.officij.⁊.c.requiſiſti.§.ſecus.ſecundū Ho
14 ſtien.❡†Quero quando quis dicatur in caſtro plenam habere
iuriſdictionem temporalem. Dicit glo.quando habet tēporalem
⁊ ſpiritualem.glo.bene diceret,ſi quereretur quando habeat plenā:
ſed queſitum eſt referendo ad text.quādo dicatur habere tēporalē
pleno iure,ſecundū Jo.An.Vnde dicit ꝙ habet temporalem ple
no iure,quando habet merum ⁊ mixtum imperium,⁊ iuriſdictio
nem:que omnia comprehenduntur ſub iuriſdictione,inquantum
genus eſt:⁊ quid hoc cōtineat,tractauit hic Vinc.que ponit Gul.
in Spec.de iur.om.iu.ver.⁊ notat.⁊ ver.ſequ.⁊ dicit.l.ff.de iur.om.
iudi.l.iij.Poterat ergo ille quaſi magiſtratus habere priuatum
carcerem:quod alias non liceret.j.ne apoſta.a nobis.C.de priua.
car.l.i.ſecundum Vinc.Franc.exponit,pleno iure:quod habebat
15 cognoſcere,iudicare,⁊ exequi.❡†Diligenter nota hanc glo.iun
cto text.⁊ que ſcribunt hic docto.quia hic habetur quid compre
hendant hec verba,Committo iuriſdictionem pleno iure:quid
comprehendant,Committo iuriſdictionem omnimodam:vide
glo.in cle.j.de foro compe.in verbo,omnimodam.que eſt in hoc
notabilis gl.Vide in ſimili quid de his,Eccleſiam ſubiectam ple
no iure:quid ſignificent.j.de priuilegiis.cum ⁊ plantare.§.in eccle
16 ſiis.⁊.c.quoniam.xvj.q.vij.c.j.ſecundum Hoſ.❡†Quero quali
ter iuriſdictio temporalis dicatur quaſi poſſideri.Glo.reſpondit,
⁊ optime,quam nota.quia aſſignat cauſam quare incorporalia
quaſi poſſidentur:per que dicunt hic doct.quod interdictum vn
de vi,vel vti poſſidetis,pro talibus iuribus directum non cōpe
tit:quia inſtitutum eſt pro rebus corporalibus,⁊ vera poſſeſſione
ff.de ſerui.l.quoties.ff.ſi ſerui.ven.l.ij.§.Pomponius.Vel compe

tit actio ex canone,redintegranda.ſecundum Hoſ.Gl.vltima co
ligit notabilia,quod ſacrilegi eccleſiarum non ſunt excommunica
ti,ſed excommunicandi.Sed his obuiat,quia imo excommuni
cati ſunt.xi.q.iij.canonica.de ſen.excom.cum pro cauſa.xvij.q.iiij.
omnes.Jo.An.recitat opi.hic.Primo Phi.dixit violatores ec
cleſiarum ipſo iure fore excommunicatos:alios vero non,vt
xvij.q.iiij.quiſquis.Goffr.dixit violatores,⁊ incendiarios eccleſia
rum,alios non.Pe.⁊ Abb.dicunt quod ſi ſacrilegium commitit
tur in eccleſiaſticam perſonam,excommunicatus eſt ipſo iure cō
mittens:vt in.c.ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij.ſi committitur in rem
eccleſiaſticam,non eſt excommunicatus,ſed excommunicandus.
Si in ipſam eccleſiam cum incendio,vel effractione,excommuni
catus eſt,vt quia fregit fores eccleſie:ſi eſt ſacrilegus eccleſie,quia
in ipſa aliquam opprimit,dicit idem.de ſenten.excom.conqueſti.
⁊.c.cum pro cauſa.⁊ ibi hoc tenet glo.i.ad hoc.xvij.q.iiij.omnes.
Similiter his,vt quia librum,vel calicem in eccleſia incaute dimiſ
ſum auferat:⁊ non eſt excommunicatus.de fur.c.ſi.ibi enim nihil
de abſolutione mandatur.Sit ergo pro regula,quod cum ſacrile
gorum multe ſint ſpecies,vt no.Jnn.de ſen.excom.cum pro cauſa
in verbo,violationes.⁊ glo.xvij.q.iiij.ſacrilegium.quod regulariter
ſacrilegus non eſt ipſo iure excommunicatus maiori excommuni
catione.Fallit primo in incendiario,⁊ violatore,ſeu ſpoliatore ec
cleſie:⁊ idem ſi violent clauſtrum cum incendio,⁊ effractione:vt ꝺi
cit Jnn.in.d.c.ſi quis ſuadente.Fallit ſecundo in percutiente,vel
capiente aliquem in eccleſia.⁊ ſic violātem immunitatem eccl
vt ibi in.d.c.cum pro cauſa.xvij.q.iiij.omnes.Jn violante autem
priuilegia ⁊ iura eccleſie,dic vt de immuni.eccle.nouimus.Fallit
tertio in auferente rem violenter de eccleſia,ſecundum Hoſt.in.d.
c.cum pro cauſa.Sed hoc non tenet ibi Jo.And.ſi non adeſt
incendium,vel effractio.Dicit tamen ibi Jnn.quod talis,vel qui
aufert rem de eccleſia,eſt excommunicatus minori.xvij.q.iiij.ſi
quis vi.⁊.c.ſi quis vouente.Fallit quarto quando per hominem
lata eſt ſententia in quemcunque ſacrilegum ledentem eccleſiam
vel auferentem rem eccleſie.text.cum glo.xvij.q.iiij.omnes.⁊.c.
cum pro cauſa.Fallit quinto quando ſunt violatores ipſarum ec
cleſiarum,vt quia corpora eccleſie violenter rapiunt:vt ſentit glo.
in.c.conqueſti.⁊.c.cum pro cauſa.de ſententia excom.

1 ☞Priuilegiatus vt non teneatur reſpondere niſi certo loco:
alio loco reſpondere,aut ſoluere promittit,ibi poterit conueniri.
2 Delegatum poteſt papa dare iudicem vbi vult.
3 Priuilegium ſemper debet aliquid conferre.
4 Forum quis ſortiri cenſetur,vbi contraxit.
5 Pactum de reſpondendo coram iudice non prorogat iuriſdictio
nem,licet tollat declinandi facultatem.23.
6 Obligatio prelati contracta nomine,⁊ ad vtilitatem eccleſie,tranſit
ad ſucceſſorem.nu.25.
7 Reſcriptum delegationis contra predeceſſorem ſub nomine di
gnitatis ad executionem contracte obligationis nomine eccleſie
tranſit ad ſucceſſorem in dignitate.25.
8 Priuilegium Anglicis conceſſum,vt ſic certo generi perſonarum
ſub nomine patrie vel prouincie,nō ſolum comprehendit laicos
ſed etiam clericos.
9 Clerici an comprehendantur appellatione diſtrictualium.
10 Priuilegiare poteſt papa clericos contra ius commune ad preiu
dicium laicorum.
11 Statutum,ſeu priuilegium concernens actum conueniendi,cau
ſat ius dilatorie proponende.
12 Statutum tollens facultatem conueniendi certo loco,quid ope
retur.
13 Pactum de non declinando iudicem alias habentem iuriſdictio
nem,preiudicat paciſcenti irreuocabiliter.nume.21.
14 Soluere promittens certo loco,ibi poteſt conueniri.nu.24.
15 Forum ſortiens ratione contractus poteſt in duobus locis con
ueniri.28.
16 Vſura non eſt,quando aliquid petitur ſub ratione damni,⁊ inte
reſſe,vel expenſarum.
Expenſe,⁊ damna ratione more veniunt in arbitraria loci ſolutio
nis fiende.
17 Fo.um vbi quis ratione contractus ſortitur,quo reſpectu ſortia
tur.
18 Prorogare poteſt clericus iuriſdictionem ſui iudicis per viam
contractus.
19 Renuntiare licet quis nō poſſit priuilegio ad commodum publi
cum conceſſo,poterit tamen renuntiare priuilegio certo generi per
ſonarum dato ad vtilitatem particularem.nu.22.⁊.24.
20 Pactum predeceſſoris,etiam cōtra ius,preiudicat ſucceſſori.25.
24 Pacto ſoluere promittens certo loco,quomodo conueniatur ce
ſſante n[illegible]
Statutum,per quod quis prohibetur conueniri vltra mare,qua
[illegible]

liter intelligatur.
26 Procurator datus a prelato ad cauſam eccleſie tractandā quā-
to tempore duret.
29 Intereſſe, ⁊ expenſe, quomodo probentur.

1 Dilecti filij. ¶ † Priuilegiat⁹ vt nō tenea
tur reſpōdere niſi certo loco, ſi
alio loco reſpōdere, vel ſoluere pmittit, ibi poterit cō
ueniri. Prima pars ponit querelā actoris, que ponit
cauſe cōmiſſionē, ⁊ rei exceptionē. Secūda ponit mādatū factuz
reo cū cōminatione, ⁊ prouiſiōe ſi nō pareat. Secūda ibi: Uerū.
2 † Premitte papam vt vniuerſum diſtringentem poſſe dare iudi
cem vbi velit, ⁊ valent litere dummodo non excedat olim duas
dietas a loco rei ſite, hodie vnam: vt in. c. nummlli de reſcripti. ⁊
3 hodie in. c. ſtatutum. §. cum autem. de reſcrip. lib. vi. † Secundo
premitte priuilegium debere aliquid conferre. ff. ad manicip. l. ſ.
in fi. C. de theſau. l. i. lib. x. de inoffici. teſta. ſi quando. de verbo. ſi-
gni. cum olim. de reſcrip. c. j. ⁊ quod ibi not. Ideo licet ſtrictiſſime
intelligatur, ſic tamen debet intelligi vt aliquid operetur: ⁊ ſuffi-
4 cit quod quantumcūq; modicum. † Tertio qd vbi quis contra-
xit, poteſt conueniri: q2 ibi forum ſortitur. ff. de iudic. l. heres ab-
ſens. ⁊ l. omnem. ſ. c. fina. ⁊ hic. Et dicitur quis ibi contraxiſſe, vbi
deſtinauit ſolutionem quo ad forum ſortiri, non vbi rudi- cer cō
traxit: vt hic, ⁊. ff. de actio. ⁊ obliga. l. contraxiſſe. l. vij. ff. de bon.
aut. iudi. poſſi. de ſolu. l. quero. ff. de adminiſt. tuto. l. ſi Titiũ,
5 ⁊ Meuium. † Quarto quod pactum de reſpondendo corāz cer
to iudice non prorogat iuriſdictionem, licet tollat facultatem de
clinandi ſuppoſita iuriſdictione. ff. de iuriſdic. om. iudic. l. ſi con-
uenerit. C. de pact. l. fina. ⁊ not. de officio delegat. ſignificantibus.
6 ſ. de iudic. c. j. ⁊. ſ. eo. ſi diligenti ¶ † Nota primo quod obligatio
prelati contracta nomine, ⁊ ad vtilitatem eccleſie, tranſit ad ſuc-
7 ceſſorem. de quo de depoſit. cap. j. de ſolu. quorundam ¶ † Nota
ſecūdo, quod reſcriptum delegationis contra predeceſſorem ſub
nomine dignitatis, et ad executionem obligationis contracte
nomine eccleſie, tranſit ad ſucceſſorem in dignitate. vide. ſ. de iu-
8 dic. q2 vt. ſ. de reſc. ſignificantit. ⁊ ibi remiſſ. ¶ † Nota tertio quod
priuilegium Anglicis conceſſum, ⁊ ſic certo generi perſonarum,
ſub nomine patrie, vel prouincie, non ſolum comprehendit lai-
cos, ſed etiam clericos. Qd permaxime puto verum, quādo ma
teria, de qua queritur, et plurimum, ⁊ regulariter pportionatur
clericis, ſicut eſt quod ex delegatione pape quis cōueniatur, vel
non conueniatur. ſ. eo. licet. ⁊. c. ex tenore. c. cum ſit. Per que dici
tur communiter quod ſtatuta etiam laicorum ſimplicia exten-
duntur ad laicos ⁊ clericos, inquantum priuilegiant: vt in ſtatu.
de inſtrumentis exequendis guarentigie, ⁊ ſimilibus. ſ. eo. ſi cle-
ricus. nota. qd dicam de conſtit. cum eccleſia. et ij. ſupra. e. quod
e clericus. Et dicit Ab. hoc facere ad queſtionē de. omniſ eſulani
vbi loco fuerat conceſſuz priuilegium duraturum per triennium
ne traherētur extra dioceſim ſuper rebus in epiſcopatu Magu-
9 lanen. quod illud etiam clericis competeret. ¶ † Nunquid autē
appellatione diſtrictualium comprehendantur clerici, vide Io.
de offi. deleg. c. fi. lib. vi. in verbo, diſtrictu. vbi concludit clericos
10 comprehendi per illum tex. vt lite non conte. c. accedens. † Et
nota cōtra ius commune, papam poſſe priuilegiare clericos ad
preiudicium laicorum, inquantum ius habeant proſequi coram
iudice eccleſiaſtico: ⁊ ſic cauſe clericorū nunq̃ tractantur coram
iudice eccleſiaſtico, tractantur ſtatutis ⁊ priuilegiis eccleſiarum.
11 ¶ † Nota quarto q̃ vbi ſtatutum, vel priuilegium cōcernit actū
conueniendi: vt q2 dicit, non poſſit conueniri. cauſat ius dilato-
12 rie proponende. ¶ † Nota quinto q̃ priuilegium tollens faculta
tem conueniendi certo loco, excludit facultatē conueniendi quē
quibidē vnico iure poteſt cōueniri: non autē refert ad illum
qui ibidem poteſt duplici iure conueniri. Et ſic priuilegium de-
bet intelligi, vt minus. quam poteſt operetur: ⁊ vbi poteſt tollere
ius reſpectu vnius cauſe tantum, ad illum reſtringitur, nō ad il-
lum, in quo ius poteſt ex multiplici cauſa accumulari. Ad hoc
de preb. non poteſt. lib. vi. Ideo priuilegium de non conuenien-
do quem in loco certo, tollit facultatem cōueniendi illum. qui ibi
poteſt iure delegati tantum conueniri, non illum, qui ibi dele-
gato ⁊ ordinario poteſt. Et ſic priuilegium tollens ius in aliquo
multiplicabile ex pluribus cauſis, finitur eo verificato in vna cā.
Item nota q̃ priuilegium conceſſum alicui ne conueniri poſſit,
in dubio refertur ad cauſam conueniendi inuitum, non ad cau-
13 ſam, que trahit originem ab actu voluntario. ¶ † Nota ſexto
quod pactum de non declinando iudicem alias habentem iuriſ-
dictionem, licet priuilegii exceptione elidibilem, preiudicat pa-
ciſcenti, ⁊ irreuocabiliter. Ad quod facit quod no. ſ. de iudic. c. j.
14 ¶ † Nota ſeptimo quod promittens ſe certo loco ſoluturum, ibi
dem poteſt tanquam ſortiens forum conueniri. Et ſic ad ponde-
randum forum ratione contractus, non attēditur locus rudis
materie contractus, ſed locus, vbi effect⁹ ſeu finis cōtractus de-
ſtinatur. ff. de actio. ⁊ obligatio. l. contraxiſſe. l. ſecunda. ff. de bo-
norum authorita. iudic. poſ. ff. de ſolu. l. quero. Quo autem ad
ſubijciendum quem ſtatutis, attenditur materia rudis contra-
ctus. ff. de euic. l. ſi fundus. Dicit Bar. in l. j. C. de ſum. trini. ⁊ fide
15 catho. de quo dic vt dixi de ſponſa. c. j. ¶ † Nota quod ſortiens
forum ratione contractus in duobus locis poteſt cōueniri. ⁊ in
loco contractus, ⁊ in loco domicilij. Sic eſt in ſortiente forū ra-
tione delicti. ſ. eo. cum contingat. de rap. c. j. vel ratione rei ſite: vt
16 no. j. c. ſi. ⁊. ſ. c. ſane. ¶ † Nota q̃ in arbitraria loci veniunt dam
na, ⁊ expenſe ratione more: ⁊ quod vbi vltra ſortem aliquid peti
tur ſub ratione damni. intereſſe, vel expenſarum, non eſt vſura, ⁊
licite petitur, etiam in foro canonico, ſi non admittitur ſub ratio
17 ne vſure. ¶ † Et nota q̃ quis ſortiri dicitur forum ratione con-
tractus, non ſolum reſpectu eius, quod venit in principali obli-
gatione, ſed etiam reſpectu accidentis obligationis ex poſtfacto
orte ad principalem contractum, dūtamen hec veniat ex natu-
18 ra primi contractus. ¶ † Nota clericum poſſe prorogare iuriſdi
ctionem non ſui iudicis per viam cōtractus: ⁊ ſic in prorogatio-
ne tacita ſurgente ex diſpoſitione iuris immediate, licet propter
19 hominis factum, non exigitur licentia proprij iudicis. ¶ † No
ta quod licet priuilegio ad commodum publicum conceſſo quis
non poſſit renuntiare. ſ. eo. ſi diligenti. poteſt tamen renunciare
priuilegio certo generi perſonarum conceſſo concernenti vtilita
tem particularem ſingularium. Item quod damna, ⁊ expēſe cō-
tingentie lite cepta reſarciuntur. ff. de edil. edic. l. ediles. § itē ſciē
20 dum. ¶ † Nota quod pactum predeceſſoris, etiam contra ius,
preiudicat ſucceſſori: dūtamen principalis contractus concer-
21 nat vtilitatem eccleſie. ¶ † Oppo. primo quod epiſcopus non
poſſit prorogare iuriſdictionem iudicis, ſub quo reſpondere pro
miſit. ſ. eo. ſignificaſti. Dic primo quod hic nō prorogabat: quia
papa iudex eſt ordinarius omnium, qui per delegatum hoc co-
gnoſcit. ix. q. iij. cuncta per Mundum ⁊. c. per principalem. Uel
dic quod in alium iudicem conſentire poteſt contrahendo in al-
terius territorio, vel ibi ſoluere promittendo. ſecundum Innoc.
Hec ſolutio eſt bona inquantum ibi ſoluere promiſit, non inquā
tum promiſit reſpondere. Sed dic quod pactum, inquantum or-
dinatur ad prorogandū iuriſdictionem non ſui iudicis, non va-
let abſque epiſcopo: ſed ſic inquantum ordinatur ad non declinā
dum: ⁊ ſic virtute ſolius pacti de ſoluendo poterat ibi conueniri,
⁊ coram ordinario, ⁊ coram delegato: quia ibi videtur contra-
xiſſe: ⁊ prorogatio ſurgit a lege, ex pacto de reſpondēdo, nō erat
prorogata abſq; iudicis ſui conſenſu: ſed bene poteſt coram de-
legato: q2 ibi non exigitur prorogatio, ſed ſufficit quod non de-
22 clinetur. ¶ † Oppo ſecundo quod hoc priuilegium non valet
tanquam irrationabile: vt no. de conſtitu. que in eccleſiarū. Dic
ſecundum Hoſt. q̃ cauſa conceſſionis fuit, q2 Anglici citra ma-
re habebant inimicitias, que cum hodie ceſſauit: ceſſabit priuile-
gium lxiij. diſt. cum ad verum. Dicit etiam quod dato quod nō
habuiſſent priuilegium: potuiſſent ſe iure communi tueri: vt lite
non conteſt. accidens. & de app. ex parte. Et ſic apparet ſecundū
hoc, quod exceptioni de loco non tuto poſſunt partes renūtia-
re. Dicunt etiam hic Pe. ⁊ Abb. q̃ ſi hoc priuilegiū eſſet laicis
conceſſum, quod vti illo poſſent clerici contra laicos, per regulā
23 quod quiſq; iuris. ¶ † Oppo. tertio quod per ſolum pactum de
reſpondendo non poſſit abbas conueniri: q2 penitere poteſt. ff. de
iuriſ. om. iudi. l. ſi conuenerit. cuius contrariū innuit litera alter-
natiua ibi: vel ſoluere, ⁊c. Sol. Dic quod dictio Uel, ponitur pro
Et alias pro Sed. Et hoc eſſet verum inquātum ageretur de cō
ueniendo coram ordinario, cum tunc nō ſufficeret pactum de re-
ſpondendo, cum penitere poſſet: q2 ageretur tunc de iuriſdictio-
ne danda, ⁊ non de non declinanda tantum: vnde in ordinario
exigeretur pactum de reſpondendo, ⁊ de ſoluēdo, ratione cuius
ſortitur forum, ſcilicet ex vi pacti de ſoluendo. ff. de verb. oblig. l.
qui Rome. de act. ⁊ obli. l. contraxiſſe. Inquantum autem age-
batur coram delegato: tunc ſufficit pactum de non reſpondēdo:
q2 nō agitur hic de iuriſdictione danda, quam hz ex delegatio-
ne, ſed non declinanda ex vi priuilegij, cui renunciare cenſetur, eo
quod paciſcitur de reſpondendo. Ad hoc quod no. de iudic. c. j.
Sic declarat Io. And. in addi. Spe. in tit. de compe. iud. adi. §.
24 i. ver. quid ſit pactum. ¶ † Oppo. quarto q̃ ex pacto de ſoluen-
do, vel reſpondendo, vel ex vtroq; ſimul, non poſſit hic epiſcop⁹
conueniri contra priuilegium: q2 quāq; talia imprimant iuriſ-
dictionem ordinario ratione forum ſortiri, in delegato nō videt
q̃ aliquid operentur: q2 delegatus pape nō expectat iuriſdictio-
nem aliquā a prorogatione tacita, vel expreſſa. cū illam aſſumat
a papa delegante: q2 voluntas pape ſe extēdit ſola abſq; proga-
tione de Francia in Angliam, ⁊ econtra, ⁊ etiam vbilibet. Et ne

ſuperficialis videtur ratio. Item q intentio promittentis ſoluere veriſſimiliter ſe reſtringit ad ordinarium, ⁊ non ad delegatum ad cuius iuriſdictionem veriſſimiliter ſe non obligauerat. Preterea priuilegium ne vltra mare poſſet conueniri, debet aliquid operari: ſed ceſſante promiſſione de ſoluendo vltra mare, non poterat cõueniri de iure communi: ergo vt priuilegium aliquid addat, alias agat. ff de leg. j. ſi quando. C. de inoffi. teſta. ſi quando. de verbo. ſigni. abbate. C. de theſauris. l. i. lib. x. cum ſimi. concludendum q operetur, quando ibi poterat de iure communi conueniri: quod eſt, quando ibi ſoluere promiſit. Reſpondit Innoc. q imo ratio eſt concludens: q ex quo in alterius territorio contrahit: non ſolum conſentire videtur vt ibi coram ordinario, ſed etiã coram delegato conueniatur. Quod dicit notabile Inno. Et ex hoc ſumit dietas computandas a loco contractus, vel delicti, licet non credat hoc verum. Sed dic de hoc vt dixi de reſcri. ſtatutum. §. cum autem. ⁊ de reſcri. dilectus filius. in glo. olim dicebamus. lib. vj. Secundo reſpondet q ratio concludit, q priuilegiũ ne conueniatur extra Angliam, pariter concernit cõuentionem coram delegato, ſicut ⁊ coram ordinario: ⁊ cuiuſcũqꝫ iuriſdictionem excludit. Per tale autem pactum de ſoluendo, ⁊ reſpondendo renuntiat priuilegio: ⁊ ſic coram delegato poterit conueniri, vbi ante non poterat, obſtante priuilegio: ⁊ quia ſi per contractũ renuntiet in foro ordinarij, fortius ⁊ delegati, cũ facilius tollantur talia extraordinaria, quam ordinaria. Vel tertio facit, q ex priuilegio ibi non poterat conueniri. Aut ergo ibi poterat conueniri, vnica tamẽ cauſa concurrente, ⁊ illa tollitur per priuilegium: ⁊ tunc obſtante priuilegio nũ poterit conueniri. Aut ergo ibi concurrit multiplex cauſa, ⁊ priuilegium operabitur quo ad vnam tantum, ⁊ non quo ad aliam: ſed data promiſſione de ſoluendo in delegato accumulantur due cauſe. Una, q delegatus. Alia, q ibi de iure poteſt conueniri. Poterit ergo: ⁊ priuilegiũ reſtringetur, quando adeſt ſola cauſa, q delegatus. Ad hoc de priui. c. i. lib. vj. Item facit, q priuilegium ne conueniatur, refert ad cauſam, qua nolens trahitur: non cauſam: qua volens trahi poteſt: ſed ibi trahitur, quando contraxit volens: ergo Non obſtat ſecunda ratio q priuilegium nil operetur, cum ceſſante contractu ibi non poſſit de iure communi conueniri: ⁊ ſic vt operet, loquitur, ⁊ intelligitur vbi ſoluere promiſit, ita qđ poſſit ibi de iure communi conueniri: q ſi loqueremur in ordinario, qui alias non habet poteſtatem, procederet contrarium: ſed ſecus in delegato, de quo loquitur hic, qui alias habet poteſtatem. Ad hoc declarandum priuilegium debet intelligi vt minus, quam poterit ledere, ledat ius. dummodo aliquid, quantũcunqꝫ modicum, operetur. de reſcr. cauſam, ⁊ in dubio ſi poteſt referri vt tollat cauſam competentes de iure communi, ⁊ competentes de iure ſpeciali, potius referatur ad cauſam competentem de iure ſpeciali, quam vt tollat cauſam cõpetẽtem de iure communi: ⁊ ſi concurrant due cauſe: tunc priuilegium non operatur etiã reſpectu cauſe de iure ſpeciali: q ſufficit q operetur, vel operari poſſit ſolum aſſiſtente cauſa ſpeciali. Aut ergo adeſſe poteſt cauſa ſolum de iure communi: ⁊ illam tollit. Aut adeſſe poteſt cauſa ſolum de iure communi, ⁊ ſpeciali: ⁊ illam tollit. Actu tamen non adeſt, niſi de iure ſpeciali, ⁊ illã tollit. Aut adeſſe poteſt cauſa iuris cõmunis, ⁊ ſpecialis ſimul, ⁊ actu adeſt vtraqꝫ, ⁊ neutram tollit priuilegium: q ſufficit q poteſt operari. vbi adeſt tantum actu cauſa de iure ſpeciali, vt ſic minus ledat. Ideo dicit Inno. q ſi Anglicus poteſt conueniri citra mare de iure communi, ⁊ ſpeciali, ſcilicet coram ordinario ex promiſſione de ſoluendo, et corã delegato ex vi poteſtatis pape, que iuriſdictio ſpecialis eſt, ⁊ de iure ſpeciali priuilegium nihil operabitur: ⁊ ibi poterit conueniri coram delegato: ⁊ etiam iuri ſpeciali: ⁊ hoc, q ſi priuilegiũ poteſt intelligi vt contradicat iuri communi, ⁊ ſpeciali, potius reſtringendum eſt vt contradicat iuri ſpeciali, quam communi, vt iuri non contradicat de reſcri. cauſam. Et inquantum intelligitur vt contradicat iuri ſpeciali, illud tollit, prout nudo iure ſpeciali cõuenitur. Secus ſi ius ſpeciale habet cõcurſum iuris communis: q tunc nec in iure ſpeciali priuilegium operatur. Ex quibus infert quod ſi quis habet domicilium in Anglia, ⁊ in Francia, qđ poterit coram delegato in Francia conueniri, non obſtãte priuilegio. Aut ergo in loco in poteſt conueniri de iure ſpeciali tantũ ⁊ operabitur priuilegium. Aut de iure communi tantum, ⁊ non operabitur. Aut ſimul de iure communi, ⁊ ſpeciali, ⁊ non operabitur priuilegium, nec quatenꝰ cõuenit de iure ſpeciali, nec quatenus cõuenit de iure cõi. Et eſt rõ: q vt ſic priuilegiũ nõ poteſt operari: q ſufficit q operet, qñ conueniri poteſt de iure ſpali, vt minus ledat Quatenus põe cõueniri ſimul de iure ſpeciali, ⁊ cõi, ſimiliter etiã non operatur, tum quia ius ſpeciale cõcurrentia iuris cõmunis fortificatur. de cog. ſpiri. ſuper eo. ff. de lib. ⁊ poſthu. l. filio. C. de adop. l. cum in adoptiuis. tũ q ſufficit priuilegiũ operari poſſe. vbi vnica tñ cauſa concurrit, ſcꝫ q ibi poſſit conueniri de iure ſpeciali. que ſunt notanda Per que dicit hic Hoſt. q delegatus in procedendo debet ſeruare illum ordinem, quem ſeruat ordinarius, niſi aliud dicatur in reſcripto: ⁊ ſic videtur delegatũ in pcedendo ſeruare debere ritum, ſtatuta, ⁊ conſuetudines loci, in quo delegatur. de quo de conſue. ſuper rubrica. per Innocen. xij. diſt. nos conſuetudinẽ. Per hoc puto q ſi conueniretur corã ordinario iudice, ex pacto ſolo de reſpondendo: non poſſet cõueniri: q hoc nõ ſubmittit irreuocabiliter, ex pacto de ſoluẽdo poſſet conueniri: q licet hic nõ concurrat niſi vna cauſa, q hic ſoluere promiſit: tamẽ hoc eſt iuris cõis, ⁊ ſufficit q operetur reſpectu cauſe de iure ſpeciali, vel operari poſſet. licet nõ operet actu. Item q priuilegiũ intelligitur vt non poſſit ibi conueniri inuitus: ſecus ſi volens, ⁊ ſic conuentio trahat principium a voluntaria cauſa. refertur enim priuilegium ad cauſam, in qua volens traheretur, ſcꝫ corã delegato, vbi facto ſuo non trahitur, ſed pape delegantis. Et ex hoc concluditur multiplex ratio cap. Prima, q priuilegiũ ne conueniatur, refertur ad cauſam, ne inuitus trahatur, nõ ad cauſam voluntariam. Secũda, q priuilegiũ operatur, niſi ille voluntarie renuntiet. Tertia, q priuilegiũ nõ ſe extendit ad cauſam: vbi ex multiplici cauſa poteſt conueniri: ⁊ cauſa ſpeciali fortificata a iure cõmuni, vel ex cauſa iuris cõis: q ſufficit qđ operetur in eo, qui trahi poteſt ex nuda cauſa ſpeciali. Inquantũ autẽ dictum eſt. ſ. hunc non obſtante priuilegio, poſſe cõueniri, vbi cõtraxit vere. vel ficte per ſolutionis deſtinationẽ. dicit hic Innoc. verũ eſt, ſi ibi inueniatur. ff. de eo, qđ cer. lo. l. i. ⁊ ij. de re iudi. paſtoralis. de fo. cõpe. Romana. §. contrahentes. li. vi. alſ ibi tranſmittendus eſt. ſicut dicimus in delictis, in authẽ. vt om. obe. iudi. prin. §. ij. col. v. ⁊ in authẽ. vt nulli iudi. §. ſi quis vero comprehenſorum. col. ix. ⁊ falſum eſt hodie per. §. contrahentes. vt ibi notat. Item etiam ſi ibi inueniretur, puto quod poſſet

25 cõueniri corã delegato pape: q illi vbilibet eſt ſubiectus ¶ † Venio ad glo. opp. q per reſcriptum impetratum contra predeceſſorem non cõuenitur ſucceſſor. de reſcrip. ſignificauit. maxime quãdo propriũ nomen eſt expreſſum. de offic. delega. qñ abbas. Sol. in Glo. dicit q hic ideo ſucceſſor cõuenitur, quia impetratũ fuit reſcriptum ſuper materia ſpectante ad eccleſiam: q mutuũ fuit contractũ nomine eccleſie, ⁊ ad eius vtilitatẽ. Nec obſtat expreſſio proprij nominis: q vna perſona intelligitur. Phil. dicit qđ hic erat perpetua iuriſdictio per citationẽ, vel litis conteſtationẽ. quod nõ placet Io. And. quia hic proponebatur dilatoria, que non proponitur poſt litẽ conteſtatã. de re iudi. inter monaſteriũ. C. de excep. l. fina. Ideo tene primã ſolutionẽ: q obligatio, ⁊ reſcriptio tranſit ad ſucceſſorem, ſicut ad filium, vel heredem. de ſolu. c. i. Nominum enim expreſſio non ſemper reſcriptum facit perſonale, ſicut notatur de pacto, de inſti. cum veniſſent. ⁊ l. iuriſgentium. §. pactorũ. ff. de pact. Tu dic ad c. ſignificauit. qđ ibi reſcriptum non erat fundatum ſpecifice ſuper dignitate, ſed ibi conueniebatur ex clauſula generali, que non cõprehendit ſucceſſorẽ in dignitate. de quo. ſ. de iudi. q V. Ad c. quoniam abbas. dic qđ differentia expreſſionis nois proprij, vel appellatiui procedit in materia pariter perſone ⁊ dignitati proportionabili: in improportionabili autem tantum dignitati, vt in debito, vel ſuper debito nomine dignitatis procedit quod hic. Et facit quod plene dixi in d. c. qñ abbas. ad hoc. ff. de ann. le. l. annua. ff. qñ ex fact.

25 tu. l. poſt mortem. vbi plene per Bart. ¶ † Ex his arguitur ad queſtionẽ hodie ſopitã in cle. ſi religioſus. de procur. an pcur. datus ad cauſam eccleſie tractandam duret procura. poſt mortẽ prelati conſtituentis, etiã ante, q aliquid ceperit, ⁊ ſic mãdatũ pperuauerit, tũ q cõſtitutus eſt ab eo, qui ad hoc hꝫ ptãtẽ etiã ſine cauſa: vt no. de reſcrip. edocem. Dicit In. qđ ſi cepit vti pcuratione, planũ qđ põe poſt mortẽ prelati exequi cauſam. ff. de iur. om. iu. l. ⁊ q. de offi. dele. c. ſi. Si non cepit, vt per iura predicta qđ nõ poſſit vti iuriſdictione, vel proſequi cauſam: ſicut nec delegatus vti iuriſdictione: ⁊ q iuriſdictionis, ⁊ pcurationis mandatũ ſimile videmus, vt in iuribus preallegatis. Et hoc quidam tenent ſed non plꝫ Inno. Nec obſtãt iura predicta: q illa loquuntur in delegatione iuriſdictionis ſub noie pp. io: qđ in dubio preſumitur quo ad delegantẽ: hic in pcuratore cõſtituto ſuper qõne eccleſie: ⁊ ſic noie eccleſie que nunq̃ moritur. xij q. ij. liberti. Per que dicit idẽ in pcuratoribus cõſtitutis a rectoribus ciuitatũ, ſiue ſint annales, ſiue perpetui. In procuratoribus autem cõſtitutis ad negotia, ſatis poſſet dici quod quãuis generaliter ſint cõſtituti, tñ poſt mortem cõſtituentis nõ debẽt incipere nouã cauſam. ff. de neg. geſt. l. nam ⁊ ſeruꝰ. §. ſi vno. Ad hoc de pcur. c. iij. li. vj. ſm Innocen. Hoſ. dicit, q procurator a prelato cõſtitutus, quãuis etiam litẽ conteſtatus ſit prelato viuente: tamen eo mortuo cauſam non aget, donec ſit eccleſie de prelato prouiſum: q ſede vacan. ⁊c. ne ſe. va. per totum. ⁊ c. j. ⁊ vlt. que loquuntur etiam lite

cepta. Et

cepta. Et dicit ſe mirari quando de hoc fuerit dubitatū. nec di-
catur, ibi loquitur de prelato conuento, non agēte: nam ſi vacāte
ſede non licet defendere, quod eſt fauorabile: multominus age-
re. ff. de procu. l. ſeruum quoq. §. publice. et l. omni. et l. Pompo-
nius. C. de procu. l. alienam. Jo. And. de hoc remittit ad Spe. de
procu. §. ij. ver. quid ſi aliqua. Arch. in. d. c. ſi duo. de procu. lib. vi.
dicit opi. Hoſt. veram, quando cauſa reſpicit ſolum prelatū. Si
vero ſpectat ad prelatum, et capitulum, vel ſolum capitulum, ſit
vera opi. Inno. Sed reprobata eſt opi. Inno. per procuratorē.
de procu. et approbata eſt opi. Hoſt. in hoc quod procurator non
procedit: ſed ipſe intelligit quod inſtituto prelato procedet pro-
curator ex primo mandato: et in hoc reprobatur vt ibi no. in glo.
Dicebat Hoſ. ſecundum Jo. an. dic vt ibi. ſatis poteſt dici quod
quo ad cauſas, que tractantur vacante ſede duret procuratoriū,
cum diſtinctione an res ſit integra, an nō: quo ad cauſas, que tra
27 ctari non poſſunt indiſtincte extinguatur. ¶ † Oppo. cum gl. ij.
ver. per hoc. in prin. literalis. quod non poſſunt huic renuntiare
priuilegio Anglicis conceſſo. ſ. eod. ſi diligenti. Dic, hoc priuile-
gium erat conceſſum vniuerſitati, et fundatum ſuper fauore ſin-
gulorum: qz alias dedecus non erat, ſi Anglici conueniebantur
extra locū. In contrarium priuilegium erat fundatum ſuper pu
blica vtilitate clericorum: qz decus eſt clerico vt conueniatur ali9
coram iudice ſeculari. Item ibi priuilegium eſt iuris, hoc priuile
gium eſt contra ius. Ex quo ad primū hoc eſt quod vult glo. que
dicit quod ibi erat publicum authoritate, et vtilitate. Ad cuius
declarationem quoddam eſt ius publicum authoritate, et vtilita
te: et illi non poteſt renuntiari: vt ſi paciſcar ne furti committēdi
agam. ff. de pact. l. iuris. §. pacta. Vel ſi paciſcar vt magiſtratus
nomine collegę non conueniatur. ff. de admi. re. ad ciui. perti. l. ij.
§. ius Reipublice. Quoddam eſt ius publicū authoritate, et vti-
litate priuatum, vt eſt munus tutele, vel cure. Inſt. de excu. tuto.
in prin. et pacto tolli poteſt. C. de tranſ. l. iij. et. iiij. Ideo ferijs meſ-
ſium renuntiari poteſt. ff. de fer. l. j. et conſtitutio ne vltra duas die-
tas. de reſcri. nonnulli. eadem ratione tolletur ergo ius per pactū
quo ad priuatam vtilitatem. ff. de pact. l. pactum. publice autem
vtilitati non preiudicat. eo. tit. iuris gentium. §. ſi paciſcar. quod
28 dic vt in contrario no. ſecundum Hoſtiē. ¶ † Oppo. quod alibi
contrahens nedum in loco contractus poſſit conueniri, ſed etiā
domicilij. ſ. c. pe. Glo. fatetur, et dicit ꝙ electio eſt creditoris. Di-
cit tamen Jo. And. ꝙ carere dicitur, ſi vnum iudicem eligit, vel
eligat aliū, ſi non vult cadere a cauſa. C de aſſer. tol. l. vnica. ad ſi.
de quo. ſ. de reſcri. c. ſi. et eſt glo. de pur. ca. c. ſi dilectus. in gl ſi. Glo.
in. c. ex tenore. de reſcri. dicit ꝙ nō cadit a cauſa regulariter. Fallit
in caſu illius legis fauore libertatis: et hoc eſt tenendum. Eſt ta-
men verum, ꝙ ſi quis habeat delegatum, vel ordinariū, p actio-
nem coram ordinario perdit poteſtatē delegandi: vt no. glo. in. d.
c. cum dilectus. in gl. ſi. et tenet Spe. adito ordinario iudice, et lite
conteſtata. in tit. de lega. §. item finitur per lit. conte. quia reus de
facili, ex. c. xxv. diſt. ab exordio. et p l. vbi. ff. de iudi. de quo ibi Jo.
And. remittit ad no. ſuper dicta glo. ſi. et de accu. ad petitionem.
ſuper magna gl. Et ibi no. ꝙ licet per aditionem ordinarij impe-
trans adeundo perdat literas, non perditur delegata per actio-
nem coram ordinario per eum, cōtra quem eſt facta impetratio.
Inquantum gl. dicit electionem iudicis fore actoris, tene gl. li-
cet quidam dicant demum in ſubſidium adeundum iudicē do-
micilij. quando non inuenitur in loco contractus, et ibi non ha-
bet bona. De hac materia in Spe. de compe. iudi. adi §. j. verſic.
29 xxij. vbi de hoc. ¶ † Vltima gloſſ. in principio, literalis eſt clara.
Quero tamen cum ea in ver. ſed quare. alias, qualiter. quomodo
probetur intereſſe. Glo. dicit ꝙ expenſe probantur per iuramen
tum, taxatione premiſſa, ſecūdum formam. l. ſancimus. cum aut.
ſua. C. de iudi. Sed dāna ſi debentur ex delicto, idem. C. vnde vi.
ſi quando, ſ. quod me. cau. c. ſi. Si autem petantur ex contractu,
debent probari p teſtes, vel alias probationes. Inquantū gl. de
expenſas probari per iuramentum. Doc. dicunt hoc verū quo
ad expenſas factas lite pendente. De factis autem ante litē di-
cunt quod petuntur vt intereſſe: et ſic probantur aliter, quam per
iuramentum. de fideiuſ. peruenit. et c. conſtitutus. et per iura, que
allegat gl ad hoc. ff. de pact. l. in argentarijs. §. cum autem. ff. ad
l. aquil. l in lege Aquil. ſecundum Hoſ. Nec obſtat quod intereſſe
hoc petatur ratione ambigui, et ſic probabitur per ſacramentum
in litem: vt. l. in actionem. ff. de in lit. iur. qz ad hoc reſpondeo vt
in Summa de ſen. exco. §. quis ſit effectus. ſub. §. ſz et qi. et de iu-
reiur. ſub rubrica de iur. in lit. §. propter que. et §. in quibus ſecun
dum Hoſt. et vide in Spe. de fruc. et intereſſe. §. ij. ver. et vt hic arti
culus. ad hoc de in integ reſti. c. j. Secunda reſponſio eſt ꝙ ſacra
mentum in litem defertur ad probandum intereſſe reſpectu af-
fectionis: hic loquitur de alio intereſſe, ſcilicet vero precio. An-
tonius de Butrio.

1 ☞ Clericus ſine dioceſani licentia nō poteſt ſe ſubmittere iu-
riſdictioni non ſui iudicis etiam clerici nu. 9.
2 Iuriſdictionem habere poteſt eccleſiaſticus epiſcopo inferior.
3 Iuriſdictio licet pacto non cum parte irreuocabiliter non pro-
rogetur: tamen per actum ſubmiſſionis prorogatur coram iudi-
ce factum.
4 Prorogationis actus quo ad iuriſdictionem poteſt fieri, ſi non
ſoluerit.
5 Prorogari vt legitime poſſit iuriſdictio, que requirantur.
6 Prorogari poteſt iuriſdictio in aliquem iudicem non ſuum.
7 Prorogare poteſt laicus iuriſdictionem in iudicem non ſuum.
8 Iuriſdictionem quare clericus non poſſit prorogare in iudicem
non ſuum.
9 Iuriſdictioni alterius poteſt papa ſe ſubmittere.
10 Iuriſdictionem prorogare non poteſt laicus abſq; licentia ſu-
perioris.
11 Iuriſdictionem prorogat clericus in non ſuum iudicem clericū
tacite contrahendo.
12 Prorogandi iuriſdictionē in iudicem clericum an inferior epi-
ſcopo poſſit dare licentiam clerico.
14 Clerici conſentientes in iudicem non ſuum an cadant a iure ſuo.
15 Sententia lata in clericum voluntarię litigantem per iudicē non
ſuum an valeat.
16 Iuriſdictionem poteſt clericus prorogare in iudicem non ſuum
ſine licentia epiſcopi.
17 Iuriſdictionem iudicis laici an poſſit clericus prorogare epiſco
pi conſenſu.
18 Clericus an et quando coram non ſuo iudice poſſit clericus con-
ueniri.

17 ſidẽte cũ viro. ¶ † Uenio ad ſcðm, quis ſit effectus, quẽ ſortiri forũ ratione, domicilij. Dic. magnus: qr ibi p omni delicto, ⁊ ɀcitu vel quaſi, poterit cõueniri, ⁊ citari, etiã ſi ibi nõ inueniat. Ideo iudex domicilij habet pſonã ſubiectã, vbicũqʒ ſit. ⁊ dicit hic eſt for⁹ naturalis. Per q̃ cõcludit qđ de delictis alibi cõmiſſis vl i cũqʒ põt i loco domicilij cõueniri: qđ nõ eſt, ſi aliter forũ ſortiat: vt. l. i. ⁊. ij. ⁊ aut. qua i puincia. C. vbi d cri. agi opor. ĩ. e. cũ cõtingat. ⁊ hic. ⁊ d rap. c. j. Sic ⁊ cõuenit i loco domicilij de ɀctib⁹ alibi geſtis. ĩ. c. dilecti. Et hec eſt veritas cuiqʒ nota: alias hic forũ ſortiri ratiõe domicilij, ſi ibi exigeret cõtract⁹, vel delictũ, ſupflue ret, vt dicit Jo. Cal. i c. j. de ra. i. vj. q. Hoc verũ quo ad domiciliũ qđ ſortiſ tpe delicti: ſed ſi poſtea mutaret domiciliũ, nõ poſſet ibi cõueniri pro delictis preteritis. Ad hoc. ff. de noxa. l. delictis. §. ſi extraneus. ff. de iudi. l. heres abſens. §. ſi. no. Bal. ſecus in ɀctibus ſcðm eũ. Hoc nõ puto: qr ex quo ibi eligit domiciliũ, ſubmittit ſe p cõtractib⁹ p̃teritis: qr iura indiſtincte loquũſ. Ad hoc l. iuris ordinẽ. C. d iur. om. iu. Et an puniat ſcðʒ ſtatuta ppria, an ſecũdũ ius cõmune, an ſcðm ſtatuta loci delicti, dixi ĩ. cõſt. vt animarũ. lib. vi. ⁊ vide in. c. paſtoralis. d re iudi. i dc p Pau. ⁊ per Bar. in. l. cunctos populos. de ſum. trini. ⁊ ſi. ca. Inquãtũ dixi ſibi deliquẽtẽ poſſe puniri in loco domicilij, limit at hic Jo. An. poſt Odoſ. in addi. Spe. §. ſi. v. vj. ratione criminis. in v. ſed qđ ſi cõueniatur. i additione, que incipit, longe prius diſputauerat. Odoſ. ⁊c. Hoc pcederet, quãdo pcedit via accuſationis. Sec⁹ dicit vbi proceditur p viã inquiſitionis, vbi principaliter iudex intendit intereſſe vindicte: quia ſua nõ intereſt, ex quo ibi nõ deliquit in ſuo territorio: ibi enĩ poteſt cõueniri, non ex eo ꝙ deliquit, ſed ex eo qđ ibi ſortitur forũ: ⁊ ſic audire debet accuſantem, ⁊ ex eo capite punit illũ, ſi delictũ probetur: ſed inquiſitio delicti principaliter cõcernit delictum: quod non contingit iudicem ex quo alibi eſt cõmiſſum, ⁊ iura canonica, que latius promittũt inquiſitiones, dicit quod procedunt in ſuo foro per quod videt ſentire hãc limitationem procedere demum ſecundum iura ciuilia. Placet mihi dictũ Odofre. inquantum de iure ciuili nõ poſſit ex officio procedi: ſed dato qđ ſumus in caſibus in quibus poſſit, credo quod ſicut poteſt accuſari corã iudice domiciliata ⁊ ibi poſſit inquiri ex officio. Cauſa enim quare in loco domicilij poteſt accuſari, licet alibi delinquerit, eſt qr vbicũqʒ delinquat. ſubiectus eſt iudici domicilij. Et hec rã locũ habet, ſiue p inquiſitionẽ, ſiue p accuſationẽ procedatur. Ite quia ſicut intereſt iudicis delicti purgare prouinciã malis hominib⁹, vt. l. cõgruit. ff. de officio. preſidis. ita intereſt iudicis domicilij caſtigare ſubiectos, ⁊

lectos, ⁊ purgare prouinciã ſuã talibus, licet alibi deliquerint: vt. ol. cõgruit. Ad hoc. l. pſes. ff. de offi pſi. Uide Bar. ff de offi. pſi l. oſeſes ⁊ remittit ad no. per ſe in. l. fi. ff. de iur om iudi. ⁊ dt Cy. diſputaſſe in ciuitate Senarũ: ſʒ ibi nihil dt, in l ſi vnde hec limitatio nõ placet. Alius effectus, q: exiſtentẽ extra territoriũ poterit citare, ⁊ in cõtumaciã conſtituere, etiam quo ad effectus perſonã oſtringẽtes, vt de delicto, ⁊ obligatione pſonali poſſit cõdẽnari: vt not. de fo. compe. Romana. §. contrahentes. Z. c. cũ cõtingat. Et eſt cã, q: perſonã vbilibet habet ſubiectã. Quod ſecus eſt in alijs modis forũ ſortiri. ſ. ratione contractus, vel delicti: q: ſubijciunt̃ inquantũ reperiunt̃, vel ſicut in limitibus territorij delinquẽtes, ſeu delicti. Ex his pʒ an poſſit eũ excõmunicare exiſtentẽ extra territoriũ. Jo. tenuit ꝙ ſic. ix q ij cpm. xi. q. iij. ſi epo. xvij q. i. ſi qs preſbyter. ⁊. c. ſi qui vero. Ad hoc. ij. q. ſ. omnipotens. de app. cũ ſit Romana. ad fi. de cle. excom. mi. ad apoſtolice. expreſſum de cle. nõ reſi. ex tuę. tʒ Jo An de fo. cõp. Romana. §. ↄtrahẽtes li. vi. Jtẽ Jnn. de vita preterea. Jo. Cal. etiã in idem inclinat, maxime vbi per iudicẽ propriũ eſt requiſitus, in. c. i. de rap. licet inuolute loquat̃. Paul. de Liaza. in cle. paſtoralis. de re iudi. tenuit contrarium: q: talis ſnia, vt trahens ſecũ executionem. non poteſt ferri in exiſtentẽ in territorio alterius, ſicut nec actualr̃ exeq. Z. c. poſtulaſti. alias p caſu. c vt animarũ. §. i. de cõſti li. vi. l. oicẽs hãc potiſſime cauſam quare ibi nõ valeret ſnia: q: in exiſtẽte extra non poteſt aliquid exequi: ergo nec ſententiare, qd habeat in ſe incluſum execõni. Fatetur ꝙ ſi vinculum nõ iniͨiatur immediate ex vinibus ſententie hominis, ſed ex vi ſnle iuris propter ſententiam, vt ſunt ſententie, que late ſup crimine infamant. ff de his, qui no. inf. l. furti. iij. q. vij. §. porro. ff. de poſtu. l ex ea. q: tũc ſit immediate a iure, qd vbilʒ et hʒ poteſtatẽ. Cn. opinioni adherere videt̃ Calde. inquãtum requirit preuentionẽ excitatione, vel ſaltẽ ꝙ a iudice ſuo citetur. Adhereo prime opi. q: nõ deficit hic propter citationẽ: q: cum vbilibet ſit ſubiectus iudici domicilij. põt requiri, ⁊ in cõtumacia cõſtitui. vbicunqʒ ſit, vt veniat ad locũ domicilij: ⁊ ſi non veniat, ibi dr̃ deliquiſſe, ⁊ cõtumax eſſe. Non ob defectus poteſtatis exequẽdi: q: id procederet in executione actuali, in qua deficit ptãs: q: reo alibi ſita nõ eſt ei ſubiecta, ⁊ per quã turbat iudi-
8 cis iuriſdictio ¶ † Due enĩʒ cauſe ſunt impedientes executiõis actũ in territorio alterius, defect⁹ ptãtis, ⁊ turbatio iuriſdictionis, que hic ceſſant: q: poteſtas non deficit in perſonã ſubiectam rõne domicilij, vbicunqʒ ſit. Qd patet, q: de delicto alibi cõmiſſo põt in ſua dioceſi cõueniri. Nõ deficit etiã propter turbationẽ iuriſdictiõis: q: ex tali vinculi iniectione inuiſibili, ⁊ per qd ſpũalis ligat̃. nulla ſurgit turbatio iuriſdictiõis: vnde in his, q̃ ſunt voluntarie iuriſdictionis, vbi locus nõ eſt de ſubſtantia, qs poteſt exercere que ſunt voluntarie iuriſdictiõis: q: per hoc non turbat̃ iuriſdictio alterius. ff. de adop. l. emãcipari. cũ gl no. de offi. ode. nouit. Secus ſi actu aliter vellet exequi, eũ capiendo, vel occidẽdo: q: nõ poſſet eſſe abſqʒ turbatiõe iuriſdictionis: ⁊ de hac loquit. c. poſtulaſti. ⁊ l. cũ vn⁹. §. ſi. de bo. aut. iu. poſ. ⁊ qd no. in. §. contrahẽtes. Nõ ob. c. vt animarũ. q: ibi ſtatuens non ſolũ agebat vinculũ iniicere, ſed etiã agebat cauſa ſentẽtie ex facto in alieno territorio originarie. qd nõ põt: q: ſna nõ intereſt facta alterius dioceſis ſuas per ſnias cõdẽnari: q: licet ibi ſit ſubditus, ⁊ ipſum punire poſſit de facto ibi commiſſo, punire põt vt executor pene a legibus ſtatu, vbi deliquit, imponende: nouas penas inducẽdo: q: ſic alienam purgaret prouinciã: qd ad ipſum nõ ſpectat: vt. l. cõgruit. de offi. pſi. Cõcludẽdo ergo aliquos caſus, ſi agit iudex domicilij cauſaʒ ſnie originare ex facto affirmatiue in limitibus alterius territorij, ⁊ vinculũ ſententie iniicere non poteſt, vt dixi, ⁊ eſt caſus in. §. ſtatuto. ſi agit cãm originare ex nõ facto in limitibus proprij territorij faciendo poteſt cauſam ſnie originare ⁊ ſnle vinculum iniicere in ſubditum, etiã extra territorium, vt eſt caſus de cle. nõ reſi. ex tue. q: ibi delictũ negatiuũ eſt cõmiſſum, vbi contrariũ affirmatiuum erat exequendũ. l. deſertores. §. qui ſtatiõis. ff. de re mi. per que dicit Bart. locũ ponendũ in libello, vbi affirmatiuũ erat faciendũ: q: ibi deliquiſſe videt̃: vt in maſſariis no denũtiãtib⁹ maleficiũ, locus palatij, vbi denũtiare debebat, eſt locus delicti cõmiſſi: ponit hic in. l. libellorũ. ff de accu. Si agit vinculũ iniicere, ⁊ cãm originare ex nõ facto faciẽdo in alterius territorio. nõ põt: ideo nõ poſſet excõmunicare ſubiectũ non ſoluentẽ in futurũ debita ſua Peruſij Ad hoc. ff. de inter. ⁊ rele. l. relegatorũ. in prin. ⁊. §. ſicut aũt. cũ ſimil. Si tñ cauſa originata in limitibus proprij territorij, vel ẽt in limitibus alterius ex cã orta a legibus territorij, vbi actũ fecit, velit ſolum vinculũ iniicere, ſatis puto ꝙ poſſit, per preallegata, ſiue illud vinculũ ſurgat immediate ex ptãte iuris, vt voluit Paulus, ſiue hominis: q: lʒ actu nõ poſſet exeq, põt ſic in intellectu. Et hoc eſt, qd voluit dicere Hoſt. de app. paſtoralis. ꝙ huic cenſure facilius apprehẽdũt, q: ea nũtiũt in anima, ⁊ facilius talia

comprehendunt̃, quã exequantur. Nam comprehendendo animo regẽ Francie. quẽ actu comprehendere non poſſet inquantum diſtantẽ: ſic facilius trãſeũt, ⁊ penetrat illo ſunt tales executiones: vt no. de ſen exõ venerabilib⁹ l. vi. ⁊ per Jnn. de app. preterea. Ex hoc decidit̃ dubiũ de ſubiecto ratione domicilij, q iurauit forenſi ſoluere vſuras, an illũ poſſit abſoluere. Eã in practica habuit Z. apud aduocatus Flo. vt patet ſua x. alle. vt ꝙ nõ: q: agit̃ de tollẽda obligatione, q vinculũ ptendit in abſente: ⁊ ſic ſentẽtiat, ⁊ exequit̃ extra limites ſue poteſtatis. Decidit cõtra: q: hic agit̃ de ſola exoneratiõe ↄſciẽtie ſubiecti, cuius anima eſt in manibus iudicis domicilij: vt pʒ de offi or. irrefragabili. Jtẽ hec obligatio non ligat eũ parti, ſed Deo: q: inquantũ ordinaret̃ in parte, turpe foret ex parte ſuſcipientis: ⁊ ſic nõ obligaret. de iureiur. debitores. Jdeo illam obligationẽ tollere põt, q̃ reſidet in ſolo ſubiecto, ⁊ in Deũ, q: Deus vbilibet eſt. Jtẽ ex quo ipſe eſt debitor, ⁊ principalis reus, actor quo ad cãm illã tangẽtẽ reũ ſortit̃ forũ iſtius. Poteſt ergo abſoluere, maxime vbi ad finem firmande exceptionis peteret abſolui. ar. eius qd no. poſt Bart. in. c. ſi clericus. ad ſi Z. e. ti. dixi de hoc. Z c. poſtulaſti. Sed eſt dubiũ qd de domicilio rõne originis, an qs dicat ſortiri domiciliũ in originis loco: queſtio eſt lõga, de qua plenius dicam, vbi gl. tãgit in. c. accedẽs. ĩ. vt lite non conte. Cõmunis opi. ꝙ in loco originis proprie paterne, vel aurẽ, quo ad qd quis forũ ſortit̃: ſed an quo ad facultatem conueniendi, concluſio eſt Jac. de Are. ⁊ Bar. qui dicũt recitãt, ꝙ ſortitur domicilium, vt ibi poſſit cõueniri etiam de alibi geſtis, ſi tñ ibi inueniatur. De hoc de parocch. c. ſi vbi gl. ⁊ vide gl. de tẽpo or. c. i. li. vi. in verbo, oriundus. ⁊ p gl. ⁊ doc. de legati. l. ſi quis. li vi. ⁊ per Jo An. in Spe. de cõpe. iudi. adi. §. i. ver. gliij. p Cy. in l. ij. de iur. om iud. dicã in. d. c. accedẽs. Et propter hec dicit gl ꝙ appellatione domicilij in prĩa ſignificatione accipimus domicilium rõne habitationis, ⁊ nõ rõne originis. Dicit gl in. c. ſtatutum. §. cũ aũt. que incipit, olim dicebatur. no. ad ſi Et hec ſufficiãt de tribus principalibus modis forũ ſortiri. De alijs vide ad ſatietatẽ in glo. l. heres abſens. ff. de iud. plene per Bar. ff. ad munici. l. i. pleniſſime vide p Spe. in ti. de cõpe iudi. adi. per totũ. ¶ Sequit̃ quartus modus forum ſortiri. ſ. rõne rei ſite. Circa que quero de pluribus Primo, qñ quis dicatur forũ ſortiri ratione rei ſite. Secundo, que requirant̃ vt quis dicatur forum ſortiri ratione rei ſite. Tertio, quis
19 ſit effectus ſortiri forũ ratione rei ſite. ¶ † Ad primum dic, qñ quis conuenitur de re, vel poſſeſſione rei alicubi ſita, ve litera dicit. Nã eo ꝙ reus eſt ibi, forũ ſortiri cenſet̃, ⁊ de illa ibidem poſſit
20 conueniri. C. vbi in rem actio. per totũ. ¶ † Ad ſm, que requirantur vt quis dicatur forũ ſortiri ratione rei Primo exigit ex parte rei conuenti, ꝙ conueniat̃ vt poſſeſſor, vel rei detentor, vt patet hic Secũdo ex parte actoris ꝙ agat reali, vel agat mixta actione, hoc eſt, actiõe ſcripta in rẽ. vel in ſe habẽte preſtationes perſonales, vt interdicta, que dant̃ contra detentorẽ, ⁊ ratione delicti, ſpoliationis, vel turbationis. patet. C. vbi de poſ agi oportet. l. i. Perſonali aũt conuctus. licet ad rem conueniat̃. non dr̃ forũ ſortiri in loco rei ſite: q: ibi in illa, que ſequitur perſonam. l. iij. § heres. ff ad Treb. ⁊ non remiter. l. ij. ff. de contra. emp. nõ ſortit̃ forum: ⁊ poteſt conueniri ſolũ in loco domicilij. Ad hoc. ff. de cenſi. l. forma. ⁊ qd. ĩ. no ad hoc qd no. Jnn. Z. c poſtulaſti. Tertio ex parte rei, ſi eſt immobilis, planũ ꝙ quis ſortit̃ forum: ſi eſt mobilis, gl. tãgũt in l heres abſens. ⁊ in l. ſi. C. vbi in rẽ ac. Dic, vbi res mobilis incepta eſt poſſideri. poteſt cõueniri: vt. ff. de iudic. l. ⁊ legationis. Si tñ cõueniť rõne poſſeſſionis, nõ: q: ſic niſi ter cepit poſſidere: ſi aliter ibi forũ ſortit̃, his poſſit excludi exceptione, vt vbi cõueniť in cõi patria, vt Rome adhuc p poſſeſſionem mobilis excluditur priuilegiũ. ff. de iudi. l. nõ aliter. §. i Si alias nõ ſortit̃ ibi forũ, ⁊ illas ibi tenet vt viator, vel in cuſtodia trãſitoris, vt in ducẽte mulũ per ciuitatem. ff de pig. ſi debitor. de legã. iij. in. l. ſi fundus. ff. de reli. l. ſi qs eo animo, ⁊ hoc, q: res non vr̃ eſſe vbi eſt, ex quo ibi non eſt cauſa perpetui vſus. l. ex facto. §. verũ Jcalicarũ. ff. de here. inſti. Si eſt ibi cauſa perpetui vſus, ibi ſortit̃ forum. l. ſi. C. vbi in rẽ act. nõ. lʒ ſint opi Cy. tʒ hoc, ⁊ Bar. Bal. de Cu. ad hoc. l. nõ aliter §. viti ⁊ l. qd legat̃. §. ſi autẽ. ff de iudi. ad hoc. l. ij. ff. ⁊. C. de ver. ſig. l. queſitũ. de lega. iij. cum ſi. Ad hoc que dicimus in contractu: nam non conuenit̃ quis ratione contractus, niſi ibi aliquam traxerit morã, ⁊ ſic nõ ſit omnino viator. ff. de iud. l. heres abſens. §. i. ⁊ dixi. Z. ſic ⁊ erit hic in re rõne rei. Et hãc opi. ſequit̃ hic Jo. An. ⁊ in addi Spe. l. ti. de cõpe. iudi. adi. §. i. ver. xx. vbi allegat plene p hac api. ⁊ p opi. ꝙ ſortiatur, vel non ſortiatur ratione rei mobilis An autem ſi perſona eſt idem quod res, pro qua, ⁊ contra quam agitur, vbi perſona dicatur forum ſortiri, vide. C. vbi de cauſa ſtatus per totũ. ⁊ vbi occu. vel cohor. etiam per totum. ⁊ per Jnn. Z de ſeruis non or.
21 de ſeruorũ. ¶ † Ad vltimũ de effectu forum ſortiri ratione rei, pie ꝙ magnus: q: iudex rei ſite pot in contumaciam conſtitue-

re, ⁊ citare ibi rem habentẽ, etiã alium de quo ad finẽ diſtringen
di rem, vt mittendi in poſſeſſionẽ, vel decernẽdi de ea: ⁊ alio non
obuiante, vbi agereť reali, etiã ſententiare poſſet diffinitiue ſu-
per ea etiã cõtra exiſtentẽ extra diocesim: q: non agit diſtringere
perſonam, ſed rẽ: poſſet etiam onera reali rei imponere, alio non
repugnante: vt no. ẽ. eo. poſtulaſti per Inn. Quo ad finẽ autem
diſtringẽdi perſonã, nõ: q: perſona non eſt ei ſubiecta, niſi per re-
ſpectũ ad rem. Si tamen citatus vbi ſortiť forum rei eſſet contu-
max in non parendo iudici, etiã preuẽtus: ſatis puto ipſum poſ
ſe excõmunicari, in quantũ foret preuentus ante diſceſſum terri-
torij: ſed exiſtens extra tẽpore requiſitionis, nõ. Ad hoc qđ no.
ẽ. c. poſtulaſti. per Inno. Item eſt effectus: q: iudex rei ſite põt
exequi. imo debet, ⁊ a ſuperiore poſſet compelli ſententiam exe-
qui ab alio latam ſuperre, que eſt in ſuo territorio: vt. ẽ. eo. c. po-
ſtulaſti. ff. de re iudi. a diuo Pio. ver. ſentẽtiã Rome dictã. Itẽ
alius eſt effectus, vt olim dicte in delegato cõputareń a loco rei
ſite. de reſcri. dilectus. ſ. de excep. cũ olim. ⁊. ẽ. c. ex parte R. Itẽ
eſt alius effectus: q: etiã ſi in loco domicilij agať de re alibi ſita,
licet quo ad preparatoria iudicij cauſa debeat tractari ſm ſtatu-
ta loci iudicij. vt. l. ſi tamẽ. ff. de teſti. tamẽ quo ad deciſoria ſerua
buń ſtatuta loci rei ſite. ff. de euic. l. ſi fundus. C. de preſcri. xxx.
an. l. ſi. ff. ſi ſerui. vẽdi. l. venditor. §. ſi cõſtat. Ad hoc qđ no. in. l. j.
C. de ſum. tri. ⁊ fide ca. xi. q. ij. nos conſuetudinẽ. ⁊ de cõſue. ſuper
rubri. poſt Inn. ⁊ Cõpo. ⁊ hoc tenet Gul. in. l. ſi. C. vbi in rẽ actio.
Nũquid aũt iudex domicilij iudicet ſm ſtatuta loci delicti: dixi
in repetitiõe. §. ſtatuto. decr. ij. de conſti. in. vi. ⁊ per Pau. in cle.
paſtoralis. de re iudi. in cle. nõ inſiſto in iſto. Et hec ſufficiant de
ſpãlibus, ⁊ cõibus modis forũ ſortiri. Alios particulares mo-
dos, quos proſequiť Spec. ⁊ de profeſſione aduocationis, ⁊ de
actu adminiſtrationis generalis, ⁊ quos ẽt tangit Bar. in. l. j. ad
munici. de quibus in Spe. de cõpe. iud. adi. §. j. per totũ, nõ pro-
ſequor: q: omnes illi ad iſtos modos reducibiles ſunt. Nũquid
aũt ex ſolo domicilio acquirať ciuilitas, ⁊ an eo ꝙ habet domi-
cilium, dicať ciuis, vel incola: ⁊ quot modis inquirat ciuilitas: ⁊
qđ de clericatu: qđ de baptiſmate: qđ de collata dignitate, vel
bñficio alicui: qđ de capitulo alicuius eccleſie: an dicať ciuis: ⁊
qđ de ibi creato: ⁊ qđ de aliũde ibi trãſlato: an tales actus faciãt
quẽ ciuẽ: ⁊ quid de natis in cure. ⁊ de curalibus natis in ciuita
te, vide pleniſſime p Bar. in. l. j. ff. ad municip. ꝗ curioſus poſſet
hic trahere: ſed vt nõ opportunũ hoc omitto ad preſens. Nun-
quid autẽ ſi qs eſt effectus ciuis ex priuilegio, ſubmittať huic
foro, vt ibi poſſit cõueniri, vide p Gui. de Suz. C. de legi. l. qđ fa-
22 uore. ¶ † Reſtat deſcẽdere ad ſpeciẽ fori generalis: nã ſunt ſpe-
cies fori ſpecialis, ⁊ de his actũ eſt. Eſt ⁊ ſpecies fori generalis: ⁊
de hac vidẽdũ. Nam gñaliter ſortiť quis forũ in loco ratione cõ
munitatis patrie, vel cõis ſuperioris, vt eſt Imperator quo ad
clericos. Ad qđ declarandũ primo q̃ro quare quilibet in ciuita-
te Romana põt conueniri. Secũdo, an in cõi caſu poſſit quis
23 ibi effectualiter conueniri. ¶ † Ad primũ dicit gl. ꝙ coram pa-
pa ⁊ Imperatore põt quilibet cõueniri: q: tales ſunt iudices cũ-
ctorũ. Imperator laicorũ, ⁊ papa clericorũ, ⁊ laicorũ in caſibus
tertiis. ix. q. iij. cũcta. ⁊. c. per principales. ⁊ ꝙ Roma cõis eſt pa-
tria. ff. ad muni. l. Roma. Idõ qlibet ibi rñdere teneť. Puto ꝙ in
Roma poſſet qs cõueniri aliũde corã Imperatore, qñ ibi tenet
tribunal vniuerſale. Ideo cũ hodie ibi nõ teneat, q: papa habet
ſpeciale dominiũ Rome, vt de ele. fundamenta. nõ credo laicos
24 ibi poſſe de alibi commiſſis puniri. ¶ † Ad ſcđm an omni caſu
poſſit qs in tali foro cõueniri. Dic ꝙ regulariter ſic, niſi habeat
priuilegiũ reuocandi domũ, ⁊ de eo opponatur: procedit enim
omni caſu iuriſdictionis exercitiũ, niſi aliud opponatur, ex quo
ſupponiť habitus iuriſdictionis: vt not. Inn. de offi. dele. cũ ſu-
25 per. ¶ † Et circa priuilegiũ reuocandi domum ſunt plura vidẽ-
da. Primũ, qñ habeat hoc priuilegium, ⁊ qñ non, ⁊ in quibus
cauſis, ⁊ in qbus non. Secundo, dato ꝙ habeat, qñ hoc priui-
legium finiať. Dic ꝙ habet hoc priuilegiũ, ſm gl. quando eſt ad
curiam vocatus propter aliam cauſam ex priuilegiatis, puta ex
alia cã neceſſaria: vt ſi vocatus eſt pro publica vtilitate. in aut.
de ſanc. epi. §. ſi vero epiſcopi. Vel quando vocatus eſt cauſa te-
ſtimonij, vel qñ iudicandi, vel qñ cauſa appellationis proſequẽ-
de, vel qñ cauſa tutele reddende. Itẽ non ſolũ legati pro publica
vtilitate habẽt hoc priuilegium, ſm Inn. ſed ⁊ propter vtilita-
tem particularẽ ſeruatam: vt ſi prelatus iuerit propter negotia
ſue eccleſie, vel ciuitatis: vt. d. §. ſi vero epiſcopi. ⁊ legatũ appel-
lat etiam Inno. qui hoc priuilegio gaudet, non ſolum miſſum a
ciuitate, ſed Imperio, vel a quocũqz qui miſſus eſt etiã vt pro-
curator. ad cãm ab eo, qui ei imperare poteſt, vt eſt ſnus epiſco-
pus. in aut. de ſan. epi. §. reuerẽdiſſimi. col. ix. Nam quicũqz p ne
ceſſaria cã mittit, vel vadit ad curiam, habet priuilegiũ reuocan
di domũ. ff. ex quib. cau. ma. l. q mittunť. Plus dicit gl. in. l. ij. in
§. in legatis. qđ etiã põt, qui vadit Romã ad videndũ filium in
ſtudio, gaudet hoc priuilegio. l. nec nõ. ff. ex qui. cau. ma. Per q̃
dicit Bar. tales, qui hñt hoc priuilegiũ. vt peregrini. ⁊ pater q
venit ad videndũ filiũ, gaudẽt hoc priuilegio, vt nõ poſſint con
ueniri pro repreſaliis, ſicut nec filius. Idẽ dicit de aliis attinen-
tibus. Qđ no. per aut. habita. C. ne fi. pro pa. que extenditur ad
tales. Stet regula ꝙ accedens pro neceſſaria cã ad curiã, gaudet
priuilegio reuocãdi domũ, vel pbabili, ⁊ quaſi neceſſaria, dum-
tamẽ nõ ſit omnino volũtaria, ſm Inn. Et quaſi neceſſariã ap-
pellat, qñ venit cauſa appellationis proſequẽde: quã licet nõ te-
neať ex neceſſitate preciſe proſequi, ſi tñ ipſam nõ proſequať: ex
rata manet ſentẽtia: ideo hec cauſa preciſa reputatur. Idem eſt
in reo vocato ad iudiciũ: vt in. §. in legatis. Per q̃ patet quid in
veniente ad curiã cauſa petende reſtitutionis contra ſententiam
in ſe latam. Quidã ꝙ nõ gaudet priuilegio: q: ⁊ ſi cauſa ſit pro-
babilis, eſt tñ omnino voluntaria, nec eſt neceſſaria, vel quaſi ne-
ceſſaria: ⁊ talis de nouo agit, ſm Inn. ⁊ ſecundũ Hoſt. cauſa nõ
eſt ſic per appellationem ad curiã deuoluta, nec ſententia ſuſpẽ-
ſa, ſicut per appellationẽ ſuſpendiť. ff. ad Turpil. l. j. in fi. Itẽ eſt
alia ratio, q: appellatio iniquitatis ſentẽtie q̃relã continet, que
appellãti imputari non põt. Vnde ipſam proſequitur ex cõmu-
nicatus ne preualeat iniquitas equitati. de excep. cũ inter. cũ ſimi.
Petitio vero reſtitutionis in integrũ continet petitionẽ venie
proprij erroris, q merito imputari põt petenti. Ad hoc. ff. de mi
no. l. prefecti. Ideo q: aliquando impugnat, nõ habet hoc reme
diũ, licet habeat quãdo ſe defendit. Dicunt tamen quidam ꝙ
licet predicta procedãt quo ad iuris ſubtilitatẽ, non quo ad veri
tatẽ. Ideo hac veritate inſpecta, cui fauent canones. de dolo. c. j.
dicendũ ꝙ ſi ſententia eſt lata a iudice, qui poſſit reſtituere, non
habet priuilegium reuocandi domum, cum voluntarie veniat:
ſi eſt lata per iudicẽ, qui non poſſit reſtituere, nec patet remediũ,
vel non cõmode circa ſedem apoſtolicam, vera eſt ſcđa ſenten-
tia: q: paria ſunt, non poſſe, vel non commode. ff. de verb. ſign. l.
Nepos Proculo. de vita. c. ſi. de elect. q: propter. Qui vero ſint
iudices, qui poſſint reſtituere, habetur de in integ. reſtit. cauſa.
Fallit hec regula primo, qñ cauſa eſt talis, que celeritatem deſi-
derat, vt eſt cauſa electionis, vel alie, que ſunt tẽpore perituie. In
talibus enim quis non habet ius reuocandi domũ. ff. de iudi. l.
ij. §. pen. ⁊. l. ſi. §. ſi edium. ſ. de app. obligate. ff. de fer. l. j. §. excipiũ
tur. ⁊. l. ij. ⁊. ſ. de fer. c. ſi. Quod temperat verũ Inn. quando agi-
tur de electionibus prelatorũ: ſecus poſſet dici in electionibꝰ ca-
nonicorũ, in quibus non eſt tanta celeritas, nec tantũ periculũ.
Secundo ceſſat priuilegium ſm quoſdam, quando quis volun-
tarie accedit vt actor ad litigandum in curia: vnde dicũt ꝓpter
vocationes ad cauſas habere quẽ priuilegiũ, quando accedit vt
reus: ſecus ſi accedat vt actor. alle. ff. de iud. l. ij. §. ſi. vbi dicit ꝙ
vocatus cauſa vnius tutele, in alia rñdere non teneť. Sed qui-
dã dicunt illud loqui in criminalibus. Finaliter cõcludit ꝙ ſiue
ſint appellantes, ſiue appellati, ſiue actores, ſiue rei, gaudebunt
hoc priuilegio, põt tñ eis prefigi terminꝰ, quo poſſint redire ad
domum. Hec vera, qñ ſunt abſentes in curia pro cauſis propriis
agendis: procuratores aũt, vel nũtij, qui ad cauſas tractandas
ſunt in curia propter lucra, ⁊ nõ ex imperio ſui ſuperioris, tales
nõ gaudẽt priuilegio. ff. ex qui. cau. ma. l. q mittunť. §. ſi. ⁊. l. ſeq. ⁊
l. nõ vere. Item qui pro ſuis negotiis ſpecialibus veniũt ad cu-
riam, hoc priuilegio non gaudent, per eadem iura, ſm Inno. de
quibus remittit Hoſt. ad Summa. de excep. §. ſi. ſub. §. nem effe
ctus. ⁊ de hoc in Spe. de leg. §. ſupereſt. ver. porro. Itẽ ceſſat hoc
priuilegiũ, ſeu locũ non habet, ſi detur accumulatio ſpecier alte-
rius fori: vnde ſi tẽpore legationis contrahant, etiã ſi per gnũ
in curia non teneant. ff. de iudi. l. ij. ⁊. l. ſi legationis. Item perdit
ſi agat contra vnum: q: contra omnes ſe defendere tenetur, ma-
xime dum conuenit: q: tunc nõ expedit officium legationis. ſed
in aliis occupatur: vt. d. l. ij. §. ſed ſi agant. ⁊. l. ſed ⁊ ſi reſtituať. ⁊. l.
qui non cogitur. Non ob. in aut. de ſan. epiſ. § reuerendiſſimi, col.
ix. q: ibi loquitur de renuntiatione facienda pro eccleſia ab eo,
contra quem agit: q: tunc bene ab illo ſolo pro negotiis eccleſie
poteſt reconueniri, ſecundũ Inn. Fatetur tamen ꝙ licet legatus
non opponat priuilegium quo ad vnum, ꝙ ſi quo ad alium con
ueniatur ꝙ quo ad alium non perdit priuilegium. C. de excuſa.
tuto. l. voluntarie. cum ſuis concordan. Eſt tamen differentia
inter legatos ex vna parte, ⁊ alios ad curiam accedentes pro
alia neceſſaria cauſa ex alia: quia alij preter legatos de omnibus
geſtis extra locum proprium, ⁊ in legatione, ⁊ ante legationem
reſpondere coguntur: ⁊ ſolum habent ius reuocandi domum
pro geſtis ⁊ contractibus in propria dioceſi vel prouincia. ff. de
iudic. l. ij. §. ſed ſi extra prouinciam. Legati vero non poſſunt,
niſi de his, que in loco legationis contraxerunt. Et dicit hic
Innoc. quod peregrini equiparantur legatis. de cle. peregri. c. j.
26 ¶ † Ad ſecundum quando finitur hoc priuilegium, dic ꝙ fine
legationis vſqz quo ad domũ redierit, vel redire potuerit: ideo
ſi voluntarie

ſi voluntarie ſtetit in curia, expedito fine legationis, non gaudet
priuilegio: et intelligit quod habet priuilegiũ, donec ſe parat ad re-
deundum, vel redire potuerit, nõ ſolum de domo, a qua receſſit,
ſed de qualibet, vbi nũc habet redire. Idem ſi neceſſitate, vel in-
firmitate tenetur, vel ſuper iure reuocandi domum interlocuto-
riam expectet. ff. ex qui. cau. ma. l. qui mittitur. §. ſi. et l. eni. §. i. ſm
Inno. in addi. Item intantum eximit eum hoc priuilegium, vt
non cogatur audire ſententiam, ſuper qua litem conteſtatus eſt:
licet, ſi velit, poſſit audire. ff. de arbi. l. non diſtinguemus. §. item
27 ſi quis Romę. ¶ † Vltimo q̃ro de effectu huius priuilegii reuo
candi domum. Dic quod eximit a iuriſdictione ratione cõmunita-
tis patrię, ſed nõ eximit perpetuo, ſm quoſdam, ſed eximit ita
quod finita legatione compellitur redire, et non audit, niſi cautionẽ
pręſtet de ibi redeundo ad proſequendã litem finita legatione:
ar. ſ. de dila. expoſuit. §. ſi. et dicunt expreſſum in l. ũ. §. ſed ſi dubi-
tare. ff. de iudic. qđ quidam intelligunt etiã de his, quę in lega-
tione contraxit. Plus placet Inn. quod non det cautionem de re-
uertendo ibi, ſed de reſpondendo corã ſuo iudice ordinario. l. ſi.
§. legatus. ff. de iudi. Quod vltimũ non placet Hoſt. per prima
iura, et hoc recitat Io. An. in duobus locis. Dictum Inn. puto
verum, quando cauſa poteſt coram inferiori tractari: quia non eſt
ardua, et iudicium non erat ante legationem ceptum. Dictũ au-
tem Hoſt. procedit quando cauſa eſt ardua, vel quando iudiciũ
ante legationem erat ceptũ. Secundo licet dictum priuilegium
eximat quẽ a iuriſdictione iudicis vniuerſalis, non eximit quin
cogatur de hoc, de quo agitur, coram ſuo iudice reſpondere or-
dinario: alias ſi ſe non defendat, patietur miſſionẽ in poſſeſſio-
nem, et alia grauamina contumacię: antequam tamen fiat miſ-
ſio, cognati, et alii amici ſunt vocandi. ff. ex qui. cau. ma. l. itẽ ait
pretor. §. fin. et l. ſeq. C. de reſti. mi. l. ignorare. De hac materia v.
queſtio. §. c. i. in Specu. de reo. verſicu. item legati. et verſicu. ſeq.
Et an in conſilio prouinciali competat hoc ius reuocandi do-
mũ, dicetur. ſ. de preben. graue. et vide in Spe. de leg. §. ſupereſt.
ver. porro. x vi. col.

¶ De libelli oblatione. Rubrica.

¶ Quia rei ad iudicium vocati, ſi non declinant forum, petunt
libellum, vt ſciãt quid, et qualiter petitur, et ſuper quo debeãt re-
ſpondere: ideo etc. Goſ. ad materiam. ũ. q. viij. per totũ lxxxi. di.
Maximianus. Queſtionem, quam format hic Inn. reſeruo. ſ.
c. i. vbi ponit etiam Hoſt. Ant. de Butri.

1 ☞ Libellum debet actor in ſcriptis porrigere.
2 Iudex de facto in quibus ſupplere poſſit. 8.
3 Libellus eſt de iudicii ſubſtantia.
4 Habere quis dicitur pre manibus, quod habet incontinenti, et
in promptu.
5 In ſynodo non eſt iudex ſolus archiepiſcopus, ſed tota ſyno-
dus.
6 Libello quando non eſt neceſſaria ſubſcriptio. nu. 20.
7 Libellus debet eſſe clarus, et non ambiguus.
9 Libellus in quibus hodie non ſit iudicialiter tradendus.
10 Libello tradito, ſi peto trade mihi vacuam domus poſſeſſio-
nem, an valeat conteſtatio per penſionarios.
11 Libellus cui in conſilio ſit principaliter offerendus.
12 Libellus eſt dandus in cauſa ciuili, et criminali.
13 Libellus quid eſt.
14 Libellus quid neceſſario continere debeat.
15 Libellus cui ſit in iudicio offerendus, et per quem debeat offer-
ri. 17.
16 Citatio preſentis ad ſententiam audiendam habet vim peremp-
torii.
18 Sententia, ſeu proceſſus ſuper libello inepto, non valet.
19 Libellus qualiter dari debeat.
21 Libelli effectus quis ſit.
22 Preſcriptio an interrumpatur per ſolam conteſtationem iudici-
ali oblato libello.
23 Libelli oblatio an poſſit remitti, vel omitti.

1 Suarius. ¶ † Tota rubrica ſumma
tur per tria dicta, ſicut tria
ſunt capitula. Actor in ſcriptis libellum porri-
gere debet. Hoc primo: et ſi agit reali, debet in eo ex-
primere rẽ, quam petit. ſi agit perſonali, cauſam debet
exprimere. h. d. textus iſtius tituli. Prima decre. nõ
2 diuidit: quia tota ponit narrationẽ vnam. ¶ † Not. i. quod in his, quę
concernũt fundamentũ, et ſolemnitatem iudicii, quibus pretermiſ-
ſis iudicium redditur nullum, vt eſt libelli datio, ſupplet iu-
dex de facto. Ad hoc de iudi. cum tamen. et vide gl. de ele. c. i. lib.
vi. in verbo, abſentia. et hoc, quia intereſt eius, ne iudiciũ fruſtret.
Idẽ in his, in quibus aliquod intereſſe eſt iudicis: nam intereſt
eius, vt certã poſſit ferri ſniam. Inſti. de acti. § curare. l. ſ. et. ũ C.
3 de ſen. que ſine cer. quã. ¶ † No. ũ. in quartũ dicimus libellum
de ſubſtantia, ſi petatur. hoc verum, ſiue petatur a iudice, ſiue a
parte. ¶ Not. iũ. arg. quod libellus eſt de ſubſtantia, etiam in cauſis
4 eccleſiaſticis. ¶ † No. quod illud dicitur eſſe pre manibus, qđ quis
habet in promptu, incontinenti, et offerre põt abſque temporis
5 aliqua intercapedine. ¶ † No. arg. quod in ſynodo archiepiſcopus
nõ eſt iudex ſolus, ſed tota ſynodus. ad hoc. xi. q. iũ. ſi quis preſ-
6 byter. et c. ſi omnis epũs. ¶ † No. ar. quod ſubſcriptio partium requirit
in libello: ſed hec ſubſcriptio nõ eſt de ſubſtantia, ſm Hoſt. por-
riget enim quis libellũ, et tabellio ſubſcribet, et diez porrectionis
libelli, et dilationem datã reo. et ita ſeruatur in auſ. de exhi. reis.
§. ſancimus. col. v. et huic Pe. concor. licet Inn. videat velle con-
7 trarium: ſed ſerua conſuetudinem. ¶ † No. libellum debere eſſe
clarum, et non ambiguum. Cauendũ ergo ex parte rei de nimia
generalitate. ſ. c. proxi. et de alternatiuis ff. de iniur. l. pretor edi-
xit. §. quo antẽ pretor. Caue de ſi. id de dictione, ſi. nã conditio eſt
incerta. ff. de cõdi. inde. l. ſufficit. et Inſti. de ver. obli. §. ex condi-
tionali. Caue de verbo, duplici. de reſcrip. c. fin. et de omni dubio,
ſiue obſcuritate. de renun. ſuper hoc. de re. iu. ſi in. q. ducenta. §.
cum ita. et §. vtrũ. ſ. c. pe. et ſi. ſm Hoſt. et iunge notata. ſ. c. ſi. ſuper
8 gl. ũ. Io. An. ¶ † Opp. i. quod iudex non ſuppleat de facto. C. vt q̃
deſunt aduo. l. i. l. iũ. § hoc autẽ iudicium. ff. de dam. infec. Dic,
regula eſt in contrariũ. Fallit, qñ ſupplet in his, quę tendunt ad
ſolemnitatem iudicii, quibus pretermiſſis ſibi illuderetur, quia nõ
valeret iudiciũ. ff. de iudi. l. ſi pretor. & de alie. iu. mu. cau. c. i. ſ. vt
lite pen. eccleſia et ne cõtingat partes vexari inanibus ſumptib⁹.
de dolo. finem. de offi. dele. ſuper queſtionũ. §. porro. Item fallit,
quando ex hoc contingit publicam vtilitatẽ lędi. ſ. de ele. bone.
de quo de poſtu. prela. bone hic enim poſſet publica vtilitas lę-
di. Item fallit tertio, quãdo eius intereſt, vt quia ſolemnitas nõ
tam vtilis eſt parti, quam etiam iudici, vt certam poſſit ferre
9 ſententiam. Inſti. de actio. §. curare. ¶ † Opp. quod non ſit offeren-
dus neceſſario libellus, in auſ. vt iudi. ſine quoquo ſuf. §. neceſſi-
tate. in auſ. de man. princ. §. ſi tibi. de reſtit. ſpol. c. i. xi. q. i. ſi quis
cum clerico. Hic Inno. ponit regulam, quando libellus exiga-
tur, et ponit ab illa caſus exceptos. Hec ſit regula, quod quam-
quam olim non daretur niſi perſonis illuſtribus. C. de digni. l.
quoties. lib. xũ. et de prin. agen. in re. l. fina. lib. xij. ff. de pęna. de-
lic. l. fin. hodie tamen regulariter omnibus vocatis ad officium,
et in omni cauſa ciuili, et criminali, quandocunque cauſa agitatur
inter partes, libellus requiritur: et ideo in interdicto exigitur qđ
inter duos redditur, Inſtit. de interdic. §. ſunt autem. et quando
officium iudicis, quod loco actionis ſubrogatur. de offi. iudi. c.
ſi. et vbi cautio damni infecti petitur. ff. de damno infecto. l. iũ. §.
quoties. et vtilis eſt, et neceſſarius reo, vt ſciat an velit cedere, vel
contendere. iũ. q. iũ. offeratur. ¶ Fallit in aliquibus caſibus cer-
tis, et in aliquibus eſt dubium an debeat offerri. Primus ca-
ſus dubius eſt, an in denunciatione, et inquiſitione exigatur li-
bellus. Quidam dicunt quod ſic: alii dicunt contrarium huic vltimo
adheret Inno. in alia parte: quia lis non conteſtatur per caſum,
quem ponam. ſ. in. v. caſu. Hoſti. dicit quod ſi inquiſitio fiat ex offi-
cio, non debet dari libellus: quia non eſt qui offerat. Sed loco
libelli dantur capitula, de quibus pars eſt inquirenda. de accu.
qualiter, et quando. §. debet. In denunciatione vero poteſt, et
debet offerri, ſicut in accuſatione. Quod intellige de canonica,
ſ. ne accu. qualiter, et quando. et ſ. de iudi. nouit. Ad hoc allegat
Hoſtien. de accu. licet. et c. veniens. et c. cum dilectus. et c. quali-
ter. et c. prelatorum. Fallit ſecundo in re celeritatẽ deſiderante:
propter quod eſt opi. an in cautione damni infecti ſit offerẽdus
libellus. Et aliqui quod ſic: vt in l. i. ff. de dam. infec. et in l. iũ. §. quo-
ties Hoſtien. dicit hoc arbitrarium prout iudex viderit ex cau-
ſa id accelerandum, vel protelandum. ff. de damno infecto. l. iũ. §.
quoties. ff. de fer. l. i. §. ſi. et l. ũ. Fallit. iũ. et hec ſit vna regula, quã-
do contra neminem ſpecialiter agitur, et nullus cõtradictor ap-
paret: quia non eſt offerendus libellus: quia nec eſt, cui offera-
tur. in authen. offeratur. de lit. conteſta. in authen. ſi omnes. C. ſi
vt ſe ab here. abſti. Fallit. iũ. quando partes in hoc conueniunt,
vt non in figura iudicii procedatur, ſed de plano iudex veritatẽ
audiat, et inquirat quę repperit, et dicat, et ordinet quod vult. Sic
debet intelligendũ caſum, ex quo ſumit hec regula. C. de priui. ſcho.
quoties. in ſi. l. xii. ſm Hoſt. ille text. videt exigere duo. Qđ ne-
gotiũ ſit vile. Et quod partes cõſentiat. Sed hodie ſi eſſet vtile, nõ
exigeret partium conſenſus: vt in auſ. niſi breuiores. C. de ſen. ex
bre. re. imo plus dicit ille text. quod nedũ ſine libello tũc poterit pce
di, ſed etiam ſine aliqua ſcriptura actorum. Et ſic habes quod
partes poſſunt facere quod procedatur ſine actis. qđ not. ¶ Secun
no. hoc dictũ, quia aperte vult hic Hoſt. quod etiam aliter, quam via com

promiſſi. partes poſſunt iudici cõſentire, vt procedat, ⁊ ſenten- tiet quomodo velit. Allegat etiã pro his in auť. vt diffe. iudi. §. ſi vero cõtigerit. col. ix. Hec autem dicit vera, quando volendo tollere ordinẽ iudiciarium, paciſcitur vt procedat ſine ſtrepitu, ⁊ ſummarie: ſed ſi ſolũ paciſcerent, vt in plenario ſolennitates iu- dicij non ſeruarent, hoc non poſſent: q2 hoc eſt contra ſubſtan- tiam. Alle. q̃d no. de re iudi. c. ij. lib. vi. vbi idem no. plena gl. ⁊ q2 iuri ſolennitatem exigenti non põt renuntiari, vt dixi de foro compe. ſi diligenti. De quo vide per gl. ĩ. q. i. in primis. ⁊ gloſ. de offi. dele. de cauſis. ⁊ vide Hoſt. in Summa de lit. cõte. But. tñ. ⁊ Bar. in. l. i. C. de lit. conte. fatentur quo ad libellũ ꝙ partes poſ- ſint illi renuntiare: ſed quoniam habet qualemqualem petitio- nem, etiam in ſummarijs, nõ poſſent renuntiare: q2 hoc concer- nit commodũ, non tãtum partium, ſed iudicis vt certam poſſit ferre ſententiã. Hanc opi. late proſequitur, ⁊ tenet Spec. in titu. de libel. concep. §. nunc dicendũ. ver. ix. Requiruntur tñ, vt valeat proceſſus, ꝙ pactũ ſit expreſſum, quaſi tacitum nõ ſufficiat. Et hoc dicit ibi Io. An. poſt Iac. de bel. de quo in auť. generaliter. C. de epiſ. ⁊ cle. ⁊ Bar. in auť. offeratur. hoc tenet: q2 legibus de ſolennitatibus loquentibus nõ poteſt renũtiari. ff. de leg. i. l. ne- mo poteſt. Idẽ Spe. in tit. de ſen. prola. §. vtrum autẽ. ver. quid ſi de partium. E conuerſo nota vbi eſſet procedendũ ex natura cauſe ordine iuris nõ obſeruato, ſi partes paciſcerent vt proce- datur ordine iuris obſeruato, valeret pactũ: q2 pactũ plus ope- ratur reducẽdo rem ad propriam naturã. xxxv. diſt. ab exordio. vt patet. ff. de pact. ſi vnus. §. pactus. Et hoc dicit gl. in cle. ſi. de ver. ſigni. in gl. ſi. quam gl. nu. Nec ob. ꝙ quotidie conueniãt par- tes, vt arbiter procedat ſine libello, ⁊ alijs ſubſtãtialibus: q2 hoc fieri poteſt, cũ tũc videat proceſſus ſummarius: ⁊ q2 ſicut in da- tione poteſtatis ſuperior põt imponere iudici vt ſic ꝑcedat, ita ⁊ in datione notionis arbitri, ſm Bar. in auť. offeratur. Quin- tus caſus, ex quo ſumitur vna regula: q2 non exigit libellus, vbi non eſt neceſſaria lite cõteſtatio. ⁊ ſic vbicunq; ad ſententiã po- teſt procedi litis non conteſt. qui caſus habent vt lite non conte. quoniã. per totã decre. ⁊ ibi gl. enumerat in prin. ſunt ⁊ alij. Hãc regulã ponit Spe. loco preal. ver. xlix. per q̃d cõcludit hic Inn. non neceſſariã litis conteſtationem, nec libellũ, in cauſa inquiſi- tionis: de qua dixi. ſ. Sextus caſus, quando cauſe ſunt viles, ⁊ paruiſſime, in auť. niſi breuiores. C. de ſen. ex bre. re. ibi, ꝙ etiam poteſt agitari, ⁊ de agitatis creditur verbo iudicis. Septimus, qñ agricultores, ⁊ pauperes ſunt litigantes, maxime qñ ex lon- ginquo veniũt. in auť. de man. prin. §. ſint tibi. in auť. de queſto. col. vi. ⁊ de teſti. ſpo. c. i. ſ. ſit tibi. vbi hoc colligitur. Stat litera, ſi cauſa ſit vilis, q2 modice ſumme, ⁊ vilium. Tenet ergo glo. ibi, ꝙ vilium exponat. ſ. perſonarum, ⁊ non. ſ. rerum. Aliqui habent verbum. ſ. perſonarum. ⁊ habẽt alternatiuã modice ſumme, vel vilium perſonarũ: ⁊ tunc probaret hoc. Hunc ſenſum tamen ſe- quitur Gul. in Spe. de libel. cõcep. §. nunc dicendum. ver. ĩ. ⁊ ibi Io. And. in addi. ⁊ dicit ibi ꝙ que dicatur cauſa vilis, inſpiciat qualitas perſonarũ. ⁊ cauſe. ff. de tranſac. cum hi. §. perſonarum. de vſu ⁊ habi. l. plenũ. §. i. Et pro vilibus perſonis allegat. C. de inceſt. nup. l. humiles. ⁊ vilis in dubio, ⁊ leuis iudicat cauſa ru- ſticorũ. C. de defen. ciui. vtili. Octauus, quando epiſcopus inter ſuos clericos litigat. xi. q. i. ſi quis cũ clerico. quod quidã dicunt ſpeciale. Alij dicunt idẽ vt de legato cognoſcente inter clericos: q2 non occurrit diuerſitatis ratio. de conſti. tranſlato. q̃d placet Inn. ⁊ Gul. in Spe. e. ti. §. nunc dicendũ. ver. ſed nunquid. Hoſt. dĩt hoc eſſe cõtra tex. hic Ideo intellige illud: qñ breues ſunt li- tes. vel qñ procedit ex officio, vt dicetur. ĩ. ⁊ idem tenet Spe. ibi in alle. de proba. quoniam contra. vel loquitur quando queſtio eſt cum epiſcopo. Nonus, in cauſa ſyndicatus, inducit in auť. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. neceſſitatem. col. ij. ⁊ C. vt omnes tam ciui. quam milit. cau. l. i. Decimus, quando agitur de beneficijs authoritate apoſtolica obtinendis, ſecundum aliquos. de etã. ⁊ quali. accepimus. ¶ Nota, an cauſa beneficiali non eſt dandus libellus: ⁊ hoc planum, etiam in quacunq; cauſa, ⁊ coram quo- cunq; iudice: vt in cle. diſpendioſam. de iudi. iuncta cle. ſi. de ver. ſigni. in cle. Unde ſit pro regula, ꝙ in omnibus cauſis ſumma- rijs libellus non eſt de ſubſtantia: ideo nec in vſuris, nec in ma- trimoniali cauſa, nec in beneficiali exigitur libell⁹ hodie, vt ibi. Quod in matrimoniali etiã tenebat hic Inno. alleg. de clande. deſpon. cũ inhibitio. ⁊ de teſti. Albericus. Et hanc regulã ponit Spec. in tit. de lib. concep. §. nunc dicendũ. ver. i. al. de accu. olim. C. de naufra. l. ſi. de ſtatu mona. ea que. §. q̃d ſi. ⁊ idem hic Inno. alle. ff. ad exhi. l. ij. ⁊ l. iij. §. ibidẽ ff. vt in poſ. lega. l. is, a quo ff. de Carb. edi. l. iij. §. cauſe. de vẽ. in poſ. mit. l. i. §. ſi ea. ff. de lib. agno. l. ſi quis a liberis. §. ſi vel parẽs. Exigit tamen qualiſqualis pe- tio, vt dicit But. in auť. offeratur. C. de lit. conte. quia ſententia ferri debet, ⁊ diffinitiua in ſummarijs, que ex petitione debet formari. l. ij. de ſentẽ. ex breui. reci. ad hoc clemẽ. ſi. de verbo. ſign.

Dicit tamẽ ꝙ nõ eſt porrigenda de neceſſitate parti. ſed ſufficit facultas ſamẽdi ab actis. Undecimus caſus, qñ do petatur exe- cutio alicuius remedij litis deciſorij, vt trãſactionis, iuramẽti, cõ- poſitionis: tunc nõ eſt neceſſarius libellus: ⁊ hoc, ne lites ex litib⁹ oriantur. C. de ſi. inſtru. l. ſi. ad ſi. C. de fruc. ⁊ lit. expen. l. ſi. de lit. cõ- teſta. c. i. lib. vi. Per que dicit ꝙ quando adiudicatur eccleſia cũ pertinentijs. pertinentie probãtur abſq; libello: vt no. ĩ. de reſti. ſpolia. cũ ad ſedẽ. circa prin. Glo. dicit q̃d neceſſarius nõ eſt libel- lus. de inoffi. teſta. l. qui de inofficioſo. ⁊ l. minor annis. cum fidei- cõm. ff. de mino. Hoſtien. ⁊ Inno. de excep. cum venerabilis. ſen- tiunt cõtrariũ: q2 vel actione in factũ agitur, vel iudicis officio, quod ſubrogatur loco actionis, agitur: quo caſu libellus exigit. de offi. iudi. c. iij. Et hoc tenuit Homobonus Cremo. Archidia. tenuit primũ, q̃d quomodocũq; agat, nõ eſt neceſſarius libell⁹: ⁊ dicit q̃d hoc ſeruat, vt ſit finis litiũ. C. de fruc. ⁊ lit. expẽ. l. terminũ ſo. ⁊ tenet ħ in c. ſicut. ſine iudicio. ij. q. i. alſ. de pe. di. i. Adã. Spec. in tit. de execu. ſenten. §. qualiter. in pri. dicit q̃d ſi agat actione in factũ, exigitur libellus: vt. l. edita. C. de eden. Si agitur officio iu- di. nõ exigit libellus. l. a diuo. ff. ſi ſuper rebus. ff. de re iudi. quã ſẽ- tentiã ſequitur Bar. in. l. intra dies. ff. de re iud. alle. l. cũ autem. C. de arbi. ⁊ l. i. C. de eden. ⁊ pro ſc̃do alle. l. itẽ veniũt. §. adẽ recte. ff. de peti. here. Recitat tamen ibi diuerſas opin. ⁊ ibi in hoc remanet q̃d ſi corã eodẽ iudice petitur executio, ⁊ per eundẽ iudice, per quẽ eſt lata, poſſet agi officio iudicis, ⁊ non exigatur litis conteſta. ſi corã iudice ſubrogato, vel diuerſo, vel per alium, quã per quẽ eſt la- ta: tũc dicit neceſſariũ agi actione iudicati, ⁊ exigitur libelli obla- tio. dicit tamẽ ꝙ nõ procedetur cum magna ſolennitate. ⁊ in ſeq. §. proſequitur quid de interlocutorijs, an pariant actionem in factũ, ⁊ an vbi agitur actione in factũ ꝑ executione poſſit appel- lari. Et tenet q̃d nõ, niſi vbi alias poſſet: ſi officio iudicis ageret, ſe- cundũ. Bar. Spe. in titu. de libel. concep. §. nũc dicẽdũ. verſ. xx. allegationibus factis hinc ⁊ inde, ⁊ multis recitatis opinionib⁹ antiquorũ reſidet in cõcluſione. an petatur executio iudicis offi- cio directa contra iudicẽ petitione, ⁊ nullo apparente cõtradicto- re, nõ eſt dandus libellus. ff. de mino. l. minor xxv. annis. Si con- tra condẽnatũ petatur, ⁊ reus cõparet dicẽs ſententiam nullã, dã- dus eſt libellus. Idẽ ſi aliud opponat cõtra executionem: quod poteſt. l. a ſi pretor. §. Marcellus. ff. de iudi. ⁊ refert Ioã. And. q̃ opi. fuit Azo. ¶ Cõcludo ꝙ ſi petatur executio corã iudice, qui iudicauit: quia ſibi notũ, ⁊ notoriũ eſt de partiũ iuſtitia. de reſcri. ab excõmunicato. ſi ſit idẽ contradictor, ſiue petatur actione in fa- ctũ, ſiue petatur iudicis officio, maxime quia cauſa eſt ſummaria non exigitur libellus, ⁊ ſufficit, vt ibi dicit Io. And. ſententia pro libello, ſicut alias reſcriptum in talibus ſufficit pro libello: vt no. de elec. dudum. §. ſuper verbo, conteſtationem. ⁊ in bene- ficialibus procedente executore: vt no. Archi. iij. q. ij. offeratur. ad hoc. C. de re iudi. l. i. Si apparet nouus ꝯtradictor, adhuc dico li- bellũ nõ eſſe neceſſariũ. ſed ſufficit qualiſqualis petitio: q2 nega- ri nõ poteſt hãc cauſam ſummarie tractãdã: vt l. a diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudi. ⁊ in talib⁹ exigitur libellus, vt dixi ſu- pra, Ad ħ q̃d no. in clemẽ. de verbo ſignifica. ſepe. §. i. in ſi. §. magne glo. ⁊ §. verum. Si nullus eſt cõtradictor, procedit ſine aliqua pe- titione, ſed ſufficit poſt ſcripta apud acta. Si petit executio corã alio iudice, quam qui pronũtiauit, ⁊ nullus apparet cõtradictor idẽ: quia nulla exigitur petitio. Si apparet contradictor, idẽ et dato ꝙ agatur actione in factũ, adhuc non credo neceſſarium li- bellum propter ſummarietatem cauſe: ſed ſufficit qualiſqualis pe- titio. Et per hoc apparet ꝙ quo ad libellum dandũ non eſt diffe- rentia an agatur coram eudem iudice, an corã diuerſo, an in fa- ctũ, an officio iudicis. Et quo ad primũ, idẽ dicit Ioan. Andr. in addi. Specu. in loco preallega. Duodecimus caſus, quando li- tigatur inter religioſos de his, que ad religionem pertinẽt. de re- gula. cap. fina. de appel. reprehenſibilis. Tredecimus, ſi cõſuetu- do habet ꝙ non detur libellus: quia in his, que circa iudicium ver- ſantur, valet conſuetudo. C. de priuil. ſchola. l. quot. libro. xij. ⁊ de eo, qui mitti. in poſſeſ. c. iij. §. fina. Idem Specu. loco pre allegato. verſicu. xxi. alle. l. ſi. de priuileg. ſcho. ⁊ C. eodem lib. de auro coro. l. prima. ⁊ de priuil. eo. l. ij. in fine. C. de iure fiſ. l. penulti. de excuſa. mu. l. maximarũ. de metal. l. ſecunda. libro. xi. de prepo. ſacro. ſcri. l. vniculq;. C. de iu. reipu. l. publice. li. xi. de excoc. ⁊ trãſl. mili. anno. l. prima. de diuer. offi. ⁊ appari. eo. l. penul. libro. xij. Et fuit hoc di- ctum Iaco. de Bel. vt refert ibi Ioan. Andr. Quartuſdecimus, quando factũ proponitur corã papa: quia corã eo non eſt neceſſa- rius libellus. de quo not. de lit. conteſt. cap. primo. Quintuſdeci- mus, quando iudex procedit proprio motu, ⁊ ex officio, ſub quo plures caſus comprehenduntur, de quibus qui filij ſint legitimi vi- tor. de officio iudicis. cap. primo, ⁊ ſecundo. de iureiur. ad noſtrã. ĩ. ⁊ capitu. ſicut nobis. Unde ſi quis miſſus ſit in poſſeſſionem, ſeu mitti iuſſus, facienda eſt executio abſq; libello. ff. ne vis fi. ei. l. iij. primo reſpon. Idem videtur, vbi iam confirmatus, vel inſti-

tutus de

tatus de aliqua eccleſia prohibet poſſeſſionē nanciſci.j.de app.
conſtitutus.in fi.de conceſ.preben.poſt electionē.§.fi.de quo no.
j.de accu.accedens.Idē in ope.noui nuntia.qui fit verbo, ⁊ fa-
cto,in preſentia.⁊ in abſentia.ff.de no.oper.nun.l.de pupillo.§.
nūtiare.⁊.l.operis.ſed in proſecutione bene neceſſarius eſt libel-
lus,qñ petit remiſſio renuntiationis.⁊ in Summa, de no.ope.
nū.§.qualiter fiat.⁊.§.qualiter tollat.de quo in Spec.pal.§.ver.
exigi.ibi:ſed nunquid in noui oper.nun.⁊ ibi Jo.And.in addi.
Spec.Sub hoc cōprehendit qñ diœceſanus petit certificari de
bñficijs min⁹ canonice obtētis,ſiue ſine ſui licētia, vel vacatiōe
diuturna,vel aliquibus exceſſibus,q̄ diœceſanus ex officio habet
corrigere.Qđ dic vt no.ĩ cle.pere.c.fi.vt eccle.be.c.vno.de ſimo.
⁊ Geli.de procu.ex conqueſtione.de offic.ordi.ordinarij.li.vi.⁊
in regula,beneficiū.de reg.iu.eo.li.Sexdecimus,in cā ſpirituali.
de quo de dolo,⁊ cōtu.c.ij.⁊ hoc,q: ſummariā exigit cognitio-
nē:⁊ ſic adaptaẗ ad decimū caſum.¶ Not.bene ꝙ cle.diſpēdio-
ſam.nō ſic late loquiẗ in quibuſcūq; cauſis ſpiritualibus.Deci-
muſſeptimus,in notorijs.ij.q.j.de manifeſta.j.de acc.euidētia.
de iureiur.ad noſtrā.ij.Decimuſoctauus,qñ a parte imploraẗ
officiū iudicis: q: petitur alicuius cōfirmatio,miſſio ex edicto
diui Adria.vel Carbo.vel nomine neutrius, vel petit ſibi dari
bono.poſ.cōtra tabulas,vel aperiri teſtm̄,vel ne qđ fiat in loco
publico,an tūc exigaẗ libellus.Jnn.hic,latius Spe.loco ſ̄alle.
ver.vin.Dic,ſi in modū denūtiatiōis iudicis officiū imploraẗ:
q: excitat iudex vt ſuper maleficijs ꝓcedat,denuntiādo aliqua,
nō tñ denūtiationē intēdit proſequi,ſed excitare officiū,vt pro-
cedat:vt C.de accu.ea quidē.vel in caſu.c.ad noſtrā.q.de iureiu.
vel ſub alijs verbis poſtulaẗ a ſolo iudice ex mero officio,⁊ libere
tate ſui officij,⁊ ſic ꝯ neminē agitur, nec apparet cōtradictor,nō
eſt neceſſarius libellus.C.de accu.l.ea quidē.iij.q.vij.§.aliquan-
do.de offi.or.c.j.Nec ob.qđ dixi.ſ.in.j.caſu circa denūtiationē:
q: habeo illū intelligere,qñ denūtians ꝓſequi intēdebat,ſi pro-
ponit in modū actionis,vt mihi ſubueniaẗ contra aliquem,vel
ſub alijs verbis dirigit contra certā perſonam,a qua aliquid da
ri,vel fieri petit,aliquid reſcindi ab aduerſario in via agēdi, vel
ſpecialis apparet cōtradictor,dādus eſt libellus.ſ.de elec.dudū.
j.⁊.ij.j.de teſta.cū olim.ff.de no.ope.nun.l.ſi quēadmodū teſta.
aperi.l.ij.vel iij.§.fi.⁊.C.eo.l.j.ſm Jnno de offi.iudic.c.fi.ij.q.ij.
offeraẗ.Quod dicit verū Bu.qñ exigiẗ plena cognitio:ſecus ſi
ſummaria, q: ſufficit qualiſqualis petitio apud acta:nec parti
debet offerri, ſed ſufficit ꝙ deẗ facultas copiā recipiendi apud
acta:vt no.in auẗ.offeraẗ.C.de lit.cōteſt.alle.l.j.§.cū patronus.
ff.de offic.prefec.vrb.⁊.l.ſi quis a liberis.§.meminiſſe.ff.de libe.
agno.l.fi.de his,q ſunt ſui,vel ali.iu.Si implorareẗ incidēter,vt
deſeruiēs actioni, vel in modū excipiendi,vel replicādi: ⁊ nō eſt
dādus.ff.de inoffi.teſt.l.Pap.§.ſi filius. ff de mino.l.verū.§.fi.
ff.ex qb.cau.ma.l.necnō.§.fi.ĩ iureiu.l.nā ⁊ poſtea.§.ſi minor.C.
depoſi.l.ſi depoſita.de edil.edi.l.ediles.§.itē ſciēdū.de aqua plu.
arcē.l.ſi Titi⁹.§.officiū.Eadē vba ponit But.in.l.nec quicq̄.§.
vbi decretū.ff.de offic.procōſu.⁊ ibi plenius per Bar.ꝑ quā po-
tes ſupplere hic ſcripta.⁊ vide per Butri.in.l.j.de interrog.acti.
Et faciunt hec ad.q.de creditore,qui pactus eſt ꝙ ſua authori-
tate poſſeſſionē ingredi poſſit,an ſi cōtradicat debitor, ſit offe-
rēdus libellus.Dicit Jo.An.in loco ſ̄al.ſuper ver.ix.ꝙ Jac.de
Bel.in p̄illa.l.creditores.tenuit libellū offerēdū,ſi poſſeſſor voca
tus reſiſtat,vbi creditori ſolutū,vel aliqđ ſimile.Plures alios
caſus vide in Spe.de lib.cōcep.ꝑ totū.§.nunc dicendū Per hec
dicit Jo.An.ꝙ miſſio in poſſeſſionē expediẗ ſine libello:q: offi-
ciū eſt deſeruiēs actiōi intentate,⁊ ſic mercenariū:tū q: ſit ad de-
fenſionē iuriſdictionis iudicis cōtra contumaciā partis, q̄ no-
toria eſt:vt lite non conte.qſi.§.ſi Dicit tñ Hoſt.melius eſſe ut
his etiā caſibus ꝙ iudici ſcriptura offeratur, in qua contineaẗ
qs,⁊ quid,⁊ quare petat,vt pronūtiatio iudicis certior habeaẗ.
Inſti.de actio.§.curare.de ver.ſigni.dilecto.ſm Hoſt.Aliū ca-
ſum ponit gl.in auẗ.offeraẗ.vt in caſibus,in qbus nō exigiẗ ſen-
10 tentia in ſcriptis,ſufficit libellus ſine ſcriptis.¶ † Quero, peto
tradi mihi vacuā poſſeſſionem domus amotis pēſionarijs: die
aſſignata nō cōparet principalis,ſed comparent penſionarij di-
cētes hoc non faciendū,⁊ conteſtanẗ litem,an valeat talis con-
teſtatio.Jnn.ſuper rubri.⁊ Hoſt.hic concludunt ꝙ ſi penſiona-
rij habent cauſam ab eo,cōtra quem principaliter eſt porrectus
libellus,ꝙ valebit cōteſtatio,eo q: ⁊ porrectus videẗ cōtra ha-
bētes cauſam ab eo,⁊ pōt comparere, ⁊ cauſam ſuā iuuare.ff.de
appel.l.ab executore.C.de litigio.auẗ.nunc ſi heres.j.de re iudi.
vbi dicit in beneficialibus non eſſe neceſſariū libellum: vt no de
libel. obla. c. j. Non obſtat ꝙ parti non debet edi extra iudiciū:
qꝛ ſuꝑponit ſed illud poſtea repreſentatur in iudicio: ſed originale,

nel alia copia, que ei a iudice porrigetur: ⁊ hoc eſt pro libello. ⁊
hoc aliq̄ñ practicaui. Inquātū dictū eſt ſupra, oblationē libelli
fieri poſſe die feriato. Et illud intellige de ea, que fit iudici, nō q̄
fit parti. Idē tenet Jo. And. in addi. Spe. in tit. de libel. cōcep.
§. nunc videamus. in prin. vbi dt̄ ꝙ dictū Jo. ſibi nō plʒ ꝙ pars
poſſit citari ad recipiēdū libellū die feriata: vt ipſe not. xv. q. iiij.
placita. qꝛ ꝯ illū tex. ⁊. §. ſexaginta loquit̄ de oblatione, q̄ fit iu
dici, ⁊ nō parti. Vel ſpāle ibi in actiōe tpe peritura: qꝛ loquitur
vbi maritꝰ accuſat iure mariti qḋ ius tpe excludit̄. Per q̄ deci
dit ibi an oblatio libelli habeat ꝑuenire iuriſdictionē. Et dt̄ ꝙ
nō, ēt ſi fiat iudici: qꝛ in illa exigit̄ ad ꝑueniendū citatio. de foro
cōpe. ꝓpoſuiſti Secus vr̄ in perpetuatione, in qua nō exigitur
citatio: lʒ gl. equiparet preuentionē, ⁊ perpetuationem, in dicta
decre. pe. tunc enim ſi ſufficeret oblatio facta iudici, ⁊ forte die
9 feriato, lʒ nō aperiat hec clare ibi Jo. And. ¶ † Opp. iij. ꝙ dila
tio nō det̄ abſenti, maxime ad hoc nō citato: qꝛ nō dant̄ niſi cā
cauſe cognitiōe. i iij. q. iij. ſpatiū. ner. a iudice. Dic, q̄dā ſunt indu
cie citatorie: ⁊ tales dantur ſine cauſe cognitione, cū dent̄ abſen
te parte. ff. de off. procon. l. nec quicquā. §. vbi decretū Quedam
ſunt deliberatorie: ⁊ tales, qꝛ augent pñie, ⁊ diminui, dari pñt in
10 abſentē. Ad hoc qḋ no de procu. dilectꝰ. † Quedam ſunt pre
paratorie, ſiue inſtructorie; ⁊ ſic non dantur ſine cauſe cogniti
ne. iij. q. iij. §. ſpatiū. ner. a iudice. ſm Jo. Andr. ⁊ Inn. Inquātū
dt̄ ꝙ deliberatorie dant̄ ſine cauſe cognitione. Spe. tenet cōtra
11 in Spec. de dila. §. ſi. ver. vlti. † Quid in deliberatorijs, qꝛ tales
dant̄ in iudicio, nō ob. tex. hic, qꝛ hic non dant̄ deliberatorie, ſʒ
excludunt̄ ex trāſmiſſiōe reſcripti Tene ꝙ exigunt cauſe cogni
tionem, lʒ dande ſint in iudicio: vt. iij. q. iij. offeratur. qꝛ ſi citato
rie inquantū ſubrogant̄ loco deliberatoriarū nō exigunt, ita nō
12 exigunt inquantū ſunt pure deliberatorie. ¶ † Venio ad decla
randū glo. Inn. opponit ꝙ non ſemper citatio arctet citati ad
cōparendū. ff. de iuriſdi. om. iudi. l. ſi. de re iudi. c. ſi. paſtoralis. de
off. ordi. Romana. lib. vi. Dic, ſi querit̄ an citatio arctet citati,
includēdo caſus dubios, vidēda ſunt tria. Q̄nqꝫ agitur de effe
ctu citatiōis ꝓpoſito, vel apparēte defectu ptātis citātis. Q̄nqꝫ
agit̄ de effectu citationis, ſuppoſito, vel apparēte defectu iuris
agētis. Q̄nqꝫ agit̄ de effectu citatiōis, apparēte defectu ptātis
13 ꝓcedēdi reſpectu alteriꝰ accidētis. ¶ † Venio ad primū. ſuppo
ſito defectu ptātis citantis, ſi agit̄ de citatiōis effectu. Decido
hic dubia. Primo in delegato. Scḋo i ordinario. In delegato
ꝓſequor p caſus. Primus fit in delegato qñ hʒ iuriſdictionē
in veritate, ſʒ nō exprimit ſe hr̄e in citatorio. Et ſi qdē eſſet cer
tum ipſum hr̄e, citatꝰ cōparere tenet̄: ut qꝛ ſciret iudex, ⁊ pro ꝙ
facile eſt in ordinario, vbi citat ſuppoſitos, ⁊ circa ſuppoſita iu
riſdictionis. Si eſt dubiū citato, ſaltē ſi quidē cōuer hoc neu hʒ
iuriſdictionē, pōt tñ aliquo caſu habere, nō arctat̄ citatus com
parere, niſi aliquid in citatorio exprimat̄, per qḋ cōcludit̄ iuriſ
dictio, etiā ſi ex aliqua cā occulta hēat, ⁊ hr̄e poſſit iuriſdictio
nem arg. ff. ſi quis cau. l. quotien. ⁊. l. ſi ſeruum. ne de ſtatu defun.
l. pe. ff. de in ius voc. l. ij. ⁊ idē no Inn. ⁊ gl. ī. de offi. deleg pruden
tiam. in prin. ſuper gl. ꝙ ponit Jo. And. Ideo ſi citat quis, ⁊ nō
exprimit ſe delegatū, quis comparere nō tenet̄. Ad hoc de offi.
deleg. cū in iure. Sed non decidit hic Inn. quid eſſet de proceſ
ſu habito contra talem non comparentem. Puto ꝙ in his, in
quibus ſufficit preſumpta, vel ficta cōtumacia, ꝓceſſus valent
qꝛ nō deficit ptās, ⁊ ficta, vel ꝑſumpta cōtumacia, in his, in qui
bus exigit vera cōtumacia, non valerēt. Ideo ſi excōicaret, vel
aliā ſnīam cēſure ꝓferret, ex quo ſupponit̄ habitus iuriſdictio
nis, illa eū ligaret. ſi ꝓcederet ad miſſionē in poſſeſſionē ex pri
mo. Idē ſi ad miſſionē ex ſcḋo, vel ſnīam diffinitiuā, puto ꝙ nō
valeret ꝓceſſus, allegato hoc, ex quo nō eſt iuriſdictione certifi
catus. Scḋs caſus, qñ in ꝟitate eſt iudex delegatꝰ, ⁊ exprimit
cām, p quā cōcludit̄ iuriſdictio, ut qꝛ dt̄ ſe delegatū, ⁊ trāſmitti
tur copiā reſcripti, vel reſcriptū bullatū, ſm Inn. puto idē ā nō
tranſmittit: ſi tñ hoc aſſerat, ⁊ ſit talis, in quo cadat iuriſdictio
delegata. Si eñ ſimplex clericꝰ diceret ſe delegatū pape, niſi ex
primeret cām, qꝛ ex certa ſciētia papa cōmiſit, ex quo nō cadit
cōiter in eū iuriſdictio, nō ſufficeret. Et hoc caſu ſm Inn quan
do exprimit ſic, ꝙ cadit in eū iuriſdictio, citatꝰ cōparere tenet̄: ⁊
ſi nō cōpareat, pōt ꝯ eū ꝓcedi ad miſſionē, ⁊ excōicationē, ⁊ quē
libet alium proceſſum, dummodo ſtatus cauſe patiatur. Ter
tius caſus, quando in veritate non eſt delegatus, nec exprimit
cām in citatorio: ⁊ non arctat citatorio quo ad aliquē effectū: qꝛ
deficit exiſtētia, ⁊ apparētia iuriſdictionis: qꝛ eo ꝙ ei nō allegat̄
apparet ꝙ nō hʒ iuriſdictionē. Nec ob, ſi dicatur, poſſibile eſt ꝙ
habeat: dic ꝙ hoc nō ſufficit: alias cuiuſqꝫ arctaret citatio. Sʒ
fateor ſanum fore conſiliū vt cōpareat opponēdo. Poſſet etiā
eſſe non ſanū, ſi forte ſe non pronūtiaret cōpetentem. Et hec eſt
cōcluſio Inn. non hic, ſed de offi. deleg. prudentiā. ad hoc glo.
referi. ſup l ſi. ⁊ de accu. veniēs. Quartꝰ caſus, qñ nō eſt iudex
delegatus

delegat⁹ in veritate, ⁊ exprimit ſe delegatū: ⁊ hoc pōt eſſe dupliciter. Primo, q̄ in exercitio nō eſt delegatus, h₃ tñ habitū iuriſdictiōis: vt q̄ñ eſt datus delegatus ꝑ reſcriptū ſurreptitiū: ⁊ v₃ citatio vt arctet citatū quo ad effectū cuiuſcꝫ ꝓceſſus, ēt in principali, dūtñ patiat̄ hoc ſtat⁹ cauſe: q₂ ex quo h₃ iuriſdictionē, l₃ exceptiōe elidibilē, valet qđ agit̄, donec deueniat̄ ad conflictū exceptionis, ⁊ appellet̄. Hoc dicit Inn. non hic, ſed. ſ. de offi. dele. cū ſuper. ⁊ facit qđ no. j. de app. ꝗ duob⁹. Poteſt etiā ſcđo, q̄ñ non h₃ iuriſdictionē, ⁊ exprimit ſe habere: vt q₂ exprimit copiā, vel falſum tenorē reſcripti apoſtolici: ⁊ tunc dicit ꝙ ſi procedit in abſentē, nil valet qđ facit in abſentē non cōparētem, etiā ſi pronuntiet ſe iudicē competentē. Et in hoc dicit eſſe differentiā inter iudicē delegatū, ⁊ ordinariū: q₂ licet ordinarius nullā habeat iuriſdictionē, tñ ſi ꝓnuntiat ſe iudicem cōpetentem, valet qđ agit̄: vt ſi dicat quē contraxiſſe in loco, vbi ille negat, ⁊ ꝓnūtiat ſe cōpetētē. Aſſignat cām, q₂ iuriſdictio delegata h₃ certos limites, quos trāſgredi nō l₃. de reſcr. cū dilecta. de offi. dele. P. ⁊ G. S₃ ordinarius in ſuo territorio, ⁊ incolis eius, ⁊ in quolibet h₃ gñalē adminiſtrationē, vel iuriſdictionē: ⁊ iđ qcqđ facit in territorio ſuo ꝯ eos, quos ibi inuenit, ſiue ſint incole, ſiue extranei, totū t₃ prima facie. Eſt ⁊ alia rō, ſm̄ Hoſt. q₂ iuriſdictio delegata odioſa, ordinaria fauorabilis. de reg. iur. odia. li. vj. In alia parte vr̄ dicere ꝙ ſicut ordinari⁹ pōt cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio, ⁊ ꝓnūtiare ſe competētē, ita ⁊ poterit delegatus. Nā dicit ꝙ etiā ſi litere fuerunt ad eū impetrate, poterit cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio. dic ſi fūdit⁹ caret iudex iuriſdictiōe, ⁊ hoc ꝯtra eū, loquēdo de delegato, nō arctat citatio nec pōt ſe pronūtiare cōpetentē: q₂ nullam h₃ in principali, nec incidenti, que datur demū ei propter dubium. ff. de iudi. l. ſi quis ex aliena. no. gl. de reſcri. ſuper literis. de offi. dele. prudentiā. de acc. veniens. iđ. q. ū. ſi eps. de re iud. cle. paſtoralis. de fo. compe. Roma. li. vj. per gl. Si eſt dubiū an habeat iuriſdictionē, ⁊ fundit⁹ nō h₃, ſi datus eſt per falſum reſcriptū, vel aliter nullam h₃ iuriſdictionē, dubiū pendet ex hoc an iudex, q nullā h₃ iuriſdictionē, poſſit pronūtiare ſe competentē. ⁊ an pronūtiando ſe faciat iudicē. In delegato varius eſt hic Inn. Dic, ſi datus eſt per falſum reſcriptum, variat hic Inn. ⁊ in. c. ſuper literis: q₂ ibi t₃ nō poſſe eū cognoſcere: hic tenet ꝯtrū. Tene qđ ibi dixi. ⁊ primū eſt verū. ſ. ꝙ nō poſſit. Si nō eſt datus per falſum reſcriptū, ſed alias nullū, vt ex defectu impetrātis, vt q₂ ipetratū ab excōicato: ⁊ pōt cognoſcere: vt no. Lapus. de reſcr. c. j. li. vj. Idē ſi impetratum a falſo ꝓcuratore: vt. ſ. de reſcri. ex parte decani. Fm̄ vnū intellectum: licet Inno. ⁊ male, teneat iudicē funditus carentē iuriſdictione non poſſe cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio: niſi intelligat̄: vt. j. dicetur, ⁊ vt. ſ. eſt dictum. h. d. ſ. de reſcri. ſuper literis in verbo, forſan. circa principium. Si nullā habet: q₂ nunꝗ̄ fuit datus, licet dicat ſe habere, forſitan mittēdo falſum reſcriptū, adhuc non valet ſe pronūtiare competentē: q₂ nullū habet principiū verum, a quo ſurgat hec poteſtas: ſicut ⁊ in impetrato per falſum reſcriptū. Et ita pōt intelligi qđ primo dicit Inn. ⁊ no. Io. An. in. c. ſcienti. de reg. iu. li. vj. ad fi. q. Hec vera, niſi inhabilitas reddat fundit⁹ incapacē iudicē: vt q₂ eſt iudex ſecularis, qui citat clericū: q₂ etiā ſuper dubio an ſit clericus, cognoſcere non pōt: vt de ſen. excō. ſi iudex laicus. niſi exprimeret cām, per quā concluderet̄ iuriſdictio, vt q₂ ſuper feudali: vt no. Hoſt. in ſum. de fo. cōpe. §. ꝗ. ver. liquet. Vel ſi inhabilitat eū in principali, ⁊ in icidēti, vt q₂ infamis, vel q₂ pupillus, vel ſuſpectus: tūc non valet ſe pronūtiare cōpetentem: vt no. de offi. deleg. cū ſuper. ff. ſi quis in ius voca. non ie. l. ꝗ. per Bar. ⁊ de re iudi. l. quidā cōſulebant. Per que dicit ꝙ ſi ſtatutū impediat vt iudex nō poſſit extendere iuriſdictionē ſuā vltra limites ſue iuriſdictiōis, ꝙ nō valebit ſe pronūtiare competentē. Hoc ſuppoſito dico ꝙ vbi eſt dubiū, ſi ſumus in caſu, in quo nō poſſit pronūtiare ſe competentem, ſiue pronūciet, ſiue nō, nō valet ꝙ agitur nec in incidēti an ſit iudex, nec etiā in principali, ſiue ſit ꝓceſſus punitiuus cōtumacie, ſiue principalis: ⁊ in hoc caſu bene credo idē in ordinario, ſi fundit⁹ quo ad aliquē nullam h₃ iuriſdictionē, nec eſt in poſſeſſione iuriſdictiōis: ſed ſi h₃ quo ad aliquos, q₂ h₃ aliqđ principiū l₃ nō forte quo ad citatū, q₂ nō eſt ſubiectus, bene pōt pronūtiare ſe competentē, vt. j. dicā, ⁊ valebit ꝓceſſus. Per q̄ apparet ꝙ poſitis parib⁹ ceteris, nō erit magna differētia inter ordinariū, ⁊ delegatū: ſed in hoc tm̄ an fundit⁹ careat quo ad oēs, an habeat quo ad aliquos. Vbi aūt dixi eū poſſe cognoſcere an ſit iudex, tūc ſi agit̄ de ꝓceſſu punitiuo ꝯtumacie, poterit ꝓcedere: q₂ ꝓpter dubiū tenebat̄ ire allegaturus priuilegiū ſuū: ſi agit̄ de ꝓceſſu principali: tunc dt̄ hic notabilr̄ Inn. ꝙ nō v₃ ꝓceſſus, ſi ꝓcedit nō ꝓnūtiādo ſe cōpetētē: ꝙ l₃ ꝑ dubiū ſit iudex in incidēti, nō ꝑ hoc ē iudex in ꝓncipali, niſi ante ꝓnūtiet ſe cōpetētē ⁊ hoc t₃ But. ⁊ Bar. i. l. ꝗ. ff. ſi quis in ius vo. nō ie. q̄ caſu ſi ꝓnūtiat, ſe facit iudicē, ⁊ valebit ꝓceſſus, dūtñ ſtatus cauſe hoc patiat̄, ſiue in ꝑſentē, ſiue in abſentē. Ad hoc qđ no. ſ. de offi. dele. prudētiā vbi idē de Inn. Nō ob. ſi dicat̄ indiſtincte valere proceſſum: q₂ eo ꝙ ꝓcedit ad vlteriora, vr̄ ꝓnūtiare ſe cōpetentē: vt. ſ. de offi. dele. cū ſuper. q₂ hoc verum, q̄ñ h₃ iuriſdictionē, l₃ elidibilē: ⁊ ſic ꝓceſſus eſt aliquis. S₃ q̄ñ nō h₃ iuriſdictionē, ꝓceſſus eſt null⁹, ⁊ ex nullo ꝓceſſu nō pt̄ tacita valida ſurgere ꝓnūtiatio. Hec vera, ſi ꝓcedat ēt parte p̄ſite, ſi nil opponat̄: q₂ cū fundit⁹ nō habeat iuriſdictionē, nō pt̄ ꝓrogari: vt. l. priuatorū cōſenſus. ⁊ de offi. dele. ſignificātibus. Et ſi dicat̄, imo h₃ ſaltē aliꝗ̄ reſpectu illi⁹ incidētis, an ſit iudex ꝑ dubiū: q₂ ꝑtextu illi⁹ iuriſdictio nō eſt ꝓrogabilis ⁊ in hoc notabilr̄ ponit Pe. in. l. ex quacūcꝫ. ff. ſi quis in ius voc. non ie. Ad hoc, q₂ hec iuriſdictio eſt reſpectu certi articuli tm̄: vn̄ nō ꝓrogabilis: vt not. Cy. in. l. j. C. de iu. om. iu. de mu. peti. c. j. in illa. q. an ꝓcedat recōuētio coram arbitris iuris. ⁊ facit qđ no. Iac. de Are. in l. oīm. C. de teſta. Si aūt eſſet p̄ns, ⁊ opponit, ⁊ iudex nō admiſſa exceptiōe ꝓcedit, tūc ſatis pōt dici ꝙ principalr̄ tacite ꝓnūtiet ꝓcedēdū non obſtāte exceptiōe, ⁊ principalr̄ reiīcit exceptionē: ⁊ ex tūc v₃ ꝓceſſus, ⁊ an̄ geſtus ꝯfirmat̄. Per hoc dico ꝙ ſi reuocat̄ in dubiū an ſit appellatū, cū nō ſit: vel an ſit deſerta appl̄o, cū nō ſit: ſi ſtāte dubio, iudex ſe ꝓnūtiet cōpetentē, v₃ ꝓnūtiatio, ⁊ ꝓceſſus poſtea. Et ſic d₃ itelligi dictū Inn. ⁊ Cōpo. de reſcri. ſuper literis. ⁊ tēperari cle. ſicut appellationē. de app. in Cle. Secus ſi ſit ꝓceſſum abſcꝫ tali ꝓnūtiatiōe. Ita d₃ intelligi cle. ſicut appellationē. ⁊ qđ no. Inn. j. de app. ſi duobus. S₃ eſt planū ꝙ dubiū iuriſdictiōis nō facit quē iudicē in principali, l₃ ſic in incidēti. S₃ an ſufficiat q̄ ad ꝑtātē exequēdi. But. ꝙ non. ff. de iu. om. iu. l. pe. gl. ff. ſi quis in ius vo. nō ie. l. ꝗ. ⁊ Bar. ibi. ⁊ l. epale. C. de epi. au. Hoc intellige verū, ſi ibi non h₃ bona: alias pōt exeq, vt ibi dt̄ Bar. ſ. in. l. ſi oīa hec ꝓcedūt, q̄ñ delegat⁹ nō eſt iudex quo ad aliquē: l₃ ſi eſt iudex q̄ ad aliquē, eſt dubiū an iuriſdictio ſe ad aliū extēdat, ad que vere ſe nō extēdit: tūc ſatis puto ꝙ ſi exprimat aliquā cām, ꝑ quā ꝯcludat̄ iudex, vel ꝓbabile dubium inferat̄ an ſit iudex, ꝗ̄ꝙ in veritate nō ſit iudex dūmō hoc nō cōfingat falſo, ꝙ valebit ſe ꝓnūtiare competētē, ⁊ valebit ꝓceſſus poſt ꝓnūtiationē: vt dixi. ſ. ⁊ idē. j. qđ in ordinario. Si aūt eſt iudex quo ad vnā rē, vel q̄ ad vnā cām, ⁊ nō q̄ ad aliā: tūc dic ꝙ ſi dubiū eſt ꝓbabile an ſit iudex, l₃ in veritate nō ſit iudex, ⁊ ꝓcedat reſpectu iſti⁹ cauſe, ⁊ ꝓnūtiet ſe cōpetētē, valebit ꝓceſſus ⁊ in principali, ⁊ in icidēti, niſi appellet̄. ⁊ ē caſus de off. dele. cū olim abbas. Si ñ ꝓnūtiet ſe cōpetētē, ex q̄ in veritate nō eſt iudex, nō valebit ꝓceſſus in principali: valebit tñ cōtumacie punitiuus, ſi nō cōpareat, vel ſi cōpareat, ⁊ recedat nō licētiat⁹: vt no. Inn in. c. p̄al. cū olim, abbas. Si eſt certū, ipſum nō eſſe iudicē in cā, in qua citat, ⁊ dt̄ ſe iudicē, l₃ in alia ſit iudex, citat⁹ nō tenet̄ cōparere, ⁊ habit⁹ proceſſus nō tenebit q̄ ad aliquē ꝓceſſum, adeo ꝙ puto ꝙ nec excōicatio teneret: q₂ ex q̄ l₃ alias iſtū habeat iuriſdictionē: reſtringit citatione ⁊ ꝓceſſum ad cām nō ſuppoſitā iuriſdictioni, euidēter intēdit ꝓcedere ex cā, ex qua nō pōt, ⁊ nō vult ex qua cā pōt: ⁊ ſic nō v₃, expugnāte ⁊c. de offi. dele. cū ſup. Ođ puto etiā in ordinario. Iđ dixi, ⁊ puto epm̄ in Bono. cui no iuim ſubdit⁹ vt laic⁹, citauit me vt cōparerē ꝑ qbuſdā neceſſariis eccleſie ſue, ⁊ lapſo certo termino me excōicauit: intētio ſua erat me citandi ꝓ lectura de irē Bono. cā expreſſa, ⁊ ficta non erat ſuppoſita ſue poteſtati: q₂ pro lectura non erā ei obligatus, ſed ciuitati, ſi qua erat obligatio, que ſpectabat ad laicū iudicem, vel ad tenētem locū eccleſie, vt ad delegatū, qui tūc ibi erat, nec etiā pro factis eccleſie ſue arctabat: dixi ꝙ non eram excommunicatus: q₂ extendebat manū extra iuriſdictionē ſuā. Et per hanc viam concordabunt̄ opi. in. d. c. cum olim. Ad hoc qđ no. de offic. dele. cū in iure. de reſcri. paſtoralis. vbi ſnia lata in executorē nō valet, q̄ñ non eſt rebellis: q₂ de nunc executor ſubmittit̄, q̄ñ eſt rebel-
14 lis iuriſdictioni delegate. ¶ † Venio ad ordinariū: ⁊ ſi quidē exprimit ſe iudicē, ⁊ certū eſt, eū non eſſe, caſus eſt plan⁹. Si exprimit ſe iudicē, ⁊ eſt, ſed non eſt certū, idē, q₂ valet omnis proceſſus. Si eſt iudex, l₃ eius iuriſdictio eſt elidibilis, ⁊ exprimit ſe iudicē, idē per uia vt in delegato. Si eſt iudex, ⁊ nō exprimit ſe iudicē, vbi ē dubiū an ſit, vt q₂ citat nō ſubditū, q in veritate eſt ei ſubiect⁹ rōne ꝯtct⁹: ſatis puto idē qđ in delegato. ⁊ hoc ēt t₃ Inn. Si non eſt iudex. Proſequar ergo tres caſus dubios. Prim⁹, q̄ñ nō eſt iudex, nec eſſe pt̄. Scđs, q̄ñ nō eſt, l₃ eſſe pōt: vt ſi laic⁹ citet clericū in cā ſpūali, nō arctat citatio quo ad aliquē ꝓceſſum. de ordi. cog. tuā. ¶ Venio ad fin, q̄ñ nō eſt, l₃ eſſe pōt: dic, ſi fundit⁹ non h₃ iuriſdictionē quo ad aliquē. ꝑ oīa dic idē qđ dixi. ſ. in delegato, q̄ñ nō h₃ aliꝗ̄ iuriſdictionem. Si h₃, ſed non quo ad iſtū: tūc ſi exprimit aliquā cām in citatorio, per quā cōcludit iuriſdictio, ſi ſit vera, puta q₂ ibi cōtraxit, vel deliquit, vel q₂ agit de re, quā ibi habet: tunc quidā dicunt ꝙ ſi ibi cōparuit, vel ſi ibi inueniat̄ tne aliqua citatiōe: tūc pōt ibidem

retineri, donec pſtet cautionẽ de ſtãdo iuri, vel lit. cõte. ff. ȯ iudi.
l. ij. §. pe. Sȝ male dicũt: q: illa loquunt, qñ cõparet corã iudice,
q alias hȝ in eũ iuriſdictionẽ, ſed ex aliqua cã hȝ priuilegiũ re-
uocãdi domũ. de quo dixi plene de fo. cõpe. c. ſi. Alij dicũt q ſi
nõ cõparuit citatio, nõ arctat eũ: q: lȝ ibi deliquiſſet, ex quo eſt
extra territoriũ. citatio non arctat eũ. Si aũt cõparuit, & rñdit
nõ errãs in facto, vel in iure: & vȝ pceſſus. q: progata eſt iuriſ-
dictio: ſuꝰ aũt iudex exequet. ſi res nõ ſunt in territorio ſulan-
tis. ff. de iudi. l. miles. §. ſi. de fo. cõpe. poſtulaſti. C. de re. cre. l. a-
ctori. Qñq venit, ſȝ poſtea cõtumaciter receſſit: vel erat in terri
torio, & poſtea citatꝰ receſſit: dicũt q tȝ ꝯ ipſum ſnia excõica-
tiõis, & poterit pcedi, ſi cã erat talis, in qua poſſit lit. nõ conte.
pcedi, ẽt ad ſniam diffinitiuã: vt li. nõ cõte. qñ Nõ ob. ſi dicas
q nõ eſt verũ q: ibi ꝯxerit: & ſi cõperta veritate nõ valebit pceſ-
ſus: q: opi. cedit veritati. vid. di. q cõparata. q: debebat venire
allegaturꝰ cãm: ſȝ ex quo citatꝰ nõ venit, cõtumax reputat: q:
eius eſt cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio. de eſcri. ſup literis. ff.
de iudi. ſi qs ex aliena. ff. ſi qs ius di. nõ ob. l. j. Alij, & in hoc re-
ſidet Inn. dicũt q lȝ valeat pceſſus punitiuus cõtumacie, vbi
vera exiſtẽte cã deferẽte iuriſdictionẽ poſſit citare, non valebit
pceſſus in principali, ex quo ibi nõ ꝯxit, ẽt ſi talis eſſet, vbi p-
cedi poſſet lite nõ ꝯte. niſi prĩo cognouerit an ſua ſit iuriſdictio,
& pnũtiauerit ſe cõpetentẽ, & poſt cognitionẽ an ſua ſit iuriſdi-
ctio pceſſerit in principali: q: vꝫ tũc ſe pnũtiare cõpetentẽ. Nec
ob. q ſit lata ſnia a nõ iudice, q: ſup hoc eſt iudex, an ſit cõpe-
tẽs, & pnũtiãdo ſe facit iudicẽ, niſi appellet: imo nec tũc appel-
lare põt, ex quo eſt ꝯtumax. ij. q. vj. ei, q. §. ſunt ẽt. Dicit tñ ſecꝰ
in delegato. Tu dic hoc caſu, qñ nõ hȝ quo ad iſtũ, ſed quo ad
alios, qȯ ſi hȝ, ſȝ exceptione eſt elidibilis, idẽ p oĩa qȯ hoc caſu
dixi in delegato. Valet eñ pceſſus & in principali, & incidẽti, ſi
nõ hȝ ipſo iure, ex quo ibi nõ ꝯxit, vel deliqt. Si eſt certũ q nõ
hȝ, adhuc p oĩa ncẽdũ q nullꝰ pceſſus vȝ in cõtumacẽ. Si eſt
dubiũ, ſi citat eũ extra territorium, citatio nõ arctat eũ, niſi ad
diſtringẽdas res: vt in c. Roma. §. ꝯhẽtes. & tũc poſſet bñ pce
dere ꝯ eũ ad pceſſum ꝯtumacie punitiuũ quo ad res ibi ſitas,
nõ quo ad afficiẽdã pſonã: q: ẽt ſi in veritate ibi ꝯxiſſet, eũ non
poſſet excõicare extra territoriũ nõ preuẽtũ. Si eũ pueniꝫ, vel
citatꝰ venit, & cõtumaciter poſtea receſſit: tũc q: pũctus eſt, va-
leret pceſſus in incidẽti, nõ in principali, niſi añ oĩa pnũtiãdo
ſe faceret iudicẽ, vt dixit Inn. Qñq citatꝰ venit, & pſecutꝰ eſt:
& tũc progat iuriſdictio, ex q hoc fecit ſciẽter nõ errãs in iure,
vel in facto, & valebit ſnia diffinitiua ẽt ꝯ eũ: quã exequet ſuus
iudex, ſi ibi nõ hȝ bona, pꝓpoſita actiõe in factũ. ff. ȯ re iud. l. mi
les. §. pe. C. de iureiu. l. actori. No. bene q ſnia nõ exequit coram
alio iudice ſine remiſſiõe, vel reqſitiõe ſniantis, niſi p actionẽ in
factũ. vtili, credo, de libel. ob. c. j. & de fo. cõpe. poſtulaſti. ¶ Ue-
nio ad ſm pncipale, qd iuris, ſuppoſito, vel appacẽte defectu
iuris agẽtis, an citatio arctet citatum: & hoc põt eſſe multipꝫr.
Qñq ex pſone defectu, q: nõ hȝ agẽs legitimã pſonã ſtãdi in
iudicio: ſi hoc apparet ex tenore citatiõis, cõparere nõ tenet: vt
q: citat vt veniat rñſurꝰ pupillo, vel excõicato, vel alicui alteri
pſone, q nõ hȝ ptãtẽ ſtãdi i iudicio: & nõ tenet cõparere, q: cita
tio vt hñs expſſum errorẽ nõ tȝ, & ſic nõ arctat. ff. ſi qs cau. l. q-
ties. §. ſi ſeruꝰ. ff. de pcu. l. feminas. ꝟ. de iud. intelleximꝰ. Idẽ ſi
citat ad rñdẽdũ ſpoliatori, hoc expſſo i citatiõe: & qñq nõ hȝ
pp delictũ, vel aliud, ptãtẽ agẽdi ꝯ illũ, ꝯ quẽ agit: hoc expſſo
in citatorio citatio nõ arctat citatũ. Idẽ ſi citet vt rñdeat militi
p alio agẽti. Idẽ ſi hoc nõ exprimit in citatorio, ſȝ alꝰ eſt noto
riũ iudici, q iniuſte citat: q: hec ſunt paris, citationẽ cõtinere īto
lerabilẽ errorẽ, vel notoriũ eſſe errorẽ. Ad qȯ no. ꝟ. de iud. exa
minata, & qȯ no. de offi. vica. c. j. p Inn. ad hoc de re iudic. inter
ceteras. & ȯ app. ſolicitudinẽ. & qȯ no. de ſen. excõ. p tuas. Qñq
apparet defectꝰ citatiõis pp defectũ iuris agẽtis circa merita,
vt q: agẽs ñ habebat ius agẽdi, & hoc ꝯſtabat: ſatis puto q ſi
hoc pateat ex tenore citatiõis, citatio nõ arctabit. Si hoc nõ
pateat ex tenore citatiõis, & pp eius ꝯtumaciã pcedat ad miſ-
ſionẽ, & tñ agẽs ñ habebat ius agẽdi i effectu, q: aduerſario cõ-
petebat exceptio: dt hic Inn. q ſi tpe, q obtinuit mitti, ſciebat
ſe nõ hẽre effectuale ius agendi, q: cõpetebat exceptio, & doloſe
obtinuit mitti, reuocabit miſſio. ff. de pecul. l. ſi eo tpe. & repetet
abſens ſuã poſſeſſionẽ. Et ſi excipiat de miſſiõe facta, & contu-
macia, replicabit de miſſiõe doloſa imo plus dt q vbi qs ẽ tu-
tus exceptiõe, nõ valebit miſſio ꝯ eũ: & ſi expellat miſſus, ñ da-
bit actio ex eo, ne vis fiat ei, q i poſ. miſ. ẽ: q: nõ intereſt actorẽ
mitti i poſ. bon. eius, q tutꝰ eſt. ff. ne vis ſi. ei l. j. §. hec verba. ſic
loquit. ff. de pec. l. ſi eo tpe. Nõ ob. ff. ex q. cau. i poſ. ea. l. i poſſeſ-
ſionẽ. q: in creditores miſſi ſunt p debito ꝯdõnali quouſq ca-
uet ne debito exiſtẽte ꝯdõnc. Hoc dubiũ tãgit gl. ff. ex q. cau.
in poſ. ea. l. Fulcinꝰ. §. ptor. & ibi ſunt opi. Spe. illas recitat i ti.
de primo, & ſcȯo decre. §. nũc videamus. ver. ſi. & ibi tȝ opi. Ala,

an in preſentem ſit latum decretum, an in abſentẽ, vt primo caſu
teneat: & imputet ſibi, qui nõ oppoſuit: ſcȯo nõ teneat. Glo. tñ
diſtincte qȯ nõ tȝ. Et hoc tenẽ. Iñ: q: quãdo decretũ cõtinet iniq
tatẽ ex parte petẽtis, eo qȯ eſt iniuſtũ, eſt nullũ, vt q: ex fallacia la
tũ eſt. l. cũ vero. §. ſubuẽtũ. ff. de fidcicõ. li. & hoc tȝ ibi Bar. & ff.
de acquirẽ. po. l. iuſte. ad hoc. l. tuto: ſi petitꝰ. & l. Seio egreſſo. ff.
de tu. & cu. da. ad hoc. l. ſi eo tẽpore. Et ibi latitare nõ dicit, q pre
ſens ſi eſſet, rñdere nõ teneret: & ſic nõ valet cõtra nõ latitantẽ. ſi
propter eius ꝯtumaciã pcedatur ad diffinitiuã, bene valeret pro
ceſſus, ceſſantibus falſis pbationibus: vt. l. cũ putarẽ. ff. fam. er-
ciſcũ. & l. poſthumus. in prin. ff. de inoffi. teſt. Ceſſatibus falſis, vt
dixi qȯ tũc in abſentẽ proceſſus eſſet nullus. ff. de iudic. l. ſi ptor.
§. Marcellꝰ. ff. ad Tre. l. ſi ſeruo inuito. §. cũ ptor. & qȯ ibi no. Ro.
In. de reſcrip. cũ dilecta. & de re iudi. cũ Bertoldꝰ. ¶ Uenio ad
vltimũ principale, qñ apparet defectꝰ alterꝰ accidẽtis: dic, qñq
eſt defectꝰ ex parte citati, vt q: impeditus: & tũc dic qȯ ſi hoc eſt
notũ citãti, citatio nõ arctat citatũ. ff. de re iud. l. queſitũ. no. ꝟ.
pcu. querelã. & fortius ſi hoc apparet ex tenore citationis. Si nõ
apparet, nec eſt notũ iudici, citatio arctat, & valet pceſſus, quia
eũ geri poteſt in fictũ, vel appacẽtẽ verũ cõtumacẽ: reſtituit tñ ex
clauſula generali. ff. ex qui. cau. ma. l. ſed & ſi p ptorẽ. §. vltimo. ad
hoc de re iudi. cũ Bertoldꝰ. ff. ȯ dã. infec. l. ſi finita. §. ſi forte. ȯ quo
dicã plenꝰ ȯ dolo ꝯtingit. Si eſt alter defectꝰ: & hec ſit p regu
la ſm In. hic, q cõcludit etiã ad pmiſſa qȯ vbicũq citatꝰ hȝ ali-
quã exceptionẽ declinatoriã ex aliquo accidẽti, p quã, ſi pſens eſ
ſet, non arctarẽ ad cõparẽdũ. Hec ſi exprimit in citatorio, vel
alias eſſet notoria, citatio nõ arctet citatũ ex defectu citationis.
& citat ad diẽ feriatũ, ȯ ferijs. c. ſi. Si citat ȯ eo, ȯ quo nõ põt eſſe
iudiciũ, vt de Luna, vl Sole. ff. ȯ iud. l. quẽadmodũ. C. ȯ ſtudijs
li. nõ cõ. l. ij. li. xj. Si exprimat locũ inhoneſtũ. ff. de ar. l. ſi cũ dies.
§. ſi arbiter. Idẽ ſi nõ exprimit, ſȝ eſt notoriũ iudici vt iudici, qȯ ci
tatio cõtinet iniuſtũ, vt ſi citat ad locũ notorie nõ tutũ. ad hoc ȯ
re iudi. cle. paſtoralis. lȝ prudenter faciat, ſi mittat pcu. iij. q. iij. ſi
egrotãs. Nã tutꝰ erit exceptione doli ꝯ aduerſariũ, qui doloſe ſic
obtinuit eũ citari. ar. ff. ȯ eo, p quẽ fa. eſt. l. j. §. ſi certus. Et ſi neſciue
rit iudex, vel aduerſariꝰ, dabit ſibi reſtitutio ex clauſula gñali. ff.
ſi qs cau. l. ij. & p totũ. Ho. dicit idẽ, qñ cõſtat de dolo aduerſarij,
vt opꝰ ſit reſtitutione. de reſti. in int. ex literis. ſm Hoſt. ſȝ ibi nõ
erat notoriũ & hoc puto. Nec ob. ſi dicat, notoriũ nõ excuſat ab
oppoſitione, ſȝ a pbatione: vt in cle. appellãti. ȯ app. & no. vt hec
nõ cõtes. accedẽs. j. q: hoc ſurgit ex defectu citationis notoriã in
iuſtitiã habẽtis, que ex hoc vitiat: ſed ſuppoſita validitate cita-
tionis nõ excuſaretur ab opponẽdo. Ad hoc qȯ no. de cẽſ. c. ve
nerabilis. Nõ ob. in predictis ſi dicat nihil poſſe eſſe in citatione
iniuſtũ, qȯ nõ poſſit habere dubitationẽ. vel excuſationẽ. Nã ſi ci
tat vt reſpõdeat dño ſeruus, hoc põt eſſe, ſi ſuper tollerabili ini
cia ne eo cõqueret. Inſt. ȯ his, q ſunt ſui, vel alie. iur. §. j. Idẽ tñ
in oĩbus aliis rñdet Inno. qȯ ex quo illicitũ, & iniuſtũ poſuit in
citatione, illud iudicabit ſcȯm cõem & regularẽ cõcurſum, nõ at-
tito caſuali euẽtu, niſi adijciat caſum ſingularẽ, & exprimat in ci
tatione ex quo excuſet iniuſtitia: q: tales caſus nõ pſumunt, ſȝ
In. Ad hoc qȯ no. l. ſi. ȯ notorietate, q ſemp põt habere excuſa
tionẽ. ȯ coha. cle. & mu. tua. & c. veſtra. ad hoc. l. ſeruus quoq. ff. ȯ
here. inſt. ad hoc qȯ no. ꝟ. c. p xi. de ſentẽ. excõ. venerabilibꝰ. ad a.
li. vj. ſm Io. An. Si aũt hec nõ exprimunt in citatorio, vl alias
nõ ſunt notoria: tũc ſi agit de pceſſu ꝯtumacie punitiuo, debet,
ex quo citatio eſt formalis, cõparere citatus allegaturus priuile
giũ ſnie: alias poteſt mulctari, & excõmunicari, & etiã miſſionẽ pa
ti, etiã ſi ſit pupillus, & ſic pceſſus ꝯtumacie punitiuus ei iniuſtꝰ.
Si agitur de pceſſu principali: tũc ex quo ſupponit fundamentũ
iuriſdictionis, licet poſſit ex altero capite opponi ꝯtra pceſſum,
ſi ſumus in caſu, in quo ꝯtra abſentẽ poſſit pcedi lit. nõ ꝯteſta. vt
in appellationis cauſa, vel ſimili: tũc valebit pceſſus, adeo q vl-
tra terminũ, intra quẽ nõ poſſit opponere, ſi preſens eſſet, nõ po
terit etiã repreſentatus ante finitũ pceſſum opponere. nec cõtuma
citer abſens melioris ſit ꝯditionis quã pſens. in auth. vt ꝯbs o-
bediãt iudi. prin. §. ſi aũt. Ad hoc q: bene fecit iudex, qui pro
ceſſit: nõ debet ergo hoc reuocari. de reſtitu. ſpolia. audita. ſed re
uocaretur, ſi declinatorie iudicij admitteret. Per que cõcludit
regulam q tam in dilatorijs, quam in declinatorijs, q etiam
in peremptorijs, quod in illo ſtatu cauſe admitteretur abſens cõ-
tumaciter ad opponendũ. in quo admitteretur, ſi preſens fuiſſet
& in illo ſtatu repelleretur, quo repelleretur ſi preſens fuiſſet: q
non debet eſſe melioris cõditionis contumax, quã obediens. de
poſt. prel. a. c. primo, de dolo, veritatis. De quo dic vt ȯ electio. ca
pi. primo. libro. vj. verbo, abſentia vbi dicitur q vbi non ſpera-
tur lit. conteſta. quia in abſentem proceditur. ille terminus habe
tur pro lit. cõteſta. ad excludenda dilatorias, qȯ fit vel fieri ſolet
poſt litem conteſtatam in preſentem, vel in ipſa lit. conteſta. & ſic
debet de alijs terminis. Idẽ quod hic, nota. ponit Innocentius
ad literam

ad litera.l.ſ.de app.ſi duob⁹. Et hoc tȝ R. apud ſuā allegatione
cxvii. ad hoc dictū Spe.in Spe.de app.§.ſȝ quarſ.ver.ſȝ pone.
& Pau.in cle.ſepe.de ver.ſign.per q̄ tenet R. apud vbi.ſ. q̄ poſt
dationē termini ad pbandū vſuras repetēti non admittiť cō-
tumax opponēs exceptionē dilatoriā, q̄ ille nō ſoluerit vſuras
q agit, & vſurarius fuit: q: tales exceptiones debēt opponi in
ingreſſu iudicij: & q: ex quo eſt pceſſum ad act⁹, q ſiūt, vel fieri
15 ſolēt poſt lit cōte. habeť lis pro cōte. ¶ † Quero cū gl.j. qñ di-
cať ita explicite reſcriptū trāſmiſſuȝ, q̄ potuerit abſq; alio diſ-
16 curſu deliberare. gl. declarat, q̄ clara eſt. ¶ † Quero ſcdo an in
criminali in citatorijs debeat inſeri id, qd obijciēdū, vel de quo
accuſand⁹ qs ſit. Sic diſtinctim gl. dt q̄ ſic. v.q.ij.ſi primates.
Dic hoc verū nō de neceſſitate, ſed ad cautelā, ad excludēdas
deliberatorias. Et ſic pōt verificari glo. Jo.iij.q.ij.in ſumma, q̄
dt q̄ in criminali non danť deliberatorie: q: illud verum, qñ cā
eſt in citatiōe explicite inſerta: ſi nō ſit explicite tranſmiſſa, da-
bunť. Et ſic debet intelligi qd no.ij.q.viij pſcripta. De quo per
Hoſt.in ſum.e.ti.§.i.ver.alie deliberatorie. Ad hoc qd no. Jo.
ij.q.iij ſi qs iratus. Jo.de Lig. dt eas dādas in criminali, quā-
tūcūq; reſcriptū ſit trāſmiſſum: q: ibi exigiť libellus bene for-
matus: & multa pñt opponi ꝯ libellū.ij q viij.libellorū.in qbus
opus eſt deliberatiōe: ideo dāda eſt, ſm eū. Itē dať deliberatoria,
vt diſcutiať perſona accuſatoris. Sed pōt dici q̄ gl. & tex. intel
lexerūt in deliberatorijs circa ſubſtātiam petiti: q: nō petebat
deliberatorias ad rñdendū circa formā libelli, ſed circa ſubſtā-
tiā petiti. Ideo dt gl. q̄ ad cautelā quidā faciūt in fine citatio-
nis poni libellū, vt illius ptextu poſſit deliberare an velit cede-
re, an cōtēdere: & tunc non dabunť deliberatorie. Ad hoc.l.i.§.
defendi.ff.rē qui.cautis in poſ ea.v.q ij.primates. & Archi.iij.
q.ix.caueat. Talis tñ trāſmiſſio libelli nō eſt ſufficiēs ad iudi-
ciū ordināndū, niſi iterato offerať: vt no. Jo. An.de libel.cōcep.
§.nūc vidēdū.in prin.i addi. An poſſint peti deliberatorie p q̄-
rēdo aduocato & ꝯſilia amicorū. Gl. q̄ ſic ij.q.iij.d iudi.ff.ex q.
cau.ma.ab hoſtib⁹.§.ſed qd ſimpliciter. Gl concludit q̄ ad re-
ſpondendū libello nō dabunť inducie pro q̄rendo aduocato: q:
ipſe habet p ſe rñdere libello. ꝯ.de iud. paſtoralis. & de ſuo facto
dȝ eſſe cert⁹. Dic de hoc vt no. ꝯ. vt lit.nō conte.c.i. q: dari de-
bēt, lȝ habeat p ſe rñdere: q: habet inſtruere aduocatū, & cōſu-
lē, quō rñdeat, vel an ſibi expediat cedere, vel cōtēdere, & vt vi-
deat an recte ſit libellus cōceptus: & hoc ſi petat nō malitioſe,
ſed bona fide: qd eſt arbitrio iudicis diſcutiendū, ſm no. de iud.
paſtoralis. vt lite nō ꝯte.c.j. Pro abſentia tñ aduocati, an de-
beat dari dilatio, ibi no.ff.de iudi.ſi lōgi⁹. vbi ſi m breui ſe ab-
ſentatur⁹ eſt, dāda eſt, alias nō ſcd̃m vide Cy.in.l.velamento.C.
de poſtu. & l.pperandū.§.illo p̄cul dubio.de iudi. Pro cōſu-
lēdo aūt amicis nō eſt dāda dilatio.l.j.C.de dila.in gl.in verbo
17 inſtrumētorū. ¶ † Quero an actori debeat dari dilatio. dic q̄
nō ab initio: q: dȝ inſtructus venire ad cauſam.iij.q.iij.ſpatiū.
ver.ei autē. Hoc dt ab initio: q: ſi reus excipiat, ſuper eā exce-
ptione habebit deliberatorias: vt no.in ver.ſtatim alle.data tñ
reo pderit actori.in Spe.de dila.§.vidēdū.ver.in ſum. & ver.qd
ſi re⁹. vbi qd ſi ſibi reus renūtiauit dilatiōi petite, an actor poſ-
ſit illa vti. de quo in.l.petēde.C.de tēp.in integ.reſti pe. Cy.dt in
l.i.C.de dila. q̄ nō danť deliberatorie ad libellū actori, ſȝ ſic ad
poſitiōes. Ad hoc gl.C.de dilati.l.ſi qñ. per q̄ dať pro regula q̄
ſuper eo, ſuper quo qs dȝ venire inſtructus, nō debet dari dila-
tio. Ideo nō danť actori ad libellum, nec ad pbandū reſcriptū,
18 nec pcuratori actoris ad probandū mādatū. ¶ † Quero quā-
te ſunt iſte dilatiōes. Dicit gl. q̄ hodie ſunt arbitrarie, vt cōſi-
derata locorū diſtātia, & tēporis qualitate, inducias concedat.
ar.de app.cū ſit Roma.de re iud.qd ad cōſultationē. niſi forte
in illis, de qbus.iij.q.iij.ſpatiū.C.e.l.i. q: maiores illis dare nō
pōt, lȝ poſſit illas decurtare, vt ex illa litera ptȝ: q: hec materia
nō eſt plene a doctorib⁹ tradita Canoniſtis, an. & qñ poſſit dila-
tio moderari, vel augmētari de hoc per doc. qui ſemel.C.quō, &
qñ iud. Cy.in.l.ſ.C.de dila. & in aut.q ſemel.C.quō, & qñ iud per
But.late in.l.ad perēptoriū.ff.de iudi.per gl. Cy. & Sal.plenſ-
ſime, q̄ hic non poſui. & But. & Ja.de Are.in aut.offerať.C.de
lit.conte. ¶ Vidēda ſunt aliqua. Primo an & qñ iudex poſſit
arctare, vel elongare. Scdo, ſuppoſito q̄ cū cā ſaltē poſſit, q̄ di-
cať lītima cā. Tertio, dato q̄ poſſit, an in arbitrarijs iſtis, ſi deť
alia poſt primā, exigať cauſe cognitio, ſicut exigebať in primis
a iure datis. Quarto, an vna dilatiōe pendente, alia poſſit dari.
19 ¶ † Venio ad primū dic, q: aut dať a lege ſimpliciter abſq; mi-
ſterio iudicis: q̄ aut a lege miniſterio iudicis. Si dať a lege abſq;
miniſterio iudicis. Jac.de Are. dt illā nō decurtādam, vt in.x.
dieb⁹ ad appellandū: in anno ad appellationē proſequēdā: in
quadriēnio ad reſtitutionē petēdā: vt in.l.ſi.C.de tēp.in integ.
reſti.pe. Idē in tpe dato ad accuſandū iure mariti.C.de adul.l.
iure mariti. & l.iu adulterijs. Fallit tñ qñ dať a lege ſupplendo
defectū iudicis: vt.l.ij. & l.iij.§.condēnatū.ff.de re iudi. vt in tē-
pore ad exequēdā ſniam. De quo de offi.deleg.querētī. ad hoc
gl. Ber.in.c.cū ſit Roma.de app. q̄ ꝯ tēpus datū ad appellan
dū nō poſſe progari. Bar.in.d.l.ij.tȝ q̄ cū ſubſiſtēte data a lege
poſſunt progari: q: ille, q̄ a lege ſtatute ſunt ad agendū, & exci-
piēdū, perēptorie, in qbus eſt graue preiudiciū, poſſunt pro:o-
gari.l iudices.C.de iudi. & Dy.in.c.indultū.de reg.iu.li.vi.alle.
p caſu.ſ.de exce.paſtoralis. & in tpe dato ad agēdū.C.de accu.
l.ſi ea.d inge.ma.l.diffamari.l. Titia.de acc. & l.ſi eo tpe.C.d re-
miſ.pig. Iſti loquunť in termino hominis cōiter: vnde modi-
cū faciūt. Itē in tēpore reſtitutiōis.ff.de min.l.intra vtile. Itē
in tpe dato ad adeundā hereditatē: vt.l.ſi qs inſtituať.de here.
inſti.de acqui.here.l.quādiu.l.j.in ſi.de iure deli.l.ſ.de ſuc.edic.l.
pe.C.de iure deli. Itē q: dať tps iudicatis l. & nō ſupplet, imo
dať, ſiue iudex det, ſiue nō: vt.l.iij.§.ſi qs condēnatus. Hec p-
cedunt, qñ dať dilatio ad illa etiā, que ſunt magni pīudicij. Qñ
autem iudex dat ad legē aliquam deliberatoriā pponendā,
an ex cauſa hec dilatio poſſit prorogari: vide qd no.de excep.
pta.li.vi. & de ſen.excō.ſolet.e.li. Qñq; dať cum miniſterio iudi
cis: & tūc ſiue dicat lex q̄ non deť minus, ſiue qd nō deť plus,
adhuc ex cauſa poterit moderari: vt in auť.qui ſemel.C.quō, &
qñ iu.ibi: non minus xxx. &c. & d.l.ij C.de re iudi. & multo for-
tius hoc poterit, ſi ſimplr ſit data dilatio: vt.d.l.ij. & auť.offe
20 rať.C.de li.ꝯte. & ibi no. & iij.q.i.offerať. ¶ † Ad ſȝ, q̄ ſine cauſe
legitime abbreuiādi, Dic q̄ cōſuetudo tori. ſm Bar. vt d.auť.
q ſemel C.quomodo, & qñ iu.l.iij.in ſi.ff.de teſti. Si iuriſdictio
eſt modico tēpore duratura, vt in cauſis officialiū, q debēt fini-
ri intra qnque dies, vt.l.ſ.vt omnes tam ciui.q̄ mili.cauſe. Nā
ſi daretur maior dilatio, abſurdū eſſet. Ad hoc no.de offi.dele.
de cauſis. & caſus eſt de offic.dele.conſuluit. Itē eſt cauſa iuſta,
ſi cā eſt modice quantitatis, in auť. mñ breuiores.C.de ſen. Itē
ſi eſt cōtentio de re tēpore peritura, vt q: eſt cōtētio qs debeat
eſſe rector futurus pximis ſex mēſibus l i.de glan.legē. ad hoc
de iudi.c.ſi. Itē elongari pōt, vt ſi eſt cauſa cum comitate, cū qua
oportet haberi conſiliū. ad hoc.ſ.eo.expoſuit. Itē ſi eſt cauſa de
equo, qui intra dilationē magnam plus comederet, q̄ valeret.
ad hoc.l.moderamine.C.de anno. & tri.li.x. Itē ſi eſt cā alimen-
torū: q: ſi expectareť, periret qs interim fame. Itē eſt alia cā qñ
iudex pluries auditis allegatiōibus partiū, vel peremptorie,
ad ſniam citare, nō poterit arctare dilationes de quibus.ff.de
iudi.ad perēptorium. & ſolum ſemel citare: vt.l.nonnunq̄.ff. de
iudi. Item ex qualitate perſone: nam maior debet dari dilatio
ſeni, quā iuueni.l.cōtinuus.§.ſi qs.ff de ver.obli.l ad perēpto-
riū. & l.ſeq. & l.nōnunq̄.ff.de iudic. Item eſt cauſa in eo, q fecit
qd potuit: vt.d.l.ij & propter cōtumaciā eius, qui poſſet, & non
vult, vt ibi. tȝ aūt arctatio, nec tūc lex ſupplet, qñ ſit cā cauſe co
gnitiōe. Qñ ſit ſine cauſe cognitiōe. Jac.de Are. dt q̄ lex ſup-
plet: vt.l.iij.§.ſi qs codemnat⁹.ff.de re iudi. Sed dt Bar. q̄ lex
ibi dat, nō ſupplet. Imo videť ꝯtrū: q: ſi dať breuis, pōt appel
lari: vt.ꝯ.c.j. Et ſi lex ſuppleret, nō appellareť, ſm Bart. no. ex
quo ius releuat grauamē, lȝ quātū in ſe iudex iniuſte faciat, nō
pōt appellari. Quis aūt in cā appellatiōis probet vel cām, vel
21 defectū cauſe. no.j.de acc.ad petitionē.p In. ſm Bar. ¶ † Ad
tertiū an vbi in ordinarijs exigebať cauſe cognitio in dāda ſe-
cūda, ita exigat in iſtis ad arbitriū moderatis ſm formā.l.in pe
cuniarijs.ff.de ferijs. Dic q̄ ſic: q: iſte, q̄ ſuccedūt in locū dila-
tiōis legalis, q̄ danť in.d.l.i.C.de dila. ad hoc.l.ordo.C.de exce.
22 rei iudic.de penis.l.hodie. ¶ † Quero an vna dilatiōe pēdente,
alia poſſit dari. Dic, regulariter nō: vt.l.ſiue pars.C.de dila.de
app.ſignificāte. Fallit qñ articulus, ſup quo dať ſcda dilatio, nō
cōtingit primū, ſup quo pēdet dilatio: nā data dilatiōe pbādi
p teſtes, poterit dari dilatio ad pbandū per inſtrumētū.l.gñā-
liter.ver.nullo.C.de reb.cre. Idē Cy.in.d.l ſiue. Si eſſet pīudi-
cialis ad primā, tūc ſec⁹: vt.d.l.ſiue pars. Fallit ſcdo, qñ prima
dilatiōis cā eſt finita. Nā ſi ſtatuta eſt dilatio.x.dierū ad venien-
dū, & qs venit in prima die, finita eſt cā dilatiōis, altera pt ſta-
tui.ff.ad treb.l.a filio.§.ſi. Ad hoc.l.iij.§. Stichus animā.ff.de
ſta.li. Hoc ēt ponit.C.de dila.ſiue pars. Fallit qñ dilatiōes eo-
dē īſtāti danť, vt q: do tibi.x.dies ad pbādū, & exinde do.x.alte
ri parti ad pbādū. Ad hoc.ff.de inof.teſt.l.q de inofficioſo. ſm
Bar.tex. eſt expſſus de pba.lȝ cām. Ad hoc cōis practica, vbi
cert⁹ ſtatuť termin⁹ cū diſtinctiōe tpis, vt.x.p prima, &c. Non
aūt idē tēpus poſſet ſtatui p prima, ſcda, & tertia. Dicit Bart.
C.de dila.ſiue pars. Ad duos aūt act⁹ ſimul nō pt dari dilatio,
qñ nō ſunt cōpaſſibiles, ſȝ ſi pñt dari ſub diſtinctiōe: vbi aūt ſunt
cōpaſſibiles, bñ pōt dari eadem dilatio. Et hoc ēt tȝ Spe.in ti.
de dila.§.nūc vidēdū.ver.ſum. Fallat etiā, niſi iudex dilationē
datā reuocet.ff.de re iudi.l.qd iuſſu. & ibi Bar. ad hoc.l.quaſr.
ff.de arbi. ſm Cy.in.d.l.ſiue ps. Fallit qñ debitor fugere velit.l.
23 aīt ptor.§.ſi debitorē.ff.de his, q̄ in frau.cre ¶ † Quero cū gl.

quot dilatiões danť. El. dt ꝙ i pecuniarijs cauſis tm̃ vna daťr ſcda. vť tertia dāda ē cū cauſe cognitiõe. ff. e. l. vl. ⁊ l. cū rõne. In criminali danť due actori, tres reo. ff. e. l. vlt. ⁊ l. cū rõne. De hoc dic vt in. d. l. hoc dic. vt in. d. l. vl. cuius materiā explicabo in. c. in
24 cauſis. ĩ. de teſti. ¶ † Quero quaľr dz dari dilatio dic ꝙ iudice ſedēte ꝓ tribunali, ⁊ parte ꝑſente, vel ad hoc citata, vel cū cauſe cognitiõe. Jo. An. dicit ꝙ videť ſufficere ſi itinerat p locū vbi ius redditť. De quo. ff. de inter. actu. l. noluit. ad hoc qḋ no. de re iudi. c. vlt. in gl. pe. ibi not. ꝙ exigiť ꝙ ſedeat. De hoc in Spe. e. ti. §. vlt. an ſi. Hec vera in dilationibus ꝓbatorijs: ſecus in citatorijs, vel deliberatorijs, vt hic, ⁊ dixi. ŝ. ⁊ no. Spe. in loco ſpalle. Ibi etiā tz Spe. ꝙ dilatio, q̃ dz dari cum cauſe cognitione, dz dari a iudice ſedente pro tribunali: ſed nõ eſt neceſſe ꝙ ſedeat, vbi ſine cauſe cognitiõe dať, p illā. l. a procedēte. Hoc, vt debeat ſedere, qñ dat cū cauſe cognitione, tz But. in. l. a procedēte, ſiue in actu cognitionis cauſe, ſiue in actu dationis dilatiõis: licet qdā in primo exigerēt vt ſederet, ⁊ nõ in ſcdo. Et maxime dicit hoc verū, qñ ſup ea dāda, vel nõ dāda, ꝓceſſit negatio inter partes: q̃ tale decidi dz, ⁊ oportet ſnia interlocutoria, ex quo ꝓceſſit cõteſtatio. Bar. vult ꝙ in prima dilatione, etiā probatoria, que dať ſine cauſe cognitione magna, ⁊ de facili dať, non exigať ꝙ ſedeat, in alijs ſic, in. d. l. a procedēte. Cy. dicit ꝙ ſi datur dilatio, partibus nõ contradicētibus, q̃ nõ exigiť cauſe cognitio: tūc poteſt fieri a procedente, alias non. Concludo oẽs, ſi dilatio eſt citatoria, vel deliberatoria, põt fieri a iudice procedēte: ſi eſt ꝓbatoria: tunc ſi pars nõ contradicat, põt dari procedēte. Si cõtradicat, ⁊ eſt prima dilatio, idem. Si cõtradicat, ⁊ eſt alia requirēs cauſe cognitionē, dz dari a iudice ſedēte ꝓ tribu-
25 nali. ⁊ hoc eſt tenendū. ¶ † Quero an index poſſit facere gratiā, ꝓrogādo dilationes. El. dicit ꝙ ſic, etiā poſt perēptoriū. ſ. e. cõſuluit. De iſtis indicijs, ⁊ multiplici ſpecie, habeť. iij. q. ij. in ſumma. ⁊ in Spe. e. ti. §. j. Super dubio gl. an iudex poſſit ꝓrogare dilatiões, dic: ſi eſt citatoria, põt, ſm formā. c. cõſuluit. Si ꝓbatoria, dic. tāgūt de app ſignificāte. ⁊ in Spe. in ti. de dila. §. nūc vidēdū. ver. ⁊ ſunt hec. Mar. in. iij. col. ⁊ ver. ſed nunqd. Guli. de Cug. in l. j. C. de dila. dt ꝙ citatoria dilatio ꝓrogať, ꝓbatoria nõ: q̃ dať cū cauſe cognitione. Dic, ſi terminus non eſt perēptorius, põt ꝓrogare dilationē, ⁊ decurtare. Si eſt perēptorius ſtatut⁹ de volūtate partiū, nõ põt abſq; partiū cõſenſu. Ita dt in. c. ſignificātr. Si eſt ſtatutus abſq; partiū cõſenſu ambarū, tūc ſi vult ꝓrogare ante lapſum termini, põt: q̃ adhuc nõ eſt queſitū ius aduerſario: ⁊ maxime ſi hoc facit incõtinenti. Si vult poſt lapſum termini per viā ꝓrogatiõis, nõ põt: q̃ non põt ꝓrogari qḋ non eſt: iā enim finit⁹ eſt terminus. Ad hoc de offi. dele. ſignificātibus. ff. de preca. l. ſed ⁊ ſi manēte. Si vult ꝓrogare nouiter dādo cum cauſe cognitione, ⁊ ex cauſa legitima ⁊ euidēti, põt, alias non. ff. de teſta. tu. l. ante pe. ſm gl. Que tene menti: quia quotidie contingunt, ⁊c.

1 ¶ Dilationes deliberatorie noue non ſunt dande propter declarationem libelli, per quam natura negotij non mutatur.
2 Prelatus in cauſa eccleſie debet libellum offerre, ⁊ agere non proprio ſuo nomine, ſed eccleſie.
3 Libellus ſine concluſione, quando procedat.
4 Additio, ſeu adiectio inutilis vltra ⁊ vim libelli concluſionē, quanquam obſcura, quomodo non vitiat libellum. nu. 11.
5 Libellus penes medium concludendi attenditur.
6 Dictio, amplius, quid importet, ⁊ ad quod tempus referatur.
7 Superflua declaratio in libello non vitiat libellum.
8 Ad probandum non arctatur quis ſuperflue narrata in libello vltra concluſionem.
9 Solutio cenſus qualiter probetur.
10 Libellum qualiter formare habeat prelat⁹ agēs ꝓ reb⁹ eccľie.
11 Cenſualis res vt caduca efficiatur per non ſolutionem cenſus, quantum tempus requiratur.
Locatarius per nõ ſolutionem penſionis lapſo biennio cadit a iure ſuo.
12 Preſcriptio an videatur probata, vbi teſtis dicit quod titius poſſedit nouem annis, vel viginti, ⁊ vltra, vel plus, aut paulo plus.
13 Teſtis deponēs ꝙ talis poſſedit. x. vel xx. annis, aut circa, nõ probat tempus. x. vel xx. anno.

1 Litere. ¶ † Propter declaratiõnē libelli, per ꝙ natura negotij nõ mutať, noue deliberatorie nõ dabunť. In prima iudicio cõſultatio, ⁊ appellati petitio. In ſcda, ibi: nos igiť. riſio, ⁊ ap-
2 pellationis repulſio. ¶ † Nõt. ꝙ prela. ñ debere offerre libellū nomi-
3 ne ꝓprio ... cā eccleſie, ⁊ agere no noie ꝓprio, ſed noie eccleſie. ¶ † No. ar. ꝙ
4 ꝓcedit libellus ſine cõcluſiõe. ¶ No. iij. ſm verū intellectū † ꝙ inutilis adiectio vltra vim libelli, ⁊ cõcluſionē, q̃q; obſcura, nõ
5 vitiat libellū. † Attēditť ergo libellus penes mediū cõcludēdi, nõ penes modū narrādi: ⁊ narratū, q̃q; obſcurū, vltra concluſionē libelli, nõ reddit libellū obſcurū. ⁊ circa illud declarandū nõ ſunt dāde noue deliberatorie, cū p primas potuerit deliberare: ex quo nihil addiť vltra cõcluſionē libelli, a qua ſemel libellātus inſtr⁹. Sic ⁊ obſcura ꝓbatio, ⁊ incerta vltra libelli intētū, ꝓbatiõnem nõ vitiat ad limites intētus. de trāſa. ſtenia, de emp. ⁊ ven. cum cām. Per qḋ tenent dñi de Rota, ſua cõcluſione. lxxxi. ꝙ narrās ſe obtinere beneficiū in impetratiõe ſcđi a ſe dotatū, ⁊ creatū, facta mētiõe de corpore bñficij, non arctať ad probandū creationē, ⁊ dotationē: q̃ hoc eſt ſuperfluo
6 narratū: vt in cle. j. de prebē. ¶ † No. de dictione, amplius, q̃ nõ referť ad modicū tēpus: ſed reſpicit, ⁊ complectiť diuiditā maioris tēporis antea ſpecificati. Vide q̃ refertur ad modicū tēpus, gl. de ver. ſigni. cū inter in verbo, amplius, que dicit ꝙ ſi in
7 libello ponať, dz exprimi. ¶ † No. ꝙ in ſuperflua declaratione in libello non dať dilatio, ⁊ ꝙ ſuperflua ſeparabilia nõ vitiant.
8 ¶ † Op. ꝙ non teneť exprimere hanc dictionē, ⁊ plus. q̃, vt patebit ex his, que dicunť cū gl. ſatis erat certa intētio p tēpus expreſſum: id ergo adiectū vltra intentum non debet. l; obſcurū, declarari: q̃ ex eo non variať intentio libelli. Sol. Fateť hic Hoſt. ex quo dat pro regula, ꝙ vbi aliquid noteť vltra concluſionē libelli, illud obſcurū non vitiat libellū, nec etiā ſi pereť, arctať libellās ad declarandū. Ad hoc de fo. compe. ex parte R. vbi non arctať q̃s ad probandū qḋ eſt ſuperfluo narratū vltra
9 concluſionē libelli. ¶ † Quero qualiter probať cenſus ſolutus. Rñdet hic Jo. An. ꝙ ſi retro trib⁹ annis apparet ſolutū, quo ad preſumēdā ſolutionē in preteritū, ſufficit ſolutū tribus annis. l. quicunq;. C. de apoc. publi. li. x. Qḋ eſt verū, etiā in ſolutis que fieri debēt ex cõtractu emphyteutico: vt no. in. l. ij. C. de iur. emphy. ⁊ ſic dicit Bar. Idē dñi de Rota, ſua cõcluſione. centeſi. vt illa lex habeat locū in quolibet cēſu: vt no. Spe. de loca. §. nūc aliqua. v. xxvij. ⁊ duob⁹ ſeq. Hoſt. in ſum. e. ti. §. hoc quoq; notandū. qḋ puto vt preſumať ſolutio quo ad finē perimendę deliberatiõis, vel probāde, ſed nõ quo ad finē vt allegata ꝑſtatione decēnali pro cõcludēda obligatione ſufficiat probare triennalē ad concludendā preteritā, vt preſumať obligatio. ff. de
10 vſu. l. cū de in rē verſo. ¶ † Quero, prelatus agēs pro rebus eccleſie qualiter habeat formare libellū. dicūt hic Vin. ⁊ Hoſt. ꝙ libellus dz formari noie eccleſie, ⁊ non ꝓprio. vt hic: q̃ ꝑlatus non habet ſuo noie actionē directam, vel vtilē de fide inſtr. inter dilectos Hoſt. ĩ. de reſt. ſpo. olim. addit rationē: q̃ ipſe non eſt dñs, ſed ꝓcurator. de dona. c. ij. Aut ergo agit noie proprio, ⁊ male agit: aut agit nomine eccleſie, ⁊ bene agit: aut ſimpliciter agit, ⁊ dicūt quidā ꝙ male agit: q̃ in dubio agere cenſeť nomine ꝓprio. ff. de ſolu. l. ⁊ magis. l. ſi ita ſtipulat⁹. §. Chryſogonus. ff. de ver. obli. ⁊ ar. eius, qḋ ſolet dici. ꝙ intētās actionē in dubio intētare cenſeť directā: ſicut colligiť. ff. de peti. here. l. nec videlā. §. ſi quis ſciens. Sic ⁊ agēs, ex quo non dicit q̃ nomine, videť agere nomine ꝓprio, nõ alieno. ff. de dam. infe. l. q bona. §. ſi alieno. Sic etiā eſt cõcipiēda ſnia, vt ibi ptz, ⁊. ff. qui no. infa. l. furti. §. ſi quis alieno. Dic ꝙ ex quo agit pro re eccleſiaſtica, in dubio videť agere nomine eccleſie, niſi aliud exprimat: tum q̃ oia vť acquirere eccleſie, niſi aliud exprimat, vel probeť. ĩ. de pecul. cle. c. j. ⁊ p totū, ſm Hoſt. Duo dicūt iſti. Primū, ꝙ agēs clericus, in dubio noie eccleſie vť agere. In hoc dic, ſi cauſa eſt ſuper re vel iure eccleſiaſtico, in dubio noie eccleſie agi vť. Si ſuper re patrimoniali, in dubio nomine proprio. Si eſt dubiū an res ſit eccleſie, vel ꝓpria, q̃ in dubio res preſumitur eccleſie, in dubio agere cenſeť nomine eccleſie. Sic intelligo qḋ hic dicitť. Ad hoc qḋ in ſimili no. Bar. in. l. poſt mortem. ff. qui ex fac. tut. de quo p doct. de cleri. coniu. diuerſis. per Jo. And. de preben. ſi ubi abſenti. ⁊ per Inno. de can. poſ. cum ſuper. ⁊ de elec. tranſmiſſam. ⁊ per doct. de libel. obla. c. j. Archid. de re iudi. ab bate. lib. vj. in. j. ſua gl. Hec vera, quādo agit nomine eccleſie. Secus ſi agat pro beneficio: q̃ tunc agere debet nomine proprio: vt no. Inno. de iudi. q̃. no. de cau. poſ. cum ſuper. no. vt lite pēdēte. c. j. ⁊. ij. li. vj. ⁊ vbi reſtitutio rerū in conſequentiā venit ad reſtitutionē iuris reſpectu tituli beneficij, adhuc agere poteſt pro omnibus nomine eccleſie, alias proprio: vt. d. c. cum ſuper. Hec vera in prelato. Cõuentus tamen, vel capitulum agant nomine proprio, q̃ ſunt domini. ij. q. vj. §. biduum. ⁊ patet de teſta. relatū. Hoc non placet Collectario: q̃ ſolus prelatus reuocat procuratorem: vt not. de poſtu. prela. bone. ergo fortius prelatus deberet agere nomine proprio, quam conuentus. ⁊ tamen non agit, vt hic: multominus conuentus. Joan. de Ligna. tenet primum, quod fuit dictum Joan. An. de teſtibus. p: elemuum. li. vj. quia vbi communia ſunt bona, totum capitulum, ⁊ conuentus dicť dominus, intelligitur caput, ⁊ membra. de his, que ſi. a prela.

quanto:

quāto.ꝛc.nouit.Sec⁹ ſi ſint bona diſcreta,vel ſumaꝭ cōuētus,
vel capitulū,ſeparatim a capite:vt no.de reſcri.edocerī.ꝛ tūc cō
uentus agit noīe eccleſie pro ſuis, ſicut ꝑlatus noīe eccleſie pro
ſuis,ſm Jo.de Lig. Jn vice dñō vel economo.dic ꝙ p reb⁹ ec-
cleſie adhuc agit noīe eccleſie,ꝛ nō ꝑlati:vt no.de ꝑcu.c.ſi.poſt
Jnn.ꝛ no.de cle.trāſmiſſam. De agēte pro ꝑrebēda an debeat
agere noīe eccleſie,an nomine ꝑrebēde p rebus particularibus
ꝑrebēde,vide de proba.ex literis.aliquid p Jnn.de reſcri.e do-
cerī. Epiſcopus aūt pro re inferioris eccleſie agit nomine eccle-
ſie,de ſuc. ab inteſt.c.ſi.de teſta.requiſiſti.not.Abb.pro capella
agit noīe capelle,nō noīe proprio,vel monaſterij:vt no. Jnn.de
offi.ordi.cōquerēte.Secundo dic ꝙ libellus in dubio videtur
deduxiſſe directā.Jdē Spe.ꝛ fuerūt verba Uber.de Bobi.in
Spec.de act.ꝛ peti.§.i.ver.in hoc autē.xiiij.col.p illū.§.ſi quis
ſciēs.qui dicit ꝙ petitio hereditatis non daꝭ cōtra male fidei
poſſidentē,ſed bene daꝭ vtilis.Dic,ſi apparet expreſſiōe cauſe,
quā deducere voluerit,illā deduxiſſe videꝭ:vt no.Spe.de acti.
ꝛ peti.§.i.ver.nūquid teneꝭ quis dicere.ad ſi.Aut nō apparet:
ꝛ illā in dubio vꝭ deduxiſſe,que ſibi cōpetit,ſiue ſit vtilis, ſiue
directa:qꝛ in dubio videꝭ deductū ius cōpetens:vt no.de offi.
ordi.cōquerēte.Jdem Gul.in.l.ſed ꝛ ſi poſſeſſori.§.itē ſi uicane
ro.ff.de iureiur.imo improprijatis verbis dicit libellū redigen-
dū ad ius actoris:qꝛ ſi dicit ſe poſſeſſorē, ꝛ probet quaſi poſ-
ſeſſionē,intelligiꝭ de quaſi poſſeſſione.Jdē Bar.in.l.f.de acti.ꝛ
obl.ꝛ in l.ſi curator.§.eandē.de exce.rei iudi. Utrū aūt ceſſa rei
vendi.poſſit ceſſionarius agere: ꝛ ſi agat,an videaꝭ deduxiſſe
vtilē,vel directam,tractat Jo.An.in addi.Spe.in tit.de ceſſi.
act.§.i.ver.item qd ſi mihi cedit.de quo in.l.plane.fa.erciſ.ꝛ.l.
emptor nominis.de here.vel act.ven.Et ponendo pro cōſtanti
ꝙ vtilis transferaꝭ,concludit ꝙ illā in iudicio deduxiſſe videꝭ:
qꝛ recipiendū eſt illud ex libello,ex quo ſequi poſſit cōdēnatio.
ff.de eden.l.f.Nec ob.ꝙ appellatione dominij directū compre-
hendaꝭ l.j.ff.ſi ager vectig.vel emphy.pe.qꝛ illud procedit,qñ
directū competit nomine proprio: ſed vbi nomine alieno com
petit directū,nomine ꝑprio vtile,vtile,deduxiſſe vꝭ.Sic diſpu-
quedam ſunt res, ꝛ iura, in quibus poteſt haberi poſſeſſio abſque
titu. qꝛ ius non reſiſtit poteſtati poſſidendi: ꝛ tũc nõ oportet agẽ-
tem poſſeſſorio probare titulum. Quedã ſunt iura, vel res, in q̄-
bus non poteſt haberi poſſeſſio ſine ti. vt quia ius commune re-
gulariter reſiſtit potentie poſſidendi, ꝛ aliquo ſingulari caſu per-
mittit: ꝛ tunc non ſufficit probare detentionem: qꝛ per hoc nõ cõ
cluditur poſſeſſio, niſi cauſa, in qua a iure ſingulariter poſſidere
permittitur, oſtendatur: ꝛ tunc oportet aliquid docere de titulo,
vt hic. Unde poſſeſſioni liberi hominis regulariter ius commu-
ne reſiſtit ꝛ ſolo certo caſu permittit, ſcꝫ in cauſa matrimoniali. o-
portet ergo ante caſum illum aliqualiter probari. Si. vi. eſt clarã
no. eam in eo quod dicit quid comprehendatur appellatione ſuf
ficiẽtis cautionis, ꝛ cautionis ſimpliciter. Anto. de Butrio.

1 ¶ Qui poſſidet per alium, ſi illo mortuo a poſſeſſione expellit
poterit reſtitutionem petere per interdictum poſſeſſionis recupe
rande.
2 Eccleſiã cõcedere poteſt epiſcopus loco collegiato ad vſus eorũ.
3 Poſſeſſionis traditio qualiter limitetur.
4 Poſſeſſio transfertur per reſponſionem penſionis in recognitio-
nem ſubiectionis factam a ſubiecto.
5 Poſſeſſio non transfertur ſolo mandato de reſpondendo.
6 Poſſeſſionem vacantem ingrediens ciuiliter in ſe ante tranſlatã
non dicitur iniuſtus poſſeſſor, nec ſpoliator.
Poſſeſſionem ciuilem habens, videtur habere licentiam appre
hendendi naturalem vacantem ex ſola tranſlatione ciuilis.
7 Poſſeſſionem continuans, licet corpore ingrediatur nouiter eo
habẽte ciuilẽ, non dicit poſſeſſionem acquirere, ſed cõtinuare.
8 Spoliator violentus, ꝛ clandeſtinus equiparantur.
9 Eccleſiam vacantem non poteſt epiſcopus ſolus capituli conſen
ſu vnire, abſq; defenſore legitimo deputato.
10 Cenſus nouus imponi non poteſt, niſi in cã noua rationabili.
11 Priuilegium pape ſtricte interpretatur.
12 Poſſeſſio an dicatur tranſlata ad titulũ ſolius tranſlationem.
13 Poſſeſſio an tranſlata probetur per inſtrumentum.
4 Jus patronatus inferioris eccleſie poteſt per epiſcopum dari.
15 Poſſeſſio tranſlata vigore inſtrumenti, vel reſponſionis cenſus,
quomodo negligentia perdi poſſit.
16 Spoliatus poſſeſſione, quam apprehendit per tranſlationẽ pro
curatoris promittentis de rato non poteſt reſtitui interdicto re-
cuperande anteq; ratum habuerit.

1 **Cum veniſſent.** † Si is, qui per aliũ
poſſidet illo mortuo
poſſeſſionẽ ingreſſus expellit, reſtitutionẽ per interdi
ctũ petere poterit. h. d. Jn. ſ. conſultatio: in parte de
2 ciſa. In ſecunda prouiſio. ¶ † No. epm poſſe ex cauſa concedere
eccleſiam loco collegiato ad vſus eorum. Et no. q̄ hec conceſſio
non debet fieri ad preiudicium rectoris eccleſie tunc viuentis. ad
hoc de reb. ec. non alien. ſ. poſſeſſiones. ꝛ ſic ad incertum tempus
3 poteſt talis conceſſio fieri. ¶ † No. ſcdo q̄ cõditionaliter trãſlata p-
prietate, pure põt trãſferri poſſeſſio, ꝛ ſic nõ regulat traditio poſ-
4 ſeſſionis ad limites trãſlationis iuris. ¶ † No. tertio q̄ per reſpõſio
nem penſionis in recognitionem ſubiectionis factam a ſubiecto,
de conſenſu, ꝛ patientia ſubiectionem poſſidentis, transfert poſ-
ſeſſio: ſecus ſi ſine eius conſenſu, vt no. de reſtitu. in inte. c. ij. ſ. eo.
5 olim. ij. de re iu. ſuborta. ꝛ c. a. cũ ſuper. † Et quod ſolo mandato
de reſidendo nõ trãſfertur poſſeſſio, niſi actualiter reſpondeat, ꝛ
mandato pareatur: ad qđ id, quod no. ſ. de cõceſſio. prebend. cum
6 noſtris. per Innocentium. ¶ † Not. q̄ ingrediens poſſeſſionem
vacantem ciuiliter in ſe ante tranſlatã, non dicitur iniuſtus poſſeſ
ſor, nec ſpoliator: ꝛ ſic is, in quem tranſlata eſt ciuilis, vr habere
licentiam apprehendendi naturalem vacantem ex ſola trãſlatio
ne ciuilis. vide Inn. de arbit. ex parte. ꝛ de probationi. in preſen
7 tia. ¶ † Nota quod continuans poſſeſſionem licet corpore ingre-
diatur nouiter eo habente ciuilem, nouiter non dicitur poſſeſſio-
8 nem acquirere, ſed continuare. ¶ Et nota. quod is poſſidet, ꝛc.
¶ † Nota q̄ ſicut licet repellere violentum incõtinenti: ita ꝛ clan
deſtinum: de quo. ſ. capitu. olim. ꝛ per Cynum in. l. j. C. vnde vi.
9 ¶ † Oppo. quod hec conceſſio non potuerit fieri prelato ſolo.
de his, que fiũt a prela. tua. Solutio intellige quod facta fuit de
conſenſu capituli, que fieri poterit etiam rectore non vocato: vel
ſi vacat, non deputato legitimo defenſore. de reb. ec. ſc. non alie.
ſi vna ſue vero menſe vel capituli, epiſcopus etiam cum conſenſu
10 capituli eccleſiam vnire non poteſt, vt ibi ¶ † Oppo. quod no-
uus cenſus eccleſie imponi nõ debeat. de cenſi. prohib. in. de pre
ben. auaritie. Sol. dic quod hic cenſus antea preſtabatur epiſco-
po, vel ſecundum Hoſtien. hic cenſus fuit nouiter ex noua cauſa

impoſitus, ⁊ rationabili, fauorabili, quod patet ex verbo autho-
ritate: ⁊ hoc fieri pōt. de cēſ. ſignificauit. alias dixiſſet litera poſt
verbum, proficeret interim. Idem Goſ. antequā ſolueret penſio-
11 nem. ¶ † Oppo. quod non potuerit canonici tranſlationē tituli
12 ingredi propria authoritate, vt patet de priui. paſtoralis. † Dic
contrarium loquitur in priuilegio pape, ⁊ conceſſione ex illo: qđ
ſtricte intelligitur ad preiudicium tertij: quia non eſt intentio pa-
pe tertio preiudicare: hic de priuilegio epiſcopi, quod largi intel-
ligitur contra concedentem. de dona. dilecti. ⁊ de conſue. cū dile-
ctus. ſecundum Abb. hoc non placet: quia ad tranſlationem ti-
tuli non transfertur poſſeſſio: vt. ff. de acquiren. poſſeſſione ex ſti-
pulatione. ad quod infra, de conceſſione preben. c. cum noſtris.
Uel ſecundo hic prius iſti erant in poſſeſſione per reſponſionem
penſionis. igitur trāſfertur poſſeſſio: ⁊ licitum eſt eis poſtea poſ-
ſeſſionem continuare mortuo conſtituente: ibi tranſlata nō erat.
Dic ergo, quandoque interuenit ſolus titulus, ⁊ nō alia traditio
vera, vel ficta: ⁊ ſi interueniat a rōmano domino vi priuilegij, pla-
num quod non transfertur poſſeſſio: vt in capitulo paſtoralis. l.
ſi ex ſtipulatione. ff. de acquirē. poſſeſſio. ⁊ lege minus inſtructus.
C. de acquirenda poſſeſſione. Datur tamen ex titulo licentia ap-
prehendendi, vbi vacat, vel ab alio, ꝙ dante titulum, poſſidetur:
vt lege predia. ff. de acquirenda poſſeſſione. Et ſi poſtea reperia-
tur poſſidere, preſumitur ex precedenti titulo poſſidere: vt lege
quedam mulier. ff. de rei ven. In beneficialibus non transfertur
poſſeſſio, ſed ſola licentia apprehendendi, altero non poſſidente.
nota. ſ. de elec. tranſmiſſam. ⁊ nota. ſ. eodem, in literis. In eccleſia
quidam dicunt in ea ſpeciale, vt ſicut dominium transfertur ſine
titulo, vt lege fina. C. de ſacroſanctis eccle. Ita ⁊ poſſeſſio. Ad qđ
de conſue. capitu. ſecundo ad hoc decimanona queſtio. fin. ſi qua
mulier. ⁊ hoc dicunt quidam. de proba. in preſentia. Tu dic idem
in eccleſia quod alijs, quia ſolo titulo niſi aliud interueniat non
transfertur poſſeſſio. Ad quod. l. cum heredes. ff. de vſucapioni.
⁊ quod nota. Inno. in glo. j. magna, ad ſi. ſ. de proba. in preſentia.
Fallit, niſi tranſlatio poſſeſſionis veniat in conſequentiam perſo-
ne ſe poteſtati eccleſie ſubmittētis: vt no. in dicto ca. in preſentia.
ff. de preca. l. Itē ſi adoptauero. ⁊ Cynus in authen. ingreſſi. ⁊ ibi
alij ſcribentes. C. de ſacroſanc. eccle. Sic intellige glo. in dicto cap.
ſi qua mulier. ⁊ no. legiſte in dicta. l. fina. C. de ſacroſanc. eccle. Et
hoc tene, quicquid dicat Archi. xvi. q. j. moderatione. Poteſt ta-
men dici quod faciliori actu transfertur poſſeſſio: quia vbi in alijs
certi actus ſunt determinati a iure pro ſigno transferende poſſeſ-
ſionis, de quibus in lege ij. ff. de acqui. poſ. ⁊ in capitu. ij. ſ. de cō-
ſue. ⁊ generaliter ſufficiat, quod actus quantumcunqꝫ extraneus
ſit determinatus pro ſigno transferende poſſeſſionis, ſiue a cōſue-
tudine, ſiue ab homine, vt ibi no. ⁊ ſupra eodem, in literis. In ec-
cleſia enim ſpeciale quod quicquid detur, ⁊ ab eccleſia recipiatur
precedente: vel non determinatione, dummodo pateat de volun-
tate volentis transferre poſſeſſionem, tali traditione transfertur.
ſupra de conſue. c. ij. ⁊ ſic intellige Innocen. hic. Inquantum agi-
tur transferri in eccleſiam: ſecus ſi agitur transferri ius eccleſie in
intitulatum, vel poſſeſſio, vt dixi. ſ. capitulo, in literis. quia opor-
tet quod deſtinatio ſaltem hominis preceſſerit, vt dixi ibi. Hec ve-
ra in caſu certi, vbi conſtat dantem titulū poſſediſſe tempore da-
tionis tituli: quia non cenſetur ex hoc tradita poſſeſſio, ⁊ ingre-
diens iniuſtus eſt poſſeſſor: vt dicta lege ſi ex ſtipulatione. Sed ſi
conſtat alterum, quam tradentem, titulum poſſidere, ⁊ poſtea re-
periatur titulum habens poſſidere, in diuerſo preſumitur habere
poſſeſſionem reſpectu precentis tituli, quia ei ſola traditione titu-
li videtur data licentia vendicandi poſſeſſionem a quocunqꝫ poſ-
ſidente. ff. de rei ven. §. hec ſi res. Si non conſtat quem poſſidere,
qui titulum transfert, ⁊ reperitur habens titulum poſſidere, ⁊ nō
apparet quomodo ſit ingreſſus, i dubio preſumitur habuiſſe poſ-
ſeſſionem ab eo, a quo titulum habet reſpectu precedentis tituli.
ff. de rei ven. l. quedam mulier. ⁊ ſcribit Bar. ff. de vſuca. l. Celſus.
⁊ l. cum ſolus. Unde dicit Butri. in l. ij. C. de acqui. poſſeſ. quod ſi
ſtet in poſſeſſione, ſciente ⁊ patiente illo, a quo habeo titulum,
preſumor ab eo habere poſſeſſionē per dictam. l. ij. ⁊ idē Bart. ibi
dicit tamen Inn. j. de probatio. in preſentia, quod in eccleſia quo
ad ius agendi Publiciana ſufficit ſolus titulus: quia ſicut ſolo
titulo transfertur dominium: ita ⁊ ſolo titulo transfertur Publi-
ciana. Et hoc ponit in ſua prima glo. magna ad finem. Sꝫ de hoc
dic vt dixi de cōſuetu. ca. ij. Quandoqꝫ vltra verba apta ad trāſfe-
rendum titulum interueniunt hec, Talis vendidit, dedit, ⁊ tra-
didit: an transferatur poſſeſſio. Innocen. qđ ſic. ſ. eod. in literis.
⁊ per hec verba, Do, ⁊ aſſigno. De hoc per Butri. Cyn. ⁊ Bart.
in. d. l. ij. C. de acquiren. poſſeſ. ⁊ in. l. predia. de acquirē. poſſeſ. vbi
per Iaco de Are. de hoc in Specu. de emptio. et vendi. §. j. verſi.
nunc formam. Et concluditur communiter, qđ ſi hec verba pro-
feruntur in re preſenti, vel ad quam de facili poteſt fieri repreſen-
tatio, transfertur poſſeſſio: vt. l. iij. §. ſi viſum. ff. de acquir. poſſeſ.

Si in re abſenti, niſi aliud adſit, non transfertur poſſeſſio, ſed be-
ne inducitur licentia apprehendēdi poſtea poſſeſſionem: vt di-
cta. l. predia. de acquirē. poſſeſ. Et ſi in poſſeſſiōe reperiatur, pre-
ſumitur ibi eſſe de voluntate transferētis titulum: vt ibi no. Bar-
13 to. ⁊ Butri. † Ex quibus patet an per inſtrumentum probetur
poſſeſſio: quia ſi interueniat actus conſtituti, de quo dicam. j.
vel ſi fiat in re preſenti, tempore, quo traditur, alias autem non
probatur poſſeſſio in dubio per hec verba, Dedit, vendidit, ⁊
tradidit: ſi non apparet an in re preſenti, vel abſenti, non preſu-
mitur in preſenti fieri, ſed communiter cōtingit fieri in re abſenti: vt
not. in. c. quoniam contra falſam. de proba. vbi remittit ad Spec.
Quandoqꝫ vltra apta ad transferendam poſſeſſionem interue-
nit reſponſio de penſione alicuius rei, vel iuris: ⁊ tunc dic qđ ſi de
penſione reſpondeatur a poſſeſſore, probatur poſſeſſio, et tranſ-
fert, q: hic actus eſt fictus trāſferende poſſeſſionis: vt. l. qui vni-
uerſas. §. j. ⁊ quod ibi not. ff. de acquiren. poſſeſ. et. l. ꝙuis. eo. tit.
Si reſpondetur a non poſſeſſore, vt a colono, vel ſubuerto, non
transfertur poſſeſſio, niſi hoc fiat de voluntate poſſidentis, vt
hic. Ad hoc dicta. l. qui vniuerſas. §. j. ff. de acquiren. poſſeſ. Et
aduerte, quia tunc acquiritur poſſeſſio, non a tempore iuſſus de
reſpondendo, ſed a tempore actualis reſponſiōis. Ad quod not.
Innoc. in cap. cum veſtris. de conceſ. prebē. Sic dicit intelligi qđ
no. de fide inſtrumento. inter dilectos. ⁊ de re iudicata cum Ber-
toldus. Quandoqꝫ vltra titulum interuenit actus conſtituti, vt
eſt hec conſtituo me tuo nomine poſſidere: ⁊ tunc dic quod tranſ-
fertur poſſeſſio per illum, qui poſſidet. Si non poſſidet, licet deti-
neat, nulla trāſfert poſſeſſio: q: per actū fictū nō trāſfert poſſeſſio
niſi a poſſidente, vt lege, quāuis. §. j. ⁊ l. interdum. §. j. ⁊ l. qđ meo.
ff. de acquirenda poſſeſſione. no. Innocen. ſ. eodem in literis. ad
finem glo. magne, ⁊ hoc Nec obſtat ſi dicatur quod hic nō inter-
cedat actus corporalis, qui exigitur ad acquirendam poſſeſſionē
vt lege tertia. ff. de acquiren. poſſeſſione. ⁊ lege quemadmodum:
quia debet conſtituens a ſe abijcere poſſeſſionem, ⁊ nouiter ingre-
di. ſecundum quoſdam, nomine illius, in quem transferre inten-
dit, ⁊ ſe nomine illius conſtituere poſſidere. Sed ſecundum Bart.
in. l. quod meo. ⁊ Innocen. hic, corpus quo acquiſiuit conſtituēs
primo poſſeſ, ⁊ ille actus corporalis iungitur cum actu cōſtituti,
⁊ fingitur loco illius, cuius nomine, ⁊ ſic acquiritur poſſeſſio. per
hoc decidit Ioan. And. in addi. Specula. in titulo de emptio. ⁊
venditio. §. ſciendum. verſi. ⁊ nota quod ſi aliquis primo vni ven-
didit rem, ⁊ conſtituit ſe nomine illius poſſidere, poſtea alteri
vendidit, ⁊ tradidit: quod potior ſit primus. per. l. quoties. C. de
rei vendi. quia dato quod actus conſtituti ſit actus fictus, ⁊ ex eo
transferatur dominium vtile, illud vtile prefertur directo. Sꝫ pu-
to quod etiam directum transferatur: quia licet actus ſit fictus,
transfertur vera poſſeſſio. l. certe. §. j. ff. de preca. ibi: proprie habe-
re dicor, quicquid quidam dixerit. ⁊ nota. ff. de pac. ab emptione.
Inquantum ſupra dixi poſſeſſionem ab alio poſſeſſam contra-
ctu conſtituti non transferri. Hoc intelligo, niſi hoc fiat de volun-
tate poſſidentis, vt hic. ⁊ transfertur naturalis, quam quis habet
ſi illam habet tantum, ⁊ ciuilis tantum, ſi illam habet tantum, ⁊
vtranqꝫ, ſi habet. Ad hoc. ff. de rei vendi. l. quedam mulier. Item
ſi ciuilem habeo animo meo, naturalem teneo per colonum, me
conſtituendo poſſidere transfero ciuilem: vt no. in lege. j. §. nō au-
tem. ff. de vi ⁊ vi armata. ⁊ lege qui vniuerſas. §. ſi. de acqui. poſſeſ.
etiam dato quod colonus ignoret vel contradicat. Non obſtat. l.
peregre. §. in quibus. ff. de acquiren. poſſeſ. vbi poſſeſſionem, quā
teneo corpore alieno, nuda voluntate non poſſum perdere: quia
aliud eſt in totum extinguere poſſeſſionem, aliud in alium transfer-
ri. Non ſolum autem transfertur per actum conſtituti poſſeſſio,
quinimo nouiter creatur: ⁊ ſi habens plenum dominium conſti-
tuat ſe nomine Titij poſſidere animo transferendi vſumfructum,
conſtituendo ſe poſſidere transfertur, ſeu creat naturalem, quam
nunquam habuit. C. de dona. l. quiſquis. Sic ⁊ ſi colonus, altero
non poſſidente, conſtituat ſe poſſidere, creat naturalem quā nun-
quam habuit. C. de dona. l. quiſquis. ſic ⁊ ſi colonus altero poſſi-
dente ciuilem. ⁊ ſi alter ciuiliter poſſidet, ⁊ ipſe detinet, transfert
naturalem: quia creatur, ex quo non eſt occupata. Et ſi alius natu-
raliter poſſideat: ⁊ ipſe transfert ciuilem creando. Hoc dicit Bar.
in. l. quod meo. ff. de acqui. poſ. alle. l. qui vniuerſas. §. quod per co-
lonum. ff. de acqui. poſ. Itē ſi poſſideat alteri, vt quia debitor cō-
ſtituit ſe creditoris nomine poſſidere animo transferendi omnem
poſſeſſionem, conſtituendo ſe poſſidere: vel precario rogando ab
illo cui vendidit, transfert meum ius preſcribendi, ſicut in ſe ha-
bebat: vt dicit Bar, in. l. celſus. ff. de vſucap. ⁊ tenebat But. Inſt.
de actio. §. ſi iſte. quicquid ſentiat gl. in. l. non ſolum. §. qui pignori
ff. de vſuca. non tamen transfert poſſeſſionem, quam nō habebat.
Sed q: quo ad vſucapionem creditor ſibi poſſidet. ſ. debitori, de-
bitor cōſtituēdo illud cōmodū trāſfert. Hec procedūt in reb⁹ cor-
poralibus. An in incorporalibus p cōtractū cōſtituti transfera-
tur quaſi

tur quaſi poſſeſſio. Inn. dicit ꝙ ſic. ſ. e. in literis. Unde exiſtens in quaſi poſſeſſione decimarum, ſi conſtituat ſe nomine alterius poſſidere, trãſfert illam: vt no gl. magna. ad fi. Dic ꝙ ſi quis habeat in ſe formatã quaſi poſſeſſionẽ, vt qꝛ iam collegit decimas, vel iam exercuit iuriſdictionem, transfert illam per contractum conſtituti. Si non hꝫ illam formatã. qꝛ volens nouiter cõſtituere ſeruitutem, conſtituit ſe nomine talis poſſidere, non transfertur quaſi poſſeſſio: qꝛ illa in creando exigit vſum, ⁊ patientiam. ff. de ſeruituti. l. quoties. ⁊ l. ij. §. dare. ff. de vſuf. qui vſus nõ datur ex cõtractu conſtituti: a ſubiecto aũt cõſtituente ſe poſſidere nõ trãſfert, qꝛ ipſe nõ poſſidet, ſed poſſidetur. Ad qð id qð no. Inn. de in inte. reſt. c. ij. ⁊ in c. olim. ij. ſ. e. ti. Ponit Bar. hec in. l. qð meo. ff. de acqui. poſ. Unum non omitto, qð inquãtum dixi preſtita rei transferri poſ. l. qð meo. §. ſi dum. hoc verum, quando hoc fit a poſſidente: ſecus ſi a nuntio non poſſidente: qꝛ talis fictus actus illam nõ transfert, niſi traditur a nuntio: vt no. in Spe. titulo de ſecundo decre. §. iam de effectu. ⁊ dixi de re iudi. cum aliquibus.

14 ¶ † Opp. cum gl. i. qð nõ valeat hec donatio viuente rectore. de conceſ. pre. c. j. ⁊ ij. ⁊ c. poſt electionem. Dic ſecundum gl. quando datur certe perſone procedit contra. qñ datur collegio, vꝫ conceſſio: qꝛ qð datur collegio, nulli datur. xij. q. ij. qui manumittũtur. Uꝫ ergo conceſſio, de iure patron. qð aũt. ⁊ c. conſultationibus, dummodo interueniat conceſſus capituli, ⁊ patroni, ſi eſt patronata. ad hoc de dona. conſultationibus. ⁊ de iure pa. qð aũt. Ad hoc alleg. doc. pro ratione gl. qꝛ commune eſt vitium, vt communiter negligatur, qð communiter poſſidetur: vt ſe nihil habere, q cõmuniter hꝫ arbitretur. C. qñ, ⁊ qui quar. pars de. l. ij. li. x. ſcðm Hoſt. vel non põt tradi quo ad proprietatem. quo reſpectu a poſſidente tenetur, qui põt ſibi preiudicare. ad qð. l. fin. C. de pactis.

15 ¶ † Opp. qð nõ potuerũt ꝓpria authoritate nanciſci poſſeſſionem vacãte eccleſia de priuile paſtoralis. Gl. dicit qð hic erat aũ tranſlata per reſpõſiones pẽſionis, ſicut donando, vel vendendo rem aliquã, ⁊ retinẽdo vſumfructum, videoꝛ poſſeſſionẽ transferre. C. de dona. l. quiſquis. Nec morte coloni perdit poſſeſſio, quaꝫ nõ habebat. Sed ſi ipſam negligat apprehendere: vt. ff. de acqui. poſ. l. ſi de eo. §. i. Aduerte ad hãc caudam: ꝑdit ergo poſſeſſio negligẽtia. Sed dic in hoc, quãdo negligo adipiſci poſſeſſioneꝫ quam ſcio ab alio occupatam, ⁊ illam incõtinenti perdo, qꝛ videoꝛ ſuſpicari me poſſe repelli. ff. de acqui. poſ. ꝙ meo. in fi. Si ignoro ab alio occupatam, vel ſcio vacãtem, an, quomodo, vel quãto tempore perdo, dic vt plene ſcripſi. ſ. de elec. querelam. vbi tangit

16 Inno. ⁊ per Bart. in dicta. l. ſi de eo. §. j. ¶ † Opp. gl. ſi. quod decre. nõ facit ad ti. Gl. reſpondet ⁊ ponit caſum clarum: vide eũ per te. Regulã autẽ, que hic ponitur, quod is poſſidet, cuius nomine poſſidetur: intelligunt domini de rota ſua concluſione. cxlv. qñ me mãdante, vel ratum habente ingreditur: ſecus ſi vt geſtoꝛ nomine meo poſſideat: ⁊ eijciatur anteq̃ ratuꝫ habeam: quia nõ datur mihi poſſeſſorium, interim non poſſum habere ratuꝫ: vt. l. bonorum. ff. rem ratam haberi. ⁊c. Anto. de Butrio.

1 ¶ Si altero coniugũ matrimoniuꝫ accuſante, alter petit reſtitui, ante omnia reſtituendus eſt.
2 Ad quaſi poſſeſſionem iuris matrimonialis que requirantur.
3 Clauſula appellatione remota, non tollit appellandi facultatem ex iuſta cauſa, ⁊ manifeſta, in ſolo iure conſiſtente. nu. 15.
4 Ad reſcripti ſecundi validitatem quid exigatur.
5 Iuriſdictionem primorum iudicum non ſuſpendit nuntij deſtinatio ad curiam poſt notitiam reſcripti, quo cauſa eſt delegata.
6 Per procuratorem, aut per ſe, poteſt quis cõparere in cã eadẽ.
7 Exceptio dilatoria habens in ſe dilatoriam incluſam poteſt opponi poſt litem conteſtatam.
8 Petitorio ſuſpenſo ſuper re eadem, ſi ſuper poſſeſſorio appellat, deuoluitur in cauſa petitoriuꝫ, ſuper quo non eſt appellatũ, vt ratione connexitatis procedi ſuper eo non poſſit. nu. 17. ⁊ 20.
9 Nuntij deſtinatio ad curiam añ notitiã reſcripti ſuſpendit iuriſdictionem delegati iudicis vigore reſcripti.
10 Reſcriptum ſuper petitorio includit tacite poſſeſſorium.
11 Reconuentio debet fieri ante litem conteſtatam.
12 Reſcripto an poſſit quis vti, quod repulit.
13 Priuilegio reſpicienti vtilitatem duorum communem, an poſſit impetrans renuntiare ad preiudicium alterius.
14 Priuilegiuꝫ impetranti an queratur ius a tempore preſentationis.
16 Reus quare poſſit vti quandoq; priuilegio actoris.
18 Appellans quando dicatur grauatus. 19.
20 Sententia lata ſuper poſſeſſorio, quando impediat cognitioneꝫ petitorij.
21 Poſſeſſorio agenti quando obſtat proprietatis exceptio. Matrimonij proprietas vbi deficit, nõ poteſt vir propria authoritate vxorem a ſe abdicare.
22 Per procuratorem nemo admittitur in cauſa criminali.
23 Poſſeſſorium accumulatum petitorio poſt litẽ conteſtatam nõ facit ſilere petitorium. Exceptio dilatoria quando poſſit opponi poſt litem conteſtatã.
24 Actio poſſeſſorij quando poſſit accumulari cum petitorio intentato etiam poſt litem conteſtatam.
26 Reſcripta ad lites quas clauſulas formularum in ſe cõtinere debeant.

1 Ex cõqueſtione. ¶ † Si altero coniugum matrimoniuꝫ accuſante alter petit reſtitui, añ oĩa reſtituat. Primo ponit appellantis querelam. Secundo dat iudicẽ, ibi:
2 mandamus. ¶ † No. regulã, que requiri videnẗ ad creandã, quaſi poſſeſſionẽ iuris matrimonialis aptam ad partũ poſſeſſorij. Primo, quod probetur cõtractus matrimonij quo ad nudia, ⁊ exuuia, ſeca principia. Secundo, quod probetur traditio. Tertio, qð co-
3 pula. † No. ij. quod clauſula appellatione remota, nõ tollit facultatem appellandi ex iuſta cauſa, ⁊ manifeſta in ſolo iure cõſiſtente.
4 ad hoc de re iudi. inter cetera. ¶ † No. iij. ꝙ ad validitatem ſecundarum literarum non ſolum exigitur ꝙ mentio fiat de primis literis, imo ⁊ de qualibet notabili clauſula, appellatione remota, ⁊ maxime quando clauſula repugnat cõceſſioni ſecundarum, vel re-
5 pugnare videtur. ¶ † No. iiij. ꝙ nuntij deſtinatio ad curiaꝫ poſt notitiam literarum, quibus cauſa eſt delegata, non ſuſpendit iuriſdictionem primoruꝫ iudicum, coram quibus poteſt accumula-
6 ri iudicium, ſuper quo nuntius deſtinatur. ¶ † Not. v. ꝙ in cauſa eadem quo ad diuerſos actus quis aliquando per ſe, vel aliquando per procuratorem comparere poteſt, ⁊ quo ad eundem actum
7 pluries iteratum. ¶ † No. vi. ꝙ exceptio dilatoria, vel petitio habens in ſe incluſam dilatoriam, poteſt opponi ante litis conteſt. ⁊ poſt, ſi per opponentem nõ ſtat, ſed per iudicem quo minus ad-
8 mittatur: de quo. ſ. ¶ † No. hic apertum. ꝙ ſuſpenſo petitorio ſuper eadem re, ſi appelletur ſuper poſſeſſorio, deuoluitur in cauſa matrimoniali cauſa etiam petitorij, ſuper qua non eſt appellatum. Sed dic, hic deuoluitur petitorium, ⁊ attentatum contra appella-
9 tionem, ⁊ ideo deuoluitur vt illo retractato cognoſcat. ¶ † Opp. ꝙ poſt miſſionem nuntij ſuſpenditur iuriſdictio: vt no. de appel. vt debitus. Sol. Non ſuſpenditur poſt aſſignationem literarum, ſed ante ſic, vt ibi. Uel hic mulier non oppoſuit exceptionem, qꝛ non proficiebat. Et adeo primum verum, vt miſſio nuntij non ſuſpendat iuriſdictionem non ſolum in cauſa, in qua primo ſpecifice erat impetratum, ſed etiam nec in cauſa tacita incluſa in primis
10 literis, vel que ibi poteſt, ⁊ debet accumulari. ¶ † Opp. ꝙ mulier nõ poſſit agere ſuper poſſeſſorio: qꝛ litere fuerunt impetrate ſuper petitorio tantum, vt patet. Dupliciter reſpondetur. Primo ꝙ commiſſa cauſa ſuper petitorio, videatur etiam commiſſa poſſeſſorij tacite, maxime quando poſſeſſoria habet in ſe incluſam exceptionem dilatoriam, vt hic: quia intentio pape non eſt excludere legitimas exceptiones: de offi. dele. ex parte. ad hoc de ſeque. poſ. c. j. de quo dicetur ibi: talia enim veniunt ratione cõnexitatis. Et per hoc non obſt. de offi. dele. P. ⁊ G. de reſcri. c. ſi. Poteſt ſecũdo
11 dici ꝙ hoc fiat ex vi reconuentionis. ſ. de mu. peti. c. i. † Sed huic obuiat, qꝛ recõuentio nõ poteſt fieri poſt li. conteſt. vt no. de mu. peti. c. j. de quo dic vt ibi. Sed poſſet reſponderi ꝙ hic per mulie-
12 rẽ non ſtetit quo minus illã accumularet ante li. conte. ¶ † Opp. ꝙ. ſiue mulier conueniat, ſiue reconueniat, ſiue includat in literis, ſiue ex reconuentione agatur ꝙ nõ poſſit agere ex literis illis, quas repulit, ex quo ſuſpẽditur ius literarum quo ad impetrantem: qꝛ ex quo repellitur, poteſt nõ vti literis: ⁊ conſequenter excludet reũ. Poteſt enim iuri ſuo liberi renũtiare. de regula. ad apoſtolicã. ⁊ c. ſtatutimus. Sol. Inquantũ fit reconuentio, an procedat ſuſpenſa cõuẽtione: dic vt de reſcrip. c. i. li. vi. per doc. ⁊ dixi de mu. peti. c. j. Inquantũ autem cauſa includebaẗ in lr̃is: recidet, in dubium an actore impetrante in eo, ꝙ in literis includiẗ, poſſit reus vti reſcripto inuito actore. ⁊ videẗ qð ſic, primo qꝛ certuꝫ ꝙ delegatus hꝫ iuriſdictionẽ quo ad perſonas ⁊ res cõtentas in reſcripto. de reſcrip. paſtoralis. §. ſi. ergo data iuriſdictione, velit vel nolit actor, cõpellitur vti reſcripto: qꝛ iudicium reddiẗ in inuitũ. ff. de ver. ob. inter ſtipulantem. §. j. Sol. qꝛ iudex impetratus ab vno nõ eſt iudex illius tm̃, ſed cõis vtriuſq; partis. C. de fal. l. vbi. ff. de offi. preſi. l. obſeruandum. de re iudi. cum eterni. li. vj. debet ergo procedere ad inſtantiam ⁊ rei, ⁊ actoris. Hoſti. concludit ꝙ quandoq; lr̃e impetrantur in cauſa tangente publicã vtilitatem: ⁊ in talibꝰ imprimitur iuriſdictio a tempore date, ⁊ queritur ius ex literis cuiq; valenti, ⁊ volenti proſequi intereſſe publicũ: ideo ſi impetrẽtur licere in cauſa inquiſitiõis iudex poteſt ex officio proſequi intereſſe publicum. de accu. cum oporteat. imo poteſt ipſo inuito, ⁊ renũtiante: ⁊ quocunq; cõtradicente. ſ. de offi. delega. quoniam. §. j. de accu. licet. de collu. dete. c. j. ⁊ ij. per totũ. Aut litere ſunt impetra-

te in cauſa priuata:ꝛ tunc hic ercidit in dubium,a quo tempore
iuriſdictio deferatur. Quidam dicunt quod a tempore preſenta-
tionis tantum,ꝛ non ante:argu.de appel.vt debitus.ꝛ hic: quia
eſt in poteſtate impetrantis literas occultare,vel etiam lacerare.
Alij quod iuriſdictio imprimit tempore impetrationis:ꝛ date:
ꝛ ex illo tempore ſunt effecte communes:ideo iudex poteſt coge-
re impetrantez ad illas exhibendas.ff.ad exhi.l.ij.§.i.ꝫ.ꝛ quod
nota.de fide inſtrumen.c.accipimus.de probatio.c.j.Hoſt.cōclu
dit quod iuriſdictionem non habeat ante preſentationem.de ap
pella.ſuper eo.Hoc eſt male dictum,quia ante preſentationē ha-
bent vbi cauſa eſt certa,ſuper qua impetratur,ꝛ reo:ſed bene pu-
to quod vbi cauſa non eſt certa,non habet niſi a tempore ſpecifi-
cationis cauſe:vt de reſcri.paſtoralis.§.1.Unde in terminis nris,
quia hoc poſſeſſorium generaliter concludebatur,vel obſcuer,nō
imprimitur quo ad illud iuriſdictio,niſi a tempore ſpecificatio-
nis.In cauſa autem certa,vel ex poſt facto certificata,tunc impri
mitur iuriſdictio,ſed conditionaliter,ſi actor iuriſdictione vta-
tur:ꝛ tunc dicitur vti,quando per illas pars alia eſt citata,ꝛ ex il
lo tempore communicatur ius literarum,quando citatio eſt fa-
cta ad inſtantiam impetrantis.Ante ergo poſſunt renocari lite-
re ad inſtantiam impetrantis,cum a‍duerſarij non intereſt.ff.de
interrogato.actio.de etate.§.ſina cum concor.de appella.cum ceſ
ſante.vt nemo inuitus,in rubro,ꝛ nigro.Non ob.quod habeat iu
riſdictionem a tempore date,quia illam habet conditionalem:ta
men quo ad exercitium,ſi actor reſcripto vtatur vſqꝫ ad actum ci-
tationis,quod eſt fundamentum,ꝛ principium iudicij de officio
delega.gratum.ꝛ ad inſtantiam rei ad citationem procedere non
poteſt inuito actore cuius fauore litere ſunt conceſſe.Ad quod
de reſtitu.ſpoliato.audita.de legi.quod fauore.ſecundum Hoſti.
Non obſtat quod iudicium redditur in inuitum:quia illud ha-
bet locum ex quo iudicium eſt firmatum,ꝛ in iudice,qui habet
iuriſdictionis exercitium:alias licet actori,quod non licet reo,vt
ſi vult vtatur litera ſuis laboribus acquiſita,alias non.Ad hoc
quia hoc poſſet dato libello ante citationem ſatiſfacto aduerſa-
rio,de expenſis ꝛ intereſſe.C.quomodo ꝛ quando iudex.autē.
qui ſemel.fortius ante porrectionem,ꝛ ante citationem:naꝫ quis
ad beneficiū de proprio non arctatur.ꝫ.alian.ꝫ.q.ꝫ.precarie.nec
tenetur quis cōmunicare expenſas,licet poſſit,ſi vult:ꝛ facit id
tacite,quando facit citari ante citationem:ergo non ſunt commu
nes.Hoſtien.hec vera putat quando litere impetrantur,ꝛ cōceſ-
ſe ſunt ad inſtātiam,ſecus ſi motu proprio:quia tūc procedit p̄u
ma opi.Ad hoc quod no.Inno.de reſcri.cum contingat.ꝛ quod
dixi.c.xi.ceterum.ꝛ no.de conceſ.preben.c.i.li.vi.Ex his decidi
13 tur an,ſi priuilegium reſpiciat communem vtilitatem duorū,im
petrās poſſit renunciare ad preiudicium alterius,vt ſi eccleſie
metropolitane detur ad ipſius inſtantiam,ꝙ capitulum vna cū
ſuffraganeis eligat metropolitanū.an poſſit impetrās illud renū
tiare antequam eo vtatur.dic quod ſic,ex quo non eſt vſus.C.de
pactis.ſi quis in conſcribendo.ſed ex quo vſus eſt priuilegio,nō
poteſt:ſed ſuffraganeorum cōſenſus exigitur.ff.de acqui.poſſeſ.
l.qui abſenn.De hoc remittit Joan.and.de conceſſione preben.
ca.i.lib vi.vbi Jo.an.ponit in gl.dicit Innocen.puto quod ſi p
prio motu concedat,non poſſit reuocare alter ipſorum ſi ad in-
ſtantiam impetrantis,ſi conſtat quod a tēpore date voluerit ius
quem non poterit illud altera pars tollere:ſi conſtat ꝙ voluerit,
14 tunc poterit vſque ad tempus preſentationis.†Si eſt dubium,
tunc cadit in dubium an tempore preſentationis queratur ius,
an tempore date priuilegij,de quo in dicto ca.j.ꝛ in.l qui abſenti.
ff.de acqui.poſ.quia in dubio a tempore preſentationis,vt ibi.
15 †Ex his deciditur aliud dubium,an ſi detur libellus ſuper rea-
li:in qua quis dicit ſe dominum vel in perſonali,in qua dicit talē
obligatum,ſi probet ſe dominum reus contra quē daf libell⁹,put
pōt.ff.de pba.l.circa.An ita poſſit ſententia proferri p reo,ſi de
iure ſuo probauerit,ac ſi a principio ſuper hoc libellū dederit.quī
dam quod poteſt ferri ſententia.quod probant primo argumen.
ff de iureiur.l.ſed ꝛ ſi poſſeſſori.vbi ſi aliquo rem petente,reus iu-
rat ſuam eſſe,datur actio ex iureiurando.Sic in propoſito,ſi rem
ſuam probabit,declarabitur dominus,ſi res ſibi adiudicabitur:
ſi non probat,ꝛ aduerſarius ēt nō pbat:abſoluetur tantū ab im
petitione.C.de en ven.l.ſi.ꝫ.de proba.ex literis.ad ſi.Et hoc me-
lius de offi.dele.cum contingat.vbi no.Et hāc opi.ſequit.Inn.
quam dicit fuiſſe Jac.de Bel.in.l.circa.ff de proba.ꝛ quorundā
dominorum legum:pro qua eſt ibi caſus,ſecundum eos.Hoſtiē.
hic,ꝛ de proba.licet.tenet contra.probat,quia ad limites libelli
dictanda eſt ſententia:ſed in libello,quo peto me dominum de-
clarari,deductum eſt tantum dominium meum,ꝛ non ſuum in
iudicium deducitur,ſuper eo lis tantum cōteſtatur:non poterit
ergo ſnīa dari vltra formam petitionis.de ſimo.l3 Heli.ff.cōi di
uid.vt fundū.Scdo pbat:qꝛ ſi peto rem,cuius eſtimatio,que ve
nit debēda loco rei,ſit valde ppinqua rei petite,nō valet tn con-
demnatio in eſtimatione.de fideicom.liber.l.cum quidam.ad ſi.
Si ergo pro me petitore in re tam propinqua,ꝛ tam adherenti
rei,non ſit condemnatio,quanto minus fiet condemnatio ſup do
minio rei omnino remoto a meo:ꝛ quod cū illo eſſet,vel cōcurre-
re non poteſt,intantum quod ſi reo pronunciatur meā eſſe,pnū
tiari videtur tua non eſſe.ff.de procura.Pomponius.§.ſi ſtipule
tur.ff.de excep.rei iud l.ſi inter me ꝛ te.Super illo ergo vt ſepara
to,ꝛ ſuper quo non eſt lis conteſtata.nec libellus datus,non pote
rit abſqꝫ nouo iuris ordine ſententia promulgari.de libel.obla.c.
i.ꝛ quod ibi no.vt lit.non conte.per totum.de lit.cōte.c.i. ¶ Ter
tio,qꝛ ordinata in finem repellendi,vt eſt exceptio,nō operantur
finem conſequēdi:vt in ca.ij.de ordi cog.quod eſſet,ſi pro reo p-
mulgaretur ſententia declaratoria.Unde dicit Hoſt.quod miraf
quomodo Jo.Bel.hoc ſcripſerit,ꝛ qualiter opi.Jaco.de bel.po-
tuerit Inno.ſeq. ¶ Quarto oſtendit a ſimili quod petito te con
demnari vt obligatum in centū:per hoc non debeo tibi condem
nari:cū perſonalis tua,vt ſeparata.non ſit in libello deducta.In-
ſti.de offi.iudi.§.reſpon.dicit ergo quod ſuper directo iuris con-
trario regulariter non poterit pro reo probante ſequi ſententia,
niſi alius libellus detur pro parte.ꝛ hoc firmat pro regula.vñ di-
cit quod in reali practica ſententiandi erit hec,quod ſi actor pro-
bat,ꝛ non reus,res actori adiudicabitur. Si reus nihil probat,
ꝛ actor nihil probat,reus abſoluetur.ff.de offic.iudic.l.j.Poteſt
etiam pronuntiare rem actoris non eſſe:ꝛ conſequenter videtur
reum abſoluiſſe.Si actor non probat,ꝛ reus probat ſe dominum
eodem modo pronuntiabit rem petitā actoris nō eſſe.Dicit ex-
preſſum.ff.de excep.rei indica.ſi inter me ꝛ te in perſonali,qꝛ pote
rit pronuntiare nihil videri Titium nihil debere Seio:ꝛ conſe-
quenter videbitur Titius abſolutus,licet non expreſſerit.ff.de
arbi.l.quid tamen.§.ſi aliter.Hec dicit ergulariter vera.Fallit pri
mo in iuribus incorporalibus,in quibus multum poteſt officiū
iudicis,quando agitur confeſſoria,vel negatoria:quia tunc vide-
tur libellus oblatus,ꝛ lit.conteſtatio facta ſuper libello vtriuſqꝫ
partis:vt no.de iureiuran.ex literis ad hoc.ꝫ.de cauſa poſ.cū ec-
cleſia.Fallit ſecundo in cā appellationis,in qua ſi petatur ſenten
tia confirmari,vel infirmari,ſi probetur directo contrariū ab ad-
uerſario,poteſt ſuper eodem libello ſententia promulgari decla-
ratoria pro reo:vt etiam no.Innocen.ꝫ.de offi.delega.cum con-
tingat.Unde vtroqꝫ caſu poteſt dicere,confirmo,vel appellatio-
nem pronuntio iuſtam vel iniuſtam:ꝛ hoc ſufficit.C.de appella.
eos qui no.de teſta.Raynutius.ꝛ cap.Raynaldus.Fallit tertio
in cauſis in quibus vertitur periculū animarum,vt quando pe
titur electio confirmari.vel infirmari.ꝫ.tit.j.cum ſuper.ꝛ capitulo
cum eccleſia,vt no.Inno.in dicto capi.cum contingat.Idē quā-
do petitur beneficiū ab alio,ſi actor nihil probat.ꝛ reus probat
ſibi debitum:vel ſe ibi habere titulum,adiudicabitur beneficium
ab actore:ꝛ adiudicabitur reo,vt nota de reſcrip.capitu.ſecundo
ꝛ capitu.inter ceteras.quia eo quod conſtat iudici quod actor nō
habet ius in beneficio,ꝛ reus habeat ius ex officio,propter peri
culum animarum potiſſime,debet illum:qui ius non habet,re-
mouere:ꝛ aliū inſtituere,vt no.de cle pe.c.ij.de pac.accepimus.ꝛ
cap.cum clerici.de inſt.capi.iij.Fallit.iiij in cauſis matrimoniali-
bus:quia ſi aliquis,vel aliqua in virum,vel vxorem petitur,ꝛ quic-
quid ſit petitum,ex quo de veritate conſtat,ſiue pro matrimonio,
ſiue contra ſententia promulgabitur non obſtante etiam alia ſen
tentia lata in contrarium,que etiam in hoc caſu nunquā obſtat
tranſit in rem iudicatam.de ex iudi lator.tenor.ꝛ ca.cōſanguinei
de ſpon.ſicut.ad ſi.de cogna.ſpi.c.ſi.de frigi c.fraternitatis.Idē
in cauſis que agitari debent inter ſimplices perſonas,vt ſunt re-
ligioſi.de iudi.dilecti.Fallit quinto,quādo hoc actū eſt inter par
tes,qꝛ reo probante res ſibi adiudicetur ad quod de te iudicata
cum cauſa.ad finem maxime ſi adiungat quod ſi nō probetur ad
iudicetur actori.Sic loquitur de probationi.circa.ad hoc.l ſed ꝛ
ſi poſſeſſori.ff.de iureiur.licet in illa.l.ſed ꝛ ſi poſſeſſori.quidā di-
cant ſpeciale in cauſa ingenuitatis Sed primum plus placet Ho
ſtien.Ideo in lege ſed ꝛ ſi poſſeſſori.datur actio reo,quādo reus
iurat rem ſuam eſſe,deferente actore:conſentire videtur actor vt
dominus pronuncietur eo iurante rem ſuam eſſe.ꝛ ſic non obſtat
illa lex ad hoc quia nil aliud debet ſententiare iudex,niſi prout
inter partes conuenit:vt.ff.de re iudi.ſi conuenerit.cum nil aliud
querat pretor,ꝛc.ff.de noui operis nuntiatione.l.prima.§.ꝛ poſt
operis.ff communi diuidundo.l.iudicio.ꝛ.l.ſequen.in authenti.
vt diffi.iudi.§.ſi vero contigerit.collatione nona.C.de fideicom.
l.finali.de teſtibus preſentata cum fani.ſecundum hoc poteſt ſal-
uari opinio.Jacobi de bel.qui tamen habuit alium intellectum
vnde inſtruit reum vt ſit cautus quod conueniat vel reconue-
niat actorem,ſi vult rem ſibi adiudicari,ſecundum Hoſtienſem
Joannes de Lig.dicit quod opinio Innocen.eſt equa:ꝛ eſt con-
tra morem Hoſtien.qui conſueuit reprobare rigores Innocentij,
hic autē reprobat equitatem que de rigore defendi poteſt.Nam

exceptio-

excipiens admittiť, etiā ſi nihil concludat: nō ſic agens, q; ſuffi-
cit dicere, Nego narrata prout narranť. Itē iudiciū eſt cōmune:
ergo ſi reus petit aliquid tacite, vel expreſſe, iudicať pro eo. Si er
go excipit de dñio, tacite petit ſe dñm declarari, alias non aſſu-
meret onus probandi: q; ad excluſionem actoris nō erat neceſſe
ꝓbare ſe dñm: q; ipſo nō probante, reus abſoluitur. Cū ergo taci
te petierit, pronunciabiť. Et ꝑ hoc rñdetur ad allegata per Hoſ.
q; hic eſt tacita petitio. Itē q; in caſibus, quos ponit, nō in alb⁹
pōt videri nō ſpecialitatis: ergo idē in omnibus poto. Idem q;
cum duo non poſſint eſſe domini in ſolidum. l. ſi vt certo. §. ſi duo
bus vehiculum. ff. cōmo. l. iij. §. ex cōtrario. ff. de acqui. poſ. dicēs
ſe dñm negat reū dñm. l. pomponius. §. ſi is. ff. de procura. l. ſi in-
ter me ⁊ te. de excep. rei iudi. Dicens ergo ſe dominum, dicit duo
ſe dominum, ⁊ reum nō dominum. Deducit ergo negatiue dñm
rei, ⁊ ex parte rei ſuper ipſo poteſt ſe omnino defendere, ſcilicet di
cendo ſe eſſe dñm, ex quo dñs negať. Ex aſſertione ergo actoris,
ꝑ quā etiā negat reū dñm, ⁊ ratione rei, quod imo eſt dñs, induci
tur lit. conte. ſuper dñio rei. Nil ergo repugnat qn ſup eo poſſit ꝓ
nūtiari. Tū puto ꝓ cōcordia opi. aduertēdū quō reus rñdeat ad
libellū. Aut enī actore dicente ſe dñm, reus negat actorem dñm:
⁊ fateor quod licet tunc probaret ſe dñm reus declaratoria nō eēt
pro eo promulganda: q; ſuper dominio rei non eſt lis conteſtata
non ex defectu petitionis actoris, quia ille bene negauit reū do-
minum, ſed ex defectu reſponſionis rei: qui negando actorem do
minum non propterea dicit ſe dñm. Quandoq; reſpondit dñm,
⁊ procedit opi. Inn. q; hic negari nō pōt lit. fore cōteſt. ſuper do-
minio rei. Per hoc tolliť totū fundamentum Hoſt. non obſtat ſi
dicatur, non eſt reſtituenda res, vel adiudicanda reo: q; hoc nō pe
tijt. Reſpon. nō eſt neceſſe ꝙ expreſſe petať executio, q; ſubintelli
gitur, vt no. gl. in cle. auditor. de reſcrip. Nō ob. ꝙ nō petierit ſe de
clarari dominum: q; hoc tacite petere videť, eo ꝙ aſſumit onus
probandi. Item ſufficit quecunque petitio poſiea ad calculū ſen
16 tentie ex quo notorie conſtat de dñio. ¶ † Reſtat tollere duas
rationes, que vigere videntur: q; intentio rei ordinatur ad exter-
minandam petitionem actoris, ergo nihil debet conſequi: q; ꝑ hoc
qd declaretur dominus: non cōſequitur: ſed ſua exceptio ad acto
rem repellendū pinguior declaratur. Nō enī repugnat iuri exci-
piendi, ꝙ declareť reo exceptionem competere ea forma, ⁊ mō, ⁊
cum ea pinguedine, cum qua eſt probata. Nō ob. qd dicit de per-
ſonalibus: q; cū debita trahāt originē a diuerſa cā, ⁊ ex vnius po
ſitione aliud nō excludať debitū, nec vnius negatione aliud po-
natur ex cā vnius debiti pro parte actoris, non vť deductū debi-
tum alterius. Itē in debitis agit conſequi, nō tantum repellere.
Idō ſi tantū ageret, repellere, poſſet etiam ſuper debito ſuo ſenten
tia declaratoria proferri, ſi excipiendo ſaltem debitū deduceref.
Quid enim ſi actore debitum petente reus exciperet negādo de-
bitū ⁊ cōpenſationē de debito opponēdo, ⁊ debitū ꝓbaret: certe
in via exceptionis poſſet valde bene pronunciari petentē rei debi
torem eſſe, ⁊ conſequenter admittendam compenſationem. Non
ob. ꝙ dicit ꝙ repetita nō fiet cōdēnatio in eſtimatione, q; hoc nō
ſemper eſt verū, vt patet, ex no. in. l. ſi ſeruum. §. ſi. ff. de ver. ob. Itē
eſtimatio eſt omnino ſeparata a re, licet illam menſuret, ⁊ eſt alia
res: ſed dominium tuum excludit dominiū meum, ⁊ ſic cōtradi-
ctoria ſunt, ideo deducta. Plus tenēt dñi de tota ſua cōclu. vid.
quod in cā appellationis ſi ſint dati diuerſi libelli ſuper cōfirma-
tione ⁊ infirmatione, ⁊ ſup libello cōfirmationis tm̄ ſit lis cōte. qd
valent probationes ſuper infirmatione, ſi ſuper hoc in prima in-
ſtantia fuit lis conte. de ap. pertinas. l. ſi. C. de tē. ap. ꝙ ſatis puto:
q; ex correctione contrarij libelli ſola ſuper infirmatione deducta
negatiua eſt facta li. cōte. tenendo ꝙ verba, nō ſint de ſubſtantia.
17 Ad qd ō probat. in preſentia. ¶ † Op. ꝙ appellatione pendente
ſuper poſſeſſorio potuerit iſti ꝓcedere ſuper petitorio vt ſepara-
to: vt patet de ap. ſup eo. Sed dic ꝙ imo erat connexa: q; hec erat
exceptio preiudicialis ad proceſſuz propter naturā poſſeſſorij: ſu
18 perſedendum eſt ergo interim petitorio: vt ibi no. ¶ † Op. ꝙ ſo-
la negatione reſtōnis nō iuſtificeť appellatio, q; per hoc nihil in-
terloquuntur, ⁊ ſic nō grauāt. Solu. ſiue interloquuntur, ſiue non
ſatiſfactio grauat ꝓcedendo, ⁊ nō admittēdo petitionē, cuius na-
tura differtur iudiciū: vt patet ex no. de no. operis nun. c. primo.
19 ¶ † Op. ꝙ ex ſola voluntate procedendi non grauent: ⁊ ſic ap-
pellatio non ſit iuſta. de appel. vt debitus. Dic ꝙ non grauant ex
hoc ſolo quod velint, ſed dic quod voluerunt, ⁊ proceſſerunt reie
cta exceptione: alias non ſufficeret voluntas, que ad actum non
20 preceſſit. de peni. diſtin. j. cogitationis. § ti. ij. ca. ij. ¶ † Oppo. vel
mulier agebat, ⁊ nō debet hoc ſolo cōſequi repulſionē actoris: q;
actio ordinatur ad conſequendū, non ad repellendum, de ordine
cognitio. c. ij. ⁊ ſic debebant vt due mutue petitiones tractari: vt
ibi de mu. peti. c. ij. vel excipiebat, ⁊ non debebat conſequi reſtitu-
tionē. Primo rñdetur, ꝙ hec mulier primo egerat poſſeſſorio co
ram ordinario, cuius natura eſt vt ſecum non poſſit poſtea accu-
mulari petitorium: merito petitorium repellitur non ex vi poſ-
ſeſſorij ſecundo accumulati coram delegato, ſed ex vi poſſeſſorij
pendentis qd primo fuit intentatum coram ordinario. Et per
hec ceſſant contraria. Non videtur hoc verum: q; primo iudicio
videť renuntiatum per accumulationem coram delegato: vt no.
gl. de par. ca. cum dilectus. Niſi dicas ꝙ delegat⁹ videatur ſubro
gatus in poſſeſſorio loco ordinarij, ⁊ commiſſa cā videatur com-
miſſuz ⁊ poſſeſſoriū, ſi pars, que illud intētauit, velit illo vti corā
delegato: ſꝫ hoc nō eſt totum. Sed non fuit in literis expreſſum,
imo non videretur per hoc commiſſum, ex quo coram alio pēde
bat: niſi illius fiat mētio. ē. de reſcrip. ceterum. Ideo ſecūdo ſolue
ſecundum Io. ij. q. ij. cap. j. Quandoq; ſit reconuentio in poſſeſ-
ſorio ſuper diuerſa re: ⁊ tūc procedūt iudicia, vt mutue petitiōes
niſi aliud opponať, vt ibi. Sꝫ vbi ſuper eadem re, vel iure, vbi poſ
ſibilis eſt accumulatio, ſola pēdētia, ⁊ intētatiō de poſſeſſorij, ex ꝓ
uilegio poſſeſſorij, ſilet petitoriū, vt hic: ⁊ ꝓꝑ hoc dicit vtili⁹ tunc
agere poſſeſſorio, ꝙ̄ excipere. ⁊ idē no. ō or. co. c. ſi. Hoc ſeqť Hoſ.
Inn. Pe. ⁊ Abb. Ad hoc de cā poſ. cle. j. ⁊ qd ibi not. in gloſ. pe.
Hoſ. nō pꝫ hec opi. ꝑ iura allegata in oppoſitū, ⁊ per. c. cū eccle-
ſia. ē. ti. j. ⁊. c. cum ſuper. ⁊. c. dilect⁹. ⁊ de elec. cum eccleſia. ⁊. c. Cu-
mana. ⁊. c. cū in geneſi. de prebē. dilecto. In quib⁹ pꝫ qd ſi ꝑeto
electionē cōfirmari, ⁊ aduerſarijs ꝑcipi ne moleſtēt, quoniā⁹ libe
re eligāt, qd ſi aduerſarius petat reſtitui, ex hoc nō impedieť pe
titoriū. Ad hoc. c. reſpō. multipliciter. Primo, q; hoc prius fue-
rat exceptum: ⁊ hoc. c. ⁊. c. literas. ⁊. c. ſequens, vt lit. nō cōte. acce-
dēs loquūtur in coniuge alterum ſpoliante, ⁊ poſtea accuſante:
vnde ꝓpter ſpoliationem tanꝗ̄ ſuſpectus repellitur: q; preſumi-
tur cōtra ipſam, ⁊ ſuſpectus repelliť ab accuſatione matrimonij:
imo inimicus, vt. ē. c. item cum quis. qui ma. ac. poſ. ſignificante.
Et reddiť hec ratio. ſ. c. literas. §. porro. Nec eſt rō ſi intētetur ſi-
mul petitoriū ⁊ poſſeſſorium: q; etiam in nudo poſſeſſorio opor-
tet ꝓprietatem probare. ē. eo. c. ex trāſmiſſa. Vel tertio ſpoliatio
dubia deducta per moduz petitiōis nō ſuſpendit petitorium, ſi-
cut ſpoliatio notoria: q; nulla obſtat agenti petitorio. Hic enī op
ponēs de cōſanguinitate, vel illam deducens, fateri videtur quez
ſpoliatum. Si autem nō fateatur ſpoliandūm, ſed negat agens,
dicens ꝙ ſi apparet matrimonium, et poſſeſſionem. dicit enī non
audiendum propter cōſanguinitatem: tūc poſſeſſorium dubium
non ſuſpendet petitorium. Sic dicit intelligi de or. cog. c. j. de off.
delega. cauſam hic etiam nō ſuſpenditur petitorium, ſed illud vt
notorium prius terminatur: qd poteſt inducere periculū anima
rum propter petitoriū, quod poſſet nimium protendi, ⁊ ſic da-
ret materiam adulterandi. Per que dicit ꝙ ſi is, qui epiſcopum
ſpoliauit toto ſuo epiſcopatu, agat contra eū ciuiliter. ⁊ ipſe recō
ueniat de ſpoliatione illa, quod ſi ſpoliatio illa ſit notoria, ſtatim
debet fieri reſtitutio. Ad hoc vt lit. non conteſt. quoniā. §. porro.
de ap. oblate. ad ſi. ꝙ aūt hic de ſpoliatiōe conſtaret, pꝫ ſꝫm eum,
quia de hoc Papa nō mādat inquiri. ſed huic obſtat litera, ſi eſt
ita. Io. an. hoc dicit ꝙ opi. Io. ⁊ ſequaciū eſt vera. Nec obſtat de
cā poſ. eccleſia. ⁊ extra qd deducit, q; petendo confirmari nō diri
git petitorium contra reum, ſed implorat officium iudicis: vt no.
de cā poſ. cū eccleſia. ⁊ in eo ꝙ petunt inhiberi, non intentant pe-
titorium, ſed poſſeſſoriū, alia etiam nō obſtant. Ultra iſtum au-
tem caſum matrimonij ſpiritualis, aut carnalis raro videbis, qd
agens petitorio reconueniatur poſſeſſorio recuperande. Et vlti-
mo Hoſt. reuertitur ad opinio Inno. ⁊ hoc ſentit gl. in clemē. vni
ca: de cauſa poſ. Io. an. in addi. Spe. in ti. de cauſa poſ. §. ſciendū.
21 ver. ſed pone. ⁊ Cal. de or. cog. c. ſi. † Ad gl. cui agenti poſſeſſorio
repugnet proprietatis exceptio, dicit gl. quod non: quia dato ꝙ
deficiat proprietas matrimonij ex cauſa intrinſeca, quantūcūq;
notoria, vt quia conſanguinitas eſt notoria, quis propria autho
ritate non debet a ſe vxorem ſeparare. de diuor. porro. eo quia ta-
lis ſeparatio eſt pena, que non debet imponi, niſi iudicis autho-
ritate. Sed dices, nonne exceptio notoria obſtat agenti poſſeſſo-
rio: vt patet de reſti. ſpo. ad decimas. lib. vi. Et patet ex not. ē. ca.
in literis. ⁊ de diuor. ſignificaſti. Poteſt dici quod illa decreta. nō
dicit quod notoria exceptio nō obſtant agenti poſſeſſorio, ſed di-
cit quod vir non dicitur ſpoliare vxorem poſſeſſione, etiam ſi no
toria ſit conſanguinitas. Poteſt ſecundo dici ꝙ exceptio cōclu-
dens notorium defectum proprietatis obſtat agenti poſſeſſorio,
qn̄ titulū reſoluit ipſo iure: ſecus ſi inducat reſoluendū, vel priuā-
dum, vt eſt conſanguinitas in matrimonio. Nec ob. huic ſolutio.
eo. ti. ſignificaſti. q; ibi exceptio non tantū concernit petitorium,
ſed etiam detrahit poſſeſſorio: ideo tunc facilius admittitur, licet
ipſo iure non reſoluat. Sed huic ſolu. obuiat. de accu. ſi conſtite-
rit. ⁊ capi. ad petitionem. Vel dic quod notoria exceptio obſtat
agenti poſſeſſorio, quatenus concludit defectum proprietatis,
ſic quod poſſeſſionez iuſtificet: quatenus vero concludit defectū
proprietatis, ſic ꝙ poſſeſſionē nō iniuſtificet, nō obſtat agēti poſ-
ſeſſorio. Sic in propoſito in matrimoniali nō iniuſtificať poſſeſ-

ſio,quo ad mutuas ſeruitutes,qꝛ poſſunt eſſe inſimul tanꝗ̄ fra-
ter ⁊ ſoror:vt patet de frigid cōſultationi. Ideo in hoc expectat̄
ſeparatio,quo ad eccleſiā anteꝗ̄ fiat ſeparatio,vel cōcludat̄. Quo
ad copulā aūt cōcludit nullitas matrimonij. Ideo quo ad reſti-
tutionē nō admitteret̄ multo fortius,ꝗ̄ ſi opponat̄ incōtinētia pa
rata:vt.j.e.literis. Hec vera,niſi notorietas ſurgeret a principio
volūtario ptiū,vt eſt cōfeſſio:qꝛ tūc ſtāte nullitate mr̄imonij quo
ad copulā ſic notoria exceptio cōcluderet,tūc et ad mutuā ſerui-
tutē,cū ab eoꝝ pendeat poteſtate,quo ad illam ſoluere vinculū
22 reſpectu mutue ſeruitutis. Sic intelligo Cal.in ea.ſe. ❡ †Op.ꝙ
non agatur cauſa hic per procuratorē.de accu.veniēs.ſapit eñ
criminalem,ex quo diſputatur de conſanguinitate,per quā cōclu
ditur inceſtus,vt patet. Sol.gl.dicit ꝙ ſi de matrimonio agitur
ad ſi.ſeparationis thori,interuenit procurator. Si ageret̄ crimi-
naliter de adulterio,vel inceſtu circa matrimoniū,nō agit̄ p pcu
ratorem:ſi agitur mere ciuiliter ad ſeparationem:cōſtituitur p-
curator,licet inceſtus cōſequēter cōcludat̄:qꝛ ad hoc non agitur.
23 ❡ †Opp.ꝙ poſſeſſoriū accumulatum poſt litem cōte.in petito-
rio nō faciat ſilere poſſeſſoriū:qꝛ ſicut exceptio dilatoria poſt litē
cōteſt.nō impedit proceſſū.de re iudi.inter monaſteriū. Itē nec
hic valet petitio habens in ſe effectum dilatorium:quia ex quo aſ
ſumit naturam illius repellendo,debet aſſumere naturam illius
in tpe opponendi. Glo.ſol.ſi ſtat per opponentē quo minus ex-
ceptio opponatur,vel admittat̄ añ lit.cōte.exceptio,poſt lit.cōte.
nō admittit̄. Si nō ſtat p opponentem ſed per iudicem,exceptio
admittitur poſt litē cōte.cū ſemper inſtet exceptioni ſue:ſic loqt̄
24 hic. ❡ †No.hanc limitationē,quam etiā poſuit gl.in ca.in pri-
mis.ij.q.i. Idem dicit Innocen.de cle.coniuga.diuerſis fallacijs,
ſi ſupplantetur quis in poteſtate,vel facultate opponendi dilato
riam,quia illam poterit opponere poſt litē cōte.⁊ poſt ſententiā,
ꝙ eſt plus,quod no. Hoc,quod hic dicitur,puto verū,ſi pars re-
ſpondendo ad libellum actoris reſpondeat,qđ per hoc nō inten
dit recedere ab exceptionibus dilatorijs ppoſitis:⁊ ſemp ppo-
nat negando cōſanguinitatē,⁊ petendo ſe añ oīa reſtitui:qꝛ tunc
habet iuſtam cauſam proteſtandi. Secus autem ſi ſimpliciter li-
tem conteſtat̄,qꝛ ſibi imputare poteſt. Si tñ exceptio non admit-
titur,non appellauit. Nec ob.de excep.paſtoralis.quia ibi nō ha-
bebat remedia appellandi,ex quo caſus impediebat,non factus
iudicis. Inquantū dicit de ſupplantatione,hoc poteſt pcedere
maxime,qꝛ iuſta eſt cauſa,ſicut quando ignorauit eum audiēdū.
ſ.de excep.paſtoralis.ꝙ no. Remanet ergo gl.qđ nō intercedēte
iudicis impedimento accumulatio fieri nō poſſit,per quam iu-
dicium ſuſpendatur poſt lit.conteſta. Sed huic obuiat de ordin.
cog.cū dilectus.⁊ de reſcrip.diſpendia.§.reus quoqꝫ.vbi pmittit̄
accumulatio poſt litē cōteſt. Sꝫ illud procedit,qñ accumulatio fit
ſuper diuerſis rebus,non ad finem ſuſpendendi,ſed ſuper vtro-
que procedendi. Itē huic obuiat de cā poſ.paſtoralis.vbi accu-
mulatio poteſt fieri poſt lit.cōteſt. Sed ibi loquitur qñ accumula
tio ad ſi.ſuſpendēdi fit ab eadē parte:ſecus ſi a diuerſa. Nam tunc
non poteſt dici quod producatur petitio ad finem excipiendi:qꝛ
contra ſe quis non opponit. Tertio obſtat cle.cām.de cauſa poſ.
vbi poteſt accumulari etiā quo ad finem ſuſpendendi poſt litem
conteſtatā in cauſa etiam appellationis ante concluſionem i cau
ſa. Dic ergo,⁊ hoc tenet Inno.de cā poſ.c.ij.⁊ hoc etiā ſequitur
Io.an.in addi. Spe.in ti.de cā poſ.§.ſciendum.verſi.ſed pone qđ
ſpeciale eſt in cauſa beneficij,⁊ cauſa matrimoniali,vt etiam poſt
27 Poſſeſſor an eo qḋ poſſidet,preſumatur dominus.
28 Poſſidere an preſumatur dominus.
29 Poſſeſſor an quis preſumatur ex detentatione rei.
30 Exceptio omnis inhabilitãs perſonam ad agendum in iudicio admittitur contra agentem poſſeſſorio recuperande.

Cum

1 Cum ad ſedem. ¶ † Interdictū vnde vi non cōpetit cō
tra illū, q nō ſpoliant, nec ſpoliari mādauit, nec ratū
habuit. In prima proceſſus narratio. In ſcda cauſe
diffinitio, ibi: nos piſtores. Prima ſubdiuidit. Primo ponit cau
ſe cōmiſſionē. Scda ibi: corā. proceſſum habitū, corā delegato,
ꝛ ipſius diffinitionē. In tertia ibi: mulier proceſſuz habitū corā
papa per appellatiōis remediū. Pro intellectu caſus duplex eſt
principalis intellect⁹. Unus, ꝙ hoſpitalariorū intētio eſſet inepta
quo ad omne genus poſſeſſoriꝫ: q2 non probatur eos poſſe
diſſe, ꝛ ex nō admiſſione ad poſſeſſionē nō concludit ſpoliatio,
ſi nō poſſidebat. Alius intellectus, ꝙ eorū intentio erat inepta
nō quo ad ſubſtantiam cuiuſlibet generis poſſeſſorꝫ, ſꝫ quo ad
ſpeciem quā intendebat, ſcꝫ interdictū vnde vi, eo q2 dato ꝙ pro
batū foret eos poſſediſſe, ꝛ nō admiſſos, imo repulſos a nūtijs
epi, cū nō cōſtaret nuntios ad hoc habuiſſe mandatū, nec feciſſe
nomine epi, nō cōſtabat epiſcopum ſpoliaſſe, vel ratam habuiſſe
ſpoliationem, ſuper quorum altero fundatur ſtrictum interdi
ctum vnde vi. Alios intellectus videbis cū gl. ꝛ hec ſufficiant p
2 intellectu caſus. ¶ † No. vbi hoſpitale habet eccleſiam, eccleſia
3 in dubio iudicatur principalis, hoſpitale acceſſorium. ¶ † Not.
ꝗ. hic apertū ꝙ ꝯmiſſa cauſe examinatione, ſeu cognitione, non
vꝫ cōmiſſa cauſe deciſio, niſi exprimatur. Uide qḋ no. de diffi de
leg. ſup qōnū. §. i. ꝛ qḋ no. in l. a diuo Pio. de re iudi. ꝛ qḋ not. in
4 cle. auditor. de reſcri. ¶ † No. iij. ꝙ p mādatū, vt ſm debitū iuris
ꝛ iuſtitie cā terminetur, nō datur noua forma mādato, ſed tantū
5 debitum iuris exprimitur. † Hinc eſt ꝙ hec ſentētia lata ꝯ formā
iuris, tali ſtante mandato, non eſt nulla. Quod patet, q2 caſſat
vt iniuſta. Et eſt caſus pro dicto Inn. in c. prudentiam. in glo. ma
gna. ad mediū de quo per Bar. in l. ꝛ ſi ſocietatem. §. arbitrorum.
ff. pro ſocio. ꝛ dixi in c. Quintavallis. de iureiur. ad hoc qḋ not.
6 de reſcr. cauſam. ¶ † No. iiij ꝙ perdit hic libell⁹, Peto eccleſiā
cū pertinētijs ſuis: alr nō ſpecificatis ptinētijs, ꝛ poſſeſſionibus: ꝛ
ſic ſufficit libellū fore certū i pricipali, ꝗuis in acceſſorijs ſit icer
tus. Ad hoc qḋ no. de ordi. cogni. cū dilect⁹. ꝛ ꝯ. de libel. obla. c.
7 ij. ¶ † No. v. qḋ aliqñ verbū, Poſſeſſio notat proprietatē, vt ha
beo poſſeſſionem. i. tale poſſidere. Ad hoc. ff. de verb. ob. l. inter
8 dum. Quod facit ad queſtionē Hoſ. † Si teſtator legat poſſeſ
ſionē ſuam, an videatur legaſſe ſolū commodū poſſidendi. an ēt
ꝓprietatē: quia proprietatem. ad qḋ. ff. ad muni. l. filij libertorum.
§. fi. C. de fide inſtru. l. fi. C. de bon. poſ. cōtra ta. cū reb. de do. inter
virum ꝛ vxorem. l. ſi quidem. ꝛ ſic econtra dñm pro poſſeſſore. C.
9 de rei vē. l. ꝗties. vt lite nō cōte. quoniam. §. qḋ ſi ſup ¶ † No. ap
pellatione pertinentiarū nō cōprehendi poſſeſſionē, nec ecōtra.
10 ¶ † No. vij. tenēdo ꝙ hic fuerit actū petitorio, ꝛ poſſeſſorio, ꝙ
hec concluſio. Peto rem reſtitui, adaptatur vt congrua cōcluſio
ꝛ ad petitoriū, ꝛ ad poſſeſſoriū. ꝛ ſic eadē ꝯcluſio proprie quo ad
vnum improprie quo ad aliū iudicium ſumpta procedit: et ſic
idē verbū ad diuerſa relatū ꝓprie ꝛ improprie ſumi pōt: hoc vi
debit ifra. Hec vera, dū ex narratis hec valeāt ꝯprehēdi: ſic ex
narratis extēdit ꝯcluſio libelli: ſꝫ ad alia pōt adaptari ꝓprie, nūc
ipꝛoprie: ſec⁹ ſi nō poſſet ad aliā adaptari: q2 penes cōcluſionem
attendit vis libelli. de fo. cōpe. ex parte B. nam per narrationez,
in qua dr ad ſe ſpectare, deduxit petitoriū: per narrationē. i. qua
dixit ſe diutius poſſediſſe, deduxit poſſeſſoriū. ¶ Nota hūc li
bellū procedere, Peto me reſtitui, q2 olim poſſedi, quod hodie
poſſideo: q2 mediū ſubauditur, ꝛ me ſpoliaſſe: ꝛ ſic vbi ex narra
tis ꝛ cōcluſiōe colligit intētio libellātis, licet oia media non for
maliter exprimātur, ſaluatur libellus per ſubauditū: q2 hic ſub
11 auditur, q2 me ſpoliaſti. ¶ † Not. cautū allegare antiquā poſſeſ
ſionem: q2 non ſemper momentanea parit interdictū. ꝯ. eo. olim.
12 l. ij. §. confeſſum. ff. de vi, ꝛ vi ar. † Et no. ꝙ verbū preteriti perfe
cti habet tacitam abnegationem de preſenti actus, vel qualita
13 tis, cui adiungit. ¶ † Nota ꝙ per ſolam reſponſionem ad narra
14 ta inducit litis cōteſtatio. de quo de lit. conte. c. j. ¶ † No. ꝙ per
verbū Neſcio, vel nō credo, qḋ petis debitū, vel tuū eſſe inducit
15 litis ꝯteſ. † Et no. ꝙ credere vel non credere adaptat ad ignora
16 tum. † Nō probat ergo teſtis, qui reſpondit ſe credere in appre
hendibilibus proprio ſenſu. Uide in Spe. de teſte. §. iam de in
17 terrogatorijs. in fi. j. de accu. inquiſitionis. ¶ † Nota epm ſuper
ſubiectione ēt hoſpitalium fundare intentionē de iure cōi in pro
18 pria dioceſi. ¶ † No. ꝙ eodē mitanti ſuper exceptione, ꝛ petitio
ne pūt teſtes recipi: ꝛ habes practicam ſententie tam in petito
rio, ꝗ̄ in poſſeſſorio: q2 habet condēnare ad rem reſtituendam:
Et ex hoc habes notabilia vſqꝫ ad ver. nuntius. In qua parte
19 habes cōmiſſionē, petitionem, id eſt, libellū ꝛ ſentētiā. ¶ † Exa
minemus aliam partem circa cōmiſſionē gl. querat, an cōmiſſa
cauſa quo ad petitoriū ꝛ poſſeſſoriū, poſſit actor intentare alte
rum tantum, an arceatur ad intentandum vtrūqꝫ. Glo. dicit ꝙ
poteſt intentare alterū tantū: q2 ſimultanea cōmiſſio nō ar
ctat ad vtrunqꝫ intentandum. De quo remittit de cā poſ. cum ſu
per. ꝛ c. cū eccleſia. ibi etiā no. ꝛ dicūt docto. qḋ ſi libellū porrigat
ſup vtroqꝫ, poterit etiā agēdo reus ſuper vtroqꝫ ſe defendere: q2
ad hoc eſt ſtimulat⁹ per iudiciū ſuper vtroqꝫ, nō obſtāte priuile
20 gio poſſeſſorꝫ, de quo. ꝯ. e. ex cōqneſtiōe. ¶ † Uenio ad libellum.
Primo repugnat libello nimia gñalitas eius quo ad vij cōprehen
ſiuā, cum multas poſſit cōprehēdere actiōes: itaꝫ hic libell⁹ pōt
cōprehendere interdictū vnde vi, ꝛ qḋ vi aut clam, cōdictionez ex
canone, ꝛ officiū iudicis, cōtra id, de lib. ob. c. ij. ꝛ l. qḋ in heredē.
§. eligere. ff. de tribu. ꝛ in regula, null⁹ plurib⁹. de re. iu. li. vi. Quī
dā dixit de iure canonico, ꝛ eqtate ei⁹ pcedere libellū plures actio
nes cōprehēdentē. Uel dic qḋ cogit eligere: ꝛ ꝯ eligit iterdictū vñ
vi, ꝛ male. Quidā dicūt qḋ eligit volūtarius. Hoſt. dicit hic reli
qui in arbitriū boni iudicis, an admittat vel ad ſpecificandū co
gat. remittit de iudi. dilecti. Ex hoc no. qḋ quā ꝗ̄ libell⁹ ex latitu
dine verborū cōprehendat plures actiōes, ſi tñ libellās eligat vo
luntarius, vel inuit⁹, totū ius agendi ad electā actionem reſtringi
tur: ꝛ ſi ſit inepta, alias electa intantum, q2 lꝫ apta in verbis cō
prehendat in eadem inſtantia, niſi libell⁹ porrigat, non pōt ſequi
ſentētia, vt idē operet reſtrictio, qḋ operatur limitata porrectio a
pain. Et ſic limita de iudi. examinata. qḋ no. ad hoc de cā poſ. pa
21 ſtoralis. ¶ † Opp. ꝗ. cōtra libellū, ꝛ cōcluſionē eius, ꝛ cōſequēter
cōtra cōcluſionem ſentētie, in qua petitur, ꝛ ſentētiatur rem reſti
tui reſpectu poſſeſſorꝫ: q2 dꝫ concludere poſſeſſionem reſtitui: q2
ſola poſſeſſio nō reſtituit in poſſeſſorio. ff. de vi. ꝛ vi ar. per totuz.
Sol. Dicit hic Jo. An. qḋ recti⁹ cōcluſiſſet poſſeſſionē reſtitui,
quam rem reſtitui. De quo remitto ad Spe. e. ti. §. j. ver. ꝛ no. Nam
petere reſtitui rem, eſt propia cōcluſio petitorꝫ: ſed ſaluat libell⁹
vt dixi, q2 intelligit quo ad poſſeſſoriū, Peto rem reſtitui ratiōe
poſſeſſionis: ꝛ reſpectu petitorꝫ, Peto rē reſtitui: ſtat ꝓprie. De
quo in Spe. e. ti. §. j. in prima, ꝛ. ij. forma. Sic ēt ſaluat ibi Spec.
ſentētiā ſuper libello, Peto poſſeſſionem reſtitui, ſi cōdemnet ad
reſtitutionem rei: q2 verba ſententie ſunt trahenda ad metas li
belli: vt ibi no. Spe. ver. ꝛ no. qḋ quidā poſt tertiā formā. Sic de
bet intelligi qḋ no. Jo. An. in addi. Spe. in ti. de ac. ꝛ pe. §. ſequi
tur. ver. ſꝫ quā notas. vbi dicit poſt Hoſ. ſimplicem, ꝛ ſtultaz fore
cōcluſiōem, Peto rem reſtitui in poſſeſſorio: q2 hoc cōcludit ad
petitorium: ſed dꝫ eſſe, Peto poſſeſſionem reſtitui, q2 aliud eſt
reſtitutio rei, q̄ꝫ reſtitutio poſſeſſionis. ff. de rei ven. officium. ꝛ
l. qui reſtituere. ff. vti poſ. l. ij duo. §. fi. Idem Archi. iij. q. j. reinte
granda. Pro ſaluatiōe libelli facit qḋ ſcribit Fred. ſuo cōſi. cc
lxxxij. vbi ponit ꝯclōnē hāc, Peto rē reſtitui: adaptari ad peti
toriū, ꝛ ad poſſeſſorium, dūmō hoc habeat narratio: quādo ſi
narretur in poſſeſſorio, ꝛ fiat ꝯclō, Peto rē reſtitui: dr ibi dedu
ctum petitorium. qḋ nota bñ. Hec maxime puto vera in cōclu
ſione, Peto rē reſtitui, vel ſe reſtitui: adaptat ad poſſeſſoriū, quā
eſt talis nature ꝙ habeat iuſtā cauſam, vt pꝫ. ꝯ. ea. ex tranſmiſ
ſa. ꝛ c. j. ꝛ c. ex pte. ꝛ c. literas. ꝛ procedit etiam concluſio ꝛ ſimi.
Peto rem reddi: vt patet. ꝯ. c. j. q2 in libellis etiam verba trahū
tur ad intentum libellātis: vt no. de offi. ord. cōquerente. ꝛ quod
no in l. ſed ꝛ ſi poſſeſſori. §. fi. de iureiur. Item procedit cōcluſio,
Peto me reintegrari. iij. q. j. reintegranda. Itē peto me in inte
grū reſtitui, vt lite nō cōte. accedens. vel in priſtinum ſtatū reſti
tui, reponi, vel reduci: vt. d. c. reintegrāda. Tertio arguit libell⁹
vt nō cōcludens in poſſeſſorio, Peto me reſtitui, q2 diuti⁹ poſ
ſedi, ꝛ hodie poſſideo: nā per hoc nō concluditur ſpoliatus. Sꝫ
dic ꝙ ex cōcluſione, ꝛ narratione apparet ꝙ concludere intendit
in poſſeſſorio: ideo libellus eſt declarādus per ſubaudiū: q2 diu
tius poſſedi, me ſpoliaſti. ſubaudi: ꝛ ſic peto me reſtitui. Qḋ no.
q2 vbi ex narratis, ꝛ concluſis apparet ſubauditū ex mēte ſubin
telligit, ꝛ ſaluat libellus per ſubauditū quod indicat cōcluſio, ꝛ
narratio, licet nō integraliter exprimat. Ad hoc. l. j. ff. de hered.
inſti. Quod nota pro ſaluandis libellis. Circa libellū expeditis
22 doc. dictis, venio ad gl. tangētes libellum. ¶ † Opp. ꝙ non pro
cedat libellus vt nimium generalis circa res, iura, ꝑtinentias, et
poſſeſſiones, ꝛc. ꝯ. id de libel. obla. c. ij. de rei vendi. l. ſi rem. cū ſi
mi. Glo. dicit contrariū procedere in actione ſingulari ꝛ petitio
ne: hic in petitione vniuerſali. arg. de offi. ordi. conquerēte. ꝛ no.
de libel. obla. c. j. de peti. here. l. iij. cum ſimi. quo caſu dicit ſuffice
re probari, ꝛ declarari quid de pertinentijs poſſideat tpe ſenten
tie: dato ꝙ antea nihil poſſederit, vel illud non poſſederit quod
tempore ſententie probatur poſſediſſe: vt. ff. de peti. here. l. ij quo
tempore. ff. de pecu. l. queſitū. Imo plus dicit hic Inno. qḋ hoc
ſufficit declarari in ipſa executione, ꝛ ſuper illis mandabit inia
executioni. ꝯ. c. ꝗuis. ſm Inn. Hoc placet Inn. maxime quādo
id vniuerſale, qḋ petitur, venit acceſſorie ad aliqḋ principale cer
tificatū, vt erāt hic poſſeſſiones. Nam dicit hic Inn. Pertinen
tie verbū eſt vſe aptū pertinētias cōprehendere. i. ſtatuto ꝛ cōſue
tudine debitas: ꝛ maxime in ꝑtinētijs eccleſie. de ce. c. j. Uñ refer
tur ēt ad ꝑtinētias iurꝫ, vt oblationes, primitie, ꝛ alia iura parochia

ſia, ⁊ ſimilia. de deci. cũ ꝯtingat. ⁊ c. tua. de his, q̃ ſi. a ꝓla. paſtoralis. Itẽ ⁊ hoſpitali accedũt pertinẽtie: q2 ⁊ illi dz certa dos aſſignari, ſicut ⁊ eccleſie. de conſe. eccle. vel alta. ſicut. Item non ſolum ratione rei, ſed etiã ratione actionis actio ſui natura eſt vniuerſalis: q2 interdictũ vnde vi cõprehendit in ſe mobilia ⁊ immobilia, dãna, ⁊ iniurias, ⁊ alia multa. ff. de vi, ⁊ vi ar. l. i. qḋ ait. ⁊ §. rectiſſime. ſ. eo. grauis. ⁊ qḋ ibi no. ſicut ⁊ hereditati accedunt oĩa, q̃ in hereditate inueniunꝰ, etſi nõ ſint teſtatoris. ff. de peti. here. l. item veniunt. ⁊ l. ſeq. Per q̃ concludit ꝙ petita eccleſia cũ pertinentijs, petita videntur omnia pertinẽtia, ⁊ illi deputata, ſiue ſint corporalia, ſiue incorporalia. Allegat no. de off. deleg. cũ ab eccleſiarũ. ⁊ c. cõquerẽte. Hec ꝓcedunt quo ad pertinentias: quo ad poſſeſſiões aũt in libello petitas, vt hic ſunt, dr ꝙ ille debent in libello ſpecificari ꝑ ſuos cõfines, ſi petaꝰ a pte. ff. de cen. l. forma. Sꝫ puto, qñ poſſeſſiones petit ꝑ ſe, vt hic fecit: alias includerenꝰ in verbo ꝑtinentiarũ. Uñ ſi nõ ſpecificaſſet per ſe, non cogereꝰ ad ſpecificandũ, tenẽdo ꝙ petitio eſt vlis, vt eſt dictum. Dic latiꝰ iungendo Inn. ⁊ Hoſt. ſimul. ⁊ qḋ alibi ſcribit Inno. Si actio eſt vniuerſalis, ⁊ res, que petitur, ſui natura apta eſt cõprehẽdere vniuerſitatẽ, ꝓcedit libelꝰ gñalis, vt hic. Si actio eſt ſingularis, ⁊ res vlis, idem, vt ſi vendicaꝰ grex: q2 non eſt neceſſe ſingula capita gregis ſpecificare, vel nominare. ff. de rei vẽ. l. i. §. ꝑ hãc. Uel ſi vẽdicaꝰ hoſpitale cũ pertinentijs, vt hic, ⁊ no. gl. de libel. obl. c. ij. Unde ꝑ hoc ꝯcludit ꝙ ꝓcedit libellus gñalis, ſiue actio ſit ſingularis, ſiue ſit vlis, ⁊ ex accidẽti rei trãſiens ad naturam vniuerſalis: ⁊ tunc dz ſpecificari libellus, qñ actio eſt ſingularis, ⁊ naturã actionis ſingularis retinet: q2 nõ alteratur rei natura. ff. de rei ven. l. ſi rem. ſm Hoſt. Hec aũt dr vera Inn. quo ad pertinentias, qñ pertinentie petanꝰ acceſſorie: ſed ſi petanꝰ principaliter iudicio ſingulari, oportet ꝙ ſpecificentur, ex quo agiꝰ iudicio ſingulari vt petitorio: ſecꝰ ſi iudicio vniuerſali, aut quia agitur poſſeſſorio. Allegat no. ſ. eo. in literis. ⁊ hec eſt ratio, ſm Hoſt. q2 illud eſt vniuerſale, vt dixi in eo ꝙ dãna multa veniunt, vt dixi. ſ. Qñq3 agiꝰ actione ſingulari, res vero ſunt quid vle, q2 nõ colligũtur ſub vno nomine collectiuo iuris, aut facti, ſed ſub ſigno vli, aut indefinito: vt peto poſſeſſiões, vel oĩa bona. Dic qḋ oꝑz ꝙ ſpecificeꝰ res, qñ petunꝰ actione ſingulari, ve eſt rei vẽdicatio: ⁊ hoc ſit, q2 ſingularis remaneat actio, in qua nõ poſſet dari certa ſnia, niſi aliter ſpecificarenꝰ, ⁊ incerta ſnia tunc nõ teneret. C. q̃ ſen. ſine cer. quanti. l. j. ⁊ ij. ⁊ ſi. Uñ in hoc dz iudex cauere ſibi. Inſti. de ac. §. curare. Et multos caſus, in qbꝰ admittiꝰ petitio gñalis, habes de exceſ. ꝓla. tãta. in gl. not gñalẽ. Secꝰ dr vbi actio eſt vniuerſalis, vt petitio hereditatis. Ad cõfirmationem huiꝰ facit qḋ no. Inn. de iureiu. ex literis. vbi vt diſpoſitio dicaꝰ gñalis nõ ſufficit ꝙ ſub ſigno vli plura pertinẽtia ꝯprehẽdat: q2 illud ſignum diſtribuitur a ſigno: vt l. cũ tale. §. falſam. ff. de ꝯdi. ⁊ demõ. l. heredes mei. §. cũ ita. ff. ad Treb. ⁊ ff. de ver. obl. l. ſcire debemus. ſed exigiꝰ ꝙ cõprehendanꝰ ſub vno ſigno collectiuo apto in ſe cõprehẽdere vniuerſitatẽ iuris, aut facti, vt hereditas populꝰ, ⁊ vniuerſitas, ⁊ collegiũ, grex, peculiũ, ⁊ ſimilia. in c. certificari. de ſepul. vt diſtinguit an agaꝰ ꝑſonali, vt peto omnia bona dari, vel q̃rtã omniũ relictorũ: ⁊ q2 ꝑſonalis eſt apta reſpicere iura, iudicaꝰ vlis, ⁊ non exigiꝰ expſſio an agat reali: ⁊ q2 illa diſtribuiꝰ ad ſingularia corpa, ſi eſt vlis: ⁊ ſic opꝫ corpa exprimere Spe. in ti. de act. ⁊ pe. §. ſequiꝰ. v. differũt. in. xvij. colũ. ꝫ ꝙ ſit vlis. ⁊ ponit in ver. qd ſi peto qcq̃d habes. vbi de ꝙ ſi peto qcq̃d habes in tali villa, vꝫ petitio abſq3 alia ſpecificatione. Alleg. q2 debet eſſe differẽtia inter ſpeciale dictũ, ⁊ generale. ff. de edi. edi. l. itaq3. ⁊ l. ſeq. ff. de euic. ſerui venduos. de ſi. inſtru. inter dilectos. Puto ꝙ petitio ſit gñalis, ⁊ nõ vniuerſalis. Uñ ſpecificatio nõ exigiꝰ in libello, ſed bñ in ꝓſecutiõe ante ſniam. Et ſic intelligo Inn. hic, vt no. ff. de edẽ. l. i. ⁊ dixi de libel. obl. c. ij. Rõ, q2 in vniuerſali declaratio vniuerſalis eſt in pricipali petito, ⁊ res veniũt in cõſequentiã reſtit pendere: qḋ nõ eſt in gñali: q2 res eccleſie capitulo ſubdunꝰ principaliter in obligatiõe, ſuper qua debet ⁊ certa ſnia ferri. Unde notabiliter dicit Inn. ꝙ ideo debet fieri ſpecificatio, q2 certa nõ poſſet ferri ſnia: que ferri debet in actionibus ſingularibus, ⁊ generalibꝰ. Uenit ergo quod hec petitio poteſt dici generalis, ſm Inn. qḋ nota. Et eſt ratio omniũ predictorũ, q2 vbi narratio actionis, vel rei petitio eſt vniuerſalis, ſufficit ſi petitio eſt vniuerſalis. Ideo certa dr ſentẽtia, ſi ſententia eſt vniuerſalis, vt petitio. Hec regula eſt Inno. ſ. de exceſ. ꝓla. tanta. Ad hoc, q2 conformari debet ſententia petitioni. Item q2 ſemper collectiua, ⁊ natura eius declaratur, vel ſpeciem habet declarandi qḋ cõprehendatur. Ideo ſi feratur ſententia ſuper hoſpitali cum pertinẽtijs, vel eccleſia cum pertinentijs, certa eſt ſententia non ſolũ quo ad eccleſiam, ſed etiam quo ad hoſpitale: q2 certe ꝑtinentie ſunt, que petitioni accedunt, ſicut ⁊ dos in matrimonio, ⁊ iura parochialia in eccleſia, vt ſupra no. Sꝫ vbi petitio eſt gñalis, vel ſpecialis, ⁊ non vniuerſalis, certa non põt ferri ſentẽtia, vt dr in generalibus ⁊ ſpecialibꝰ petitionibꝰ, niſi ſpecialiter res deſignarentur in ſnia: ⁊ in talibus incerta ſentẽtia nõ valet. Inſti. de ac. §. curare. Sed ſi poſſeſſiones ſunt certificate, quomodo ſaluabitur libellus in illa parte, qua petite ſunt poſſeſſiones: Dic ꝙ propter acceſſorietatẽ ad rem valebit libellus: quia ſufficit ꝙ ſit certus in principali: vt no. in. d. c. ij. de libel. obl. ⁊ de or. cog. c. ij. ⁊ cũ nõ fuit parte petita declaratio: vt l. ſi. C. de an. exce. Per hoc dicunt dñi de Rota, ſua ꝯclu. xxiij. ꝙ valet ſnia cõtra maleſidei poſſeſſorẽ a principio a tpe occupationis Commenio(?) ⁊ ad fructꝰ perceptos a tpe occupatiõis beneficij. Nec ob. ꝙ ſentẽtia debet eſſe certa etiam in generalibus actionibus: q2 id verũ, quando petitioni ſubmittitur principaliter quid ſingulare, vel generale: ſecus ſi acceſſorie, vt hic, ⁊ de ord. cog. c. ij. ⁊ de lib. obla. c. ij. de exceſ ꝓla. tãta. per Inn. ⁊ ſiet declaratio poſtea corã executore. Tutius tñ eſt ꝙ ſi iudex poteſt ꝙ tam de tpe, ⁊ q̃ntitate, quã de valore iudex ſe intromict: ⁊ ſic certã, ⁊ clarã ferret ſniam: vt. d. §. curare. Plus dicunt ſua conclu. clxxviij. ꝙ etiam executor põt ſine aliqua taxatione monere dictũ conuictum vt ſatiſfaciat victori intra certũ terminũ, intra quẽ tñ põt venire, ⁊ allegare ſe illos non ꝑcepiſſe, vel illos in vtilitatẽ eccleſie cõuertiſſe: qḋ ſi non fecerit, ſnia excõicationis nõ propter hoc ꝑmulgata eſt iuſta: nec relaxabiꝰ, donec plene fuerit ſatiſfactũ: q2 pro rebus iudicatis extitit promulgata: vt no. ſ. de ſen. excom. ſolet. lib. vj. Sed eſt dubiũ que pertinentie includantur. Dic ꝙ primo attendenda eſt perſona petẽtis: q2 ſm qualitatẽ petẽtis petitio pertinentiarũ aliter ⁊ aliter intelliguntur. Si enim eps in eccleſia ſibi ſubiecta petit iura epalia cũ oibꝰ pertinẽtijs, vel dicit eccleſiã ad ſe pertinere in ſpalibꝰ cũ pertinẽtijs iuris, ⁊ poſſeſſionibus, admittiꝰ libellus. de exce. cum venerabilis. ⁊ tunc non veniet dos tantũ primo aſſignata, ſed ⁊ oĩa, q̃ eidem eccleſie ſunt poſtmodũ acquiſita: q2 ius epale nõ ſolũ ad ea, q̃ tpe fundationis ſue habuit eccleſia extendiꝰ, ſꝫ ⁊ ad oĩa alia, q̃ poſtea acceſſerunt: ⁊ idem iuris eſt ſi petat tpalia, ⁊ rationem de temporalibꝰ, tanq̃ patronus ratione iuris patronatus, de omnibus temporalibus ratio eſt reddenda. Sed vbi neq3 petito neq3 rei accedunt pertinẽtie: tunc eſt neceſſe ꝙ exprimantur, ad hoc vt in iudiciũ deducantur, vt eſt dictũ, ſm Inn. Per hoc dr Jo. de Lig. referre an petatur eccleſia cũ pertinentijs, an eccleſia ⁊ pertinentie: q2 hoc ſcḋo caſu principaliter pertinẽtie videnꝰ petite: ideo exprimende ſunt: arg. ff. de fun. inſtru. ⁊ inſtru. leg. l. cui fundum. alle. de priui. cum capella. Hec vera, ſm Hoſt. vt patrono ſic petenti reddenda ſit ratio de tẽporalibus, qñ patronus eſt clericus. Secus ſi ſit laicus: q2 ad illum regulariter nõ pertinẽt temporalia, niſi quantũ ad denuntiationẽ male adminiſtrationis, ⁊ tuitionem, atq3 defenſionẽ, vt ei ſubueniatur, ſi ad inopiã vergat. xvi. q. vij. filijs. de iure pa. preterea. ⁊ c. nobis. de quo ꝑ pa. b. de monachis. ⁊ c. Lateranẽſis. de priui. cũ ⁊ plantare. §. in eccleſijs, ſm Hoſt. de quo Jo. an. remittit ibi, ⁊ in Spec. de reli. do. vbi idẽ tꝫ Spe. ⁊ idẽ qḋ de laico dr de clerico habẽte ius patronatꝰ rõne patrimonij: q2 in illo per omnia cenſeꝰ vt laicus. Unde ꝯcludit Inn. ſ. de excep. cũ venerabilis. ꝙ prelati tpales, vel ꝑpetui ſunt illi, qui proprie poſſunt vendicare eccleſiam cũ pertinentijs ſuis. de tranſ. cõſtitutus. ⁊ c. ſeq. de priui. paſtoralis. etiam ſi tantum ipſam petat vt ſubiectã: q̃uis ſm Inn. meliꝰ foret ꝙ ageret confeſſoria, ⁊ petat ſibi ius eſſe ſubiectionis in dicta eccleſia: vt. d. c. ꝯſtitutꝰ. ff. ſi vſuſfr. pe. l. i. in prin. de reſcr. ex parte. Hoſt. ibi in. d. c. venerabilis. ⁊ Spe. in loco preal. ꝯcludit ꝙ de eq̃tate canonica vſus admittit talẽ libellũ, Peto eccleſiam cũ pertinentijs ſuis. que ad me pertinent in ſpiritualibus ⁊ temporalibus: ⁊ etiã vera ſm Hoſt. ⁊ Spe. hic in alia parte. Inn. dicit illas tantũ venire, que eccleſie vel hoſpitali primo fuerũt in dotẽ aſſignate, ſcḋm

23 Inn. † Sed eſt dubiũ qñ pertinentie veniant an debite de iure cõi tantum, an debite de iure ſpeciali, vt ſtatuto, vel conſuetudine. Inn. in prima gl. dicit nomine pertinentiarum venire illa, que lege, ſtatuto, vel conſuetudine, deputata ſunt vt accedãt, ſicut in interdicto vñ vi accedũt mobilia, dãna, ⁊ multa alia. ff. de vi. ⁊ vi ar. l. i. §. qḋ ait. ⁊ §. rectiſſime. ⁊ legiꝰ ⁊ no. ſ. e. grauis, ⁊ ſicut hereditati accedũt oĩa, que in hereditate inueniũtur. etiã ſi ſint actiones. ff. de peti. here. l. itẽ veniũt. ⁊ l. ſeq. ſic ⁊ petitioni eccleſie accedunt omnia, que ad ipſam pertinẽt ex ſtatuto, ſiue ex cõſuetudine, ſiue iure, vt ſunt dos primitus inſtituta. ſ. de cen. c. j. decime, oblatiões, ⁊ alia iura parochialia, ⁊ primitie, ⁊ ſilia. de deci. cũ cõtingat. ⁊ c. tua. de his, q̃ ſi. a ꝓla. paſtoralis. ſiue ſint corporalia, ſiue incorporalia. Hec dr vera quo ad ea, q̃ ſunt deputata iuris cõſuetudine, vel ſtatuto: altero aũt iure ſpeciali q̃ſita dicit non venire appellatione pertinẽtiarum: licet quidã contra ſicant, dicentes oĩa illa venire, de quibus ſpecialiter actum non eſt ne veniant: aut de eã poſſeſ. ſm eccleſia. §. veri. Sed illud intelligitur de his, que ſub petitione claudi poſſunt: qḋ nõ eſt hic, ſecundum Inno. Hoſtien. tenet quod veniant. propter verbũ.

Pertinere,

Pertinere,qđ late patet.ff.de verb.obli.l.pertinere.ad hoc.ff.de
publi.l.ſi ego.§.idẽ ait.de vſufruc.ſi vero.de pac.dot.l.inter ſoce-
rũ.§.cũ inter.de dam.infec.l.damni.§.ſi quis vicinas.p ꝛ contra
de ſen.excõ.ſi ciuitas.lib.vj.Jo.de Ligna.dicit ꝙ vbi petit quis
epiſcopalia,cũ debent de iure cõmuni.vel aliud ius tale, veniũt
omnia,que cõſuetudine.vel ſtatuto,vel aliter ſunt applicata:vbi
aũt alius petit,quã cui debet̃ de iure cõmuni,veniũt ſola ſpecifi-
cata,ꝛ nõ alia:qꝛ libellus nõ eſt vniuerſalis:qꝛ nõ epo nõ cõpetit
vniuerſalis petitio:ſicut nõ heredi nõ cõpetit petitio heredita-
tis.Hoc eſt reincidere in dubiũ,an in petitione iuris debiti cõclu
dant̃ debita de iure ſpeciali.Jnn.videt̃ hic concludere ꝙ ꝑ debi-
to ſpeciali pacto,vel conſuetudine,includent̃,non altero ſpeciali.
Cõtra ſentit de preſcrip.auditis.Similiter glo.contrariant̃ in.c.
conquerẽte.de offi.ordi.tenet qđ tantum debita de iure commu-
ni includant̃.Jn.c.cõſtitut⁹.de reli.do.ſentit cõtrariũ.Hic,ſi peti
tio eſt in materia,que nõ comprehenderet niſi debita de iure ſpe
ciali,tale includit̃.de offi.archidi.dilecto.ꝛ hoc no.ibi Jnno. Et
hec eſt cã,quare pertinẽtie,que applicate ſunt ſtatuto, vel cõſue-
tudine,veniũt in petitione pertinẽtiarũ,qꝛ ſic cõmuniter accipiũ
tur.Sꝫ põt comprehendere vtroꝗ iure debita:tũc ſi debitũ ſpe
cialiter eſt de iure communi,licet determinata ſit de iure ſpeciali,
tale includit̃:vt no.de ſepul.certificari.Si ex toto eſt de iure ſpe-
ciali,ſuccedit tñ loco debiti de iure cõmuni,concludit̃ vt no.glo.
in dicto.c.cõſtitutus.prout doc.intelligũt:qꝛ ibi cenſus erat ſub-
rogatus loco iurium epiſcopalium. Si non eſt ſuccedaneũ loco
debiti de iure cõmuni ſi originaliter habet originẽ a iure ſpecia-
li,tunc ſi approbatiue prout eſt originatũ de iure cõmuni,vt dos
aſſignata,vel pertinentie,dato ꝙ habeãt originem ab aliquo ſta
tuto,vel cõſuetudine approbatis de iure cõmuni,ꝛ aſſumit̃ a iure
vt debitũ de iure cõmuni:ꝛ includitur,vt hic dicit Jnn.Si autẽ
eſt omnino debitũ de iure ſpeciali,vt in materia noſtra,quãdo eſt
ex priuilegio debitũ,vel in materia , que ius dat ex iure cõmuni
quando pacto,vel conſuetudine,vt ius epiſcopale:ꝛ tunc ſi illud
venit vt acceſſoriũ ad debitũ de iure cõmuni,includitur:vt de pre
ſcrip.auditis.ꝛ qđ no.ibi Jnn.in denarijs ſancti Petri:ꝛ not.de
ſepult.certificari.Si autem id venit principaliter,ſeu antecelſerit
principaliter ad debitũ de iure cõmuni,ꝛ eſt de iure ſpeciali, non
cõcludit̃,niſi verba ſint ita latiſſima,ꝙ ſui natura hoc importẽt,
vt eſt hoc verbũ Pertinere,ſecundũ Hoſti.de hoc dixi in dicto
c.cõquerente.Per hoc apparet ꝙ ſi petatur caſtrum cum ptinẽ
tijs,dicit Jnnocen.ꝙ caſtro nihil corporale inuenit deputatum
a iure,qđ ſit eius ptinentia:qꝛ nec caſtra a iure ſunt limitata, ſed
bene ab hominibus,ꝛ ſtatutis hominũ cõſueuit caſtro certũ ter
ritorium aſſignari,ꝛ iuriſdictio inter territoriũ limitata.ff.de ver.
ſigni.ſi pupillus.§.territoriũ.ꝛ vide qđ no.de ſen.excõ.ſi ciuitas.
in prin.li.vj.quo caſu cũ ad alia nõ poſſit referri,talia corporalia,
ꝛ incorporalia nomine pertinentiarũ includunt̃, ſecundũ Jnno.
ꝛ adde qđ not. de offi.de.cum ab eccleſiarum.Et hec ſufficiant.
24 ¶ † Opp.qnto ꝙ nõ voluerunt ſententiari ſuper pertinentijs,
eas aliter nõ declaratis:hꝫ enim libellus coloretur ꝓpter gene
ralitẽ,nõ tamẽ probatio,que debet eſſe certa.de ꝓbatio.in pſen-
tia.ꝛ cap.ex literis.Glo.dicit tria tẽpora ponderanda in iudicio.
Primũ eſt principium iudicij:et in hoc preſumitur pro actore,et
verba pro reo interpretant̃.ff.de verbo.oblig.l.inter ſtipulãtem.
§.primo.qꝛ iudiciũ redditur in inuitum,vt ibi.ꝛ hoc quia verba
libelli latiſſime accipiunt̃.ff.de iudicijs.l.ſi quis intentione.ꝛ l.ſo-
lemus.ſ.de cauſa poſ.cum eccleſia.in medio litis equaliter preſu
mitur pro vtroꝗ:vt patet.xxx.q v.iudicantem. in fine autẽ pro
reo preſumitur.Unde dicit glo.ꝙ lꝫ libellus coloretur:tamen eſt
expediens ꝙ in proceſſu hoc declaret̃,ſi que ſint pertinẽtie.ꝛ que
poſſeſſiones:alias nõ fieret executio ad volũtatẽ ſuã.Allegat de
preſcrip.auditis.Jo.Cal.dicit hoc pſumi in qualibet parte litis
pro actore circa illa,q̃ ſunt pro actore ꝓpoſita.Allegat. ff. de rei
ven.l.Põponius ſcribit.§.ſi.De hoc.j.de ſpon.ex literis.vbi di-
cam per Bar.in.l.inter ſtipulantẽ.§.j.de verb.obli.ꝛ de hoc in re-
gula,cũ ſunt partiũ.de re.iuris.lib.vj.Per que ſentit gl.hanc cer
tificationẽ fieri in executionis actu.ꝛ tẽpore.Qđ tenet hic Jnn.
Fiet etiam hec probatio ſine libelli obla.ꝛ litis conteſtatione,ſm
Jnn.ꝛ Hoſt.qui hoc no.hic.ſ.de libel.ob.c.j.Facit qđ no.Spe.
in Spe.de libel.concep.§.nũc dicendũ.ver.xxv.ſm Jo.An.Hoc
puto tenẽdo ꝙ libellus ſit vniuerſalis,vel iudicium.Jn generali
autẽ declaratio dꝫ fieri ante ſententiã:vt no.in.c.ꝗ.de libel. obla-
tio.ſ.de edẽ.l.j.ꝛ dixi.ſ.niſi qñ id,qđ generaliter petitur, veniret
acceſſorie ad illud,vt hic:ꝛ no.domini de Rota,vt dixi ſupra in
prox.glo.Sexto obijcit libello inquãtũ narrat ſe poſſediſſe,et ſe
ſpoliatũ eſſe:qꝛ nõ ſufficit ꝓbare ſe aliquando poſſediſſe,niſi hoc
probet in limite ſpoliationis.de offi.dele.cõſultationib⁹.ſ.c.olꝫ.
ꝛ.c.accepta.Dicit gl.ꝙ nõ ſufficit ꝙ narret,ꝛ probet ſe olim poſ
ſediſſe , niſi ꝛ tũc cõcludat poſſeſſionẽ ad inſtar tẽporis quo ſpo-
liatur:qꝛ nõ ſequit̃,olim poſſedi,ergo tali tẽpore poſſedi:lꝫ olim
dominus hodie preſumat̃ dominus.C.de proba.ſiue poſſidetis.
Et eſt ratio,qꝛ poſſeſſio facilius perditur , ꝙ dominiũ.vt.l.ſi qs
vi.§.differentia.ff.de acqui.poſſeſ.Jdẽ ad literã no.gl.ſ.ti.j.cum
eccleſia.¶ Hic attingã quinꝗ.Primũ,an olim poſſeſſor hodie
preſumatur poſſeſſor.Scdm,an olim dñs preſumat̃ hodie dñs.
Tertiũ,an ex poſſeſſione pſumit̃ dñs Quartum,an dominus pre-
ſumatur poſſeſſor. Quintũ,an ex detentatione preſumat̃ poſſeſ-
25 ſor.† Quidã ꝙ olim poſſeſſor hodie preſumat̃ poſſeſſor qꝛ poſ-
ſeſſio nõ perdit̃,niſi per accidens animi,qđ nõ preſumit̃,niſi pro-
bet̃.Tum qꝛ perditur permutationẽ volũtatis,que nõ preſumit̃
niſi probet̃.ff.de cõdi.ꝛ demõ ad ea.Nã volũtas ſemel preſtita,pre-
ſumitur,niſi aliter probet̃.l.fideicõmiſſa.§.ſi opꝫ.de le.iij. Tum
qꝛ perdit̃ iactatione ſui:qđ etiã non preſumit̃.de ꝓba.cũ de inde
bito.de ſolu.c.ſi.de renun.ſuper hoc.Nec ratio gl.cõcludit: qꝛ nõ
ſequit̃,poſſeſſio facilius perdit̃,ꝙ dñium:ergo olim poſſeſſor nõ
preſumit̃ hodie poſſeſſor.Ratio concluderet,ſi poneret̃ ꝑ ſolido
ꝙ olim poſſeſſor nõ preſumat̃ poſſeſſor,ꝛ olim dominus pſumat̃
dominus:ſed hoc eſt de quo querit̃.Alij dicũt ꝙ neutrũ preſumi
tur,nec ꝙ poſſideat,nec ꝙ nõ poſſideat:ideo aſſerenti vel negan
ti,cuius eſt intẽtio,habet ꝓbare.ff de ꝓba.l.eius,q dicit. Si enĩ
dico me nõ habuiſſe animũ poſſidẽdi,plus alteri,ꝙ mihi de eo
non eſt credendũ.de homici.ſignificaſti.ꝛ.c.olim.ij.Alij diſtin-
guũt an poſſeſſio ſit de recẽti,ꝛ preſumit̃:an de antiquo,ꝛ nõ pre
ſumit̃.Odof.ꝛ gl.Accur.in dicta.l.ſiue poſſidetis.dicunt quod ſi
aſſero me poſſidere,preſumor poſſidere,ꝛ poſſediſſe, ex quo con-
ſtat de poſſeſſione retro,ꝛ animo poſſidendi,ꝛ cõſtat de extremo
animi nunc,ꝙ habeo animũ poſſidẽdi,media preſumunt̃: vt no.
gl.de reſcri ex parte decani.ꝛ dicã de proba.lꝫ cauſam.C.de apoc.
pub.l.apoc.li.x.ꝛ qꝛ de animo meo mihi credendũ eſt,ſi aſſero me
nõ poſſidere:qꝛ ſolo animo rem habere potui pro derelicto : ꝛ qꝛ
de animo meo mihi credit̃,nõ preſumor poſſidere,niſi aliter ꝓ-
bet̃ ꝙ rei incumbã.l.ſi.ff.de rei ven.ad hoc decre.olim.j.e.Et hoc
tenet Jo.An.in addi.Spe.in titulo.de peti.ꝛ poſ.§.j.ver.quid ſi
peto.Plenius recitat Hoſt.in titulo de peti.ꝛ acti.§.ſequit̃ ver.
ſed nunqd.ꝛ ver.qd agit̃.Hic colligendo dicta Legiſtarũ,ꝛ Ca-
noniſtarũ ſimul,ſi allego me hodie poſſediſſe ad mei cõmodũ,eo
ꝙ poſſedi , preſumor poſſidere,niſi aliud probet̃, rationibus ſu-
pra dictis.Et hoc credo,ſiue ſit mobilis,ſiue immobilis: vt not.
Spec.in loco vlti.allẽ.qꝛ licet poſſeſſio rei mobilis ſit vilis,ꝛ abie-
cta,ꝛ de facili perdat̃,ꝛ citius,ꝙ immobilis,vt.ff.de acqui.poſ.l.
rem mobilem.nõ tñ ſequit̃ ꝙ ꝑdat̃,niſi accidens aliquod det̃:qđ
non preſumitur,niſi ꝓbetur.Et hec vera , niſi det aliquis actus
intermedius ad priuationẽ poſſeſſionis:vt no.ſ.de cã poſ.eccl'ia.
Si allego me nõ poſſidere,altero allegante me poſſidere,ſi ab eo
habere cãm poſſidẽdi pſumor poſſidere,vel dolo deſijſſe poſſide
re.C.de pig.actio.l.creditor.Si nõ habeo ab eo cauſam,ſi poſſi-
debã tẽpore litis ꝯteſta.hodie pſumor poſſidere,vel dolo deſijſ-
ſe poſſidere.C.ad exhi.l.nõ ignorabat.Si nõ cõſtat me poſſidere
tẽpore litis mote,ſi nego me poſſidere,dicẽti incũbit onus ꝓbã
di:qꝛ ſolo animo illã ꝑdo:ꝛ qꝛ de animo meo in poſſidẽdo ſoli mi
hi credit̃.de homici.ſignificaſti.no.gloſ.Jnſti.de act.§.itaꝗ. Ex
his cõcludit̃,ꝙ ſi nõ viuit,qui poſſedit:ita ꝙ nõ põt animũ pa-
tefacere,vſꝗ ad mortẽ:nihilominus pſumit̃ poſſediſſe,ſiue here
des negant,ſiue aſſerãt:qꝛ in hoc poſſunt declarare animũ teſta-
toriſ:vt no.in.l.Põponius ſcribit,ſi frumẽtũ.ff de rei ven. ꝛ not.
in dicta l.inter ſtipulationẽ.§.j ꝑ Bar.ꝛ qꝛ aſſumit,pſumptiões
ſ.poſite,qꝛ mutatio volũtaria nõ preſumit̃:ꝛ qꝛ accidẽs nõ pſu-
mitur,nec iactatio ſui per que tenẽt dñi de Rota,ſua conclu.cc-
xx.ꝙ ſi ꝓbet̃ aliquẽ poſſediſſe in vita ſua bñficiũ,qđ vſꝗ ad mor
te preſumit̃ poſſediſſe:qꝛ mortu⁹ nõ negat,ꝛ qꝛ nõ põt haberi ꝑ
derelicto nuda volũtate.de renũ.c. admonet . ꝛ qꝛ nõ eſt preſum-
ptio habiti ꝑ derelicto.de renũ.ſup hoc.de ſolu.c.ſi.all.not.hic ꝑ
Jo.An.in addi.Spe.i loco.ſ.allẽ.Ex his puto ꝙ q olꝫ vno modo
poſſidet:vt qꝛ noie ꝓprio reſpectu certi tituli, lꝫ nõ dicat ſe alio
modo poſſediſſe,qꝛ noie alieno,vel aſſerat,qđ nõ preſumit̃ niſi ꝓ
bet:qꝛ hic modus poſſidẽdi non põt mutari cã extrinſecus non
accidẽte:vt.C.de acqui.poſ.l.cũ nemo.ꝛ.l.nõ ſolũ.§.1.ff.de vſufr.
26 ¶ † Ad ſecundũ an olim dñs hodie preſumat̃ dominus.gl.di-
cit ꝙ ſic:hoc puto abſꝗ dubio,ſi dicit ſe dominũ.ꝛ no.Jnno.de
iudi.nouit.ſi negat ſe dominũ,ꝛ cõſtat ꝙ poſſedit,adhuc preſu-
mit dominus : qꝛ ſolo animo nõ poteſt perdere dominium,retinẽ
do poſſeſſionẽ : vt.l.ſi qs vi.§. differentia.ff.de acqui.poſ. Si ne-
gat ſe dominũ,ꝛ poſſeſſorẽ,vel conſtat quod nõ poſſidet,preſumi
tur non dñs:vt dicto.§.differẽtia. cum ſic poſſit nuda voluntate
habere pro derelicto . Jdẽ ſi negat ſe dominũ , ꝛ non apparet an
poſſidat.Hec ſunt vera in his,que nuda voluntate poſſunt ꝑdi,
vt in rebus priuatis:in beneficialib⁹ autẽ idẽ quo ad preiudiciũ
negantiũ,ſed nõ quo ad ſuperioris preiudiciũ:vt in.c. admonet.
27 ꝛ.c.qđ in dubijs.ſ.de renũ.¶ † Ad tertiũ an poſſeſſor eo quod
poſſeſſor preſumat̃ dominus:ꝛ ſi deducit̃ principaliter dominiũ

in iudicio,ex poſſeſſione non probaf dominiũ,ſiue deducatur ad
fundandã intentionem actoris,ſiue ad fundandã intentionem
rei ⁊ excipiẽdo poſt fundatã intentionem actoris.ff.de rei vend.
l.i.rẽ.ff.cõmo.l.ita vt ſi fur.de cã poſ.c.ſi. Fallit quãdo agif cõtra
eũ.qui violenter accepit.C.de preſcri.trig.an.l ſi qs.Ratio,q: il
le non põt referre queſtionem dominij:vt.C.de procu.ſiue poſſi.
Si deducitur incidenter,vt q: intẽtio fundaf ſuper alio,vt quia
ad coadiuuandam intentionem:⁊ tunc ſi ex parte actoris ad ꝓ
bationẽ dominij deducif poſſeſſio de preſenti,preſumitur qs do
minus.ff.ſi ſeruũ.ven.l.ſicuti.§.ſed ſi fuerit.niſi cõtrariũ appareat.
ff.ad legẽ Aquil.l.itẽ Mela.§.pe.Si deducitur poſſeſſio de prete
rito,nõ preſumif quis dñs.l.⁊ quia nondũ.§.qd dicif.ff.de pig.
Nã ſi agit quis hypothecaria,incidenter deducitur dominiũ de
bitoris,nõ ſufficit ꝙ probet ipſum poſſediſſe.Ad hoc gl.C.de ſo
lu.l.i.Si a parte rei deducitur incidenter,q: nõ eſt fundata intẽ
tio actoris,preſumitur dominus.C.ne vxor pro ma.l.ob maritio
rũ.Sed nõ eſt neceſſe ꝙ preſumaf dñs:q: ſufficit quod alius nõ
oſtendatur dominus.Hec ſunt verba Bart.in l.quidã in ſuis.ff.
de condi.inſti.Hoc verũ in rebus priuatis:in publicis autem,vt
beneficialibus,nõ preſumif pro poſſeſſore,agente ſuperiore,niſi
titulũ oſtendat.Quod dic vt dixi de reſti.ſpo.in literis.⁊ not.de
procur.inſinuatione.de offi.or.ordinarij.li.vj.de regu.in.benefi
ciũ.e.li.⁊ de ſimo.licet Helx.per Hoſti.Hec vera in corporalib⁹:
in incorporalib⁹ aũt quid iuris,dixi de cẽſi.peruenit.Aliqd per
Inn.in.c.ij.de in integ.reſti.in gl.per monachos.⁊ in.c.illud.,de
preſump.Per predicta concludunt domini de Rota,ſua cõclu.
cccxxv.an ſi vẽdico caſtrũ ratiõe dominij,vel quaſi,ſi probo per
teſtes ꝙ pater me⁹ poſſedit dũ vixit,⁊ habit⁹ ⁊ reputat⁹ fuit ꝓ
dño publice,cõmuniter,⁊ notorie,an ſufficiat pbatio,vt obtineã
in rei vendicatione Publiciana.Dicunt quod nõ:q: nõ proba
tur ex hoc dominiũ qd poſſideaf:licet plura tenuerit ↄtra,per.l.
litibus.⁊.l.ſi coloni.C.de agri.⁊ cenſi.li.x.⁊.l.Titio.ff.de ſolu.Nã
hec opinio falſa eſt:vt no.Cy.in l.fures.C.de proba.⁊ Bar.in di
cta.l.quidã in ſuo.vbi glo.tangit.Item nec probatur quaſi do
miniũ:q: non cõcludit tantum dominium in perſona patris:q:
ad quaſi dominium requiruntur quatuor,ſcꝫ ꝙ probetur titul⁹
habilis ad transferendũ dominium,ꝙ probetur traditio.itẽ ve
ra poſſeſſio,⁊ poſſeſſionis admiſſio.ff.de publi.l.j.§.⁊.ij.per to
tum.Et dato ꝙ hic probetur poſſeſſio,probetur hic traditio,nec
probatur quod tradita fuerit titulo habili ad transferendum do
miniũ.Nec obſtat fama ꝙ poſſederit tanꝙ dominus:q: illa or
dinaf ad probandũ verum dominium:quod perfecte nõ probat:
non ad probandũ quaſi dominium.Itẽ quia nõ facit plenã pro
bationẽ:vt no.ff.de teſti.l.ij.de teſti.veniens.de app.i.Nõ con
cluditur etiã Publicana vt cauſata in perſonã heredis:q: lꝫ do
minium transferatur de defuncto in heredem abſqꝫ traditione,⁊
ſic vr ꝙ abſqꝫ traditiõe cõſetur ius in Publiciana,ar.ff.de ac
qui.poſ.l.cum heredes.tñ hoc falſuꝫ eſt:q: in Publiciana exigi
tur vera traditio,ſicut exigeretur in vſucapione.Item.l.cũm he
redes.loquitur in dominio iam in defuncto creato,qd transfertf
in heredem:⁊ idem de quaſi dominio terminato in perſonam de
functi:vt no.Bar.in l.j.de Publ.⁊.l.cum ſponſus.§.is ita,cul.
e.ti.Sed hic nõ erat fundatum in perſonam defuncti,⁊ ogebat
creari in perſonam heredis ex ficta traditiõe quo ad ius domini
que nõ hꝫ locum in quaſi dominio:q: illa verã exigit traditionem
28 increãdo quaſi dñio.Hec vera,ſi non eſſet preſcriptum.❡†Ad
quartũ an dominus preſumatur poſſidere.Et dicit ꝙ nõ,niſi a
liter probetur,⁊ in probandis principijs dominij cõcludaf poſ
ſeſſio,vt probatur apprehẽſio rei,vel traditio rei,⁊ nõ conſtat de
alio poſſeſſore:quo caſu preſumitur poſſeſſio nõ ex virib⁹ domi
nij,qd ſeparatum eſt a poſſeſſione:vt.l.naturaliter.§.nihil.de ac
qui.poſ.de cõceſ.pre.cum noſtris.ſed preſumitur ex viribus ap
prehẽſionis,ex qua cõcluditur poſſeſſio.Ubi aũt dominium ac
quiritur ex ſola diſpoſitione iuris,ex hoc ſolo non concluditur
poſſeſſio.Ideo dato qd epiſcopus ſuper proprietate ſubiectiõis
fundet intentum de iure communi,non per hoc fundat intentuꝫ
ſuper poſſeſſione.ff.de fundo do.l.in fundo.C.de pac.l.traditio
nibus.C.de proba.l.cũ reus.ſ.e.olim.ij.Unde ad tranſlationem
tituli no ſequitur tranſlatio poſſeſſionis.l.ſi ex ſtipulatione.ff.de
29 acqui.poſ.de priuile.paſtoralis.cũ ſi.❡†Ad quintum,an ex de
tentione rei preſumatur poſſeſſio.Inn.qd ſic,de priuile.cum olĩ.
ij.glo.ſua in verbo,dederat,in fin.alleg.xviij.q.i.c.j.et ad hoc gl.
vij.q.j.pontifices.Paul.idem tenet.ſ.eo.in literis.⁊ alleg.vt lite
non conte.quoniam.§.qd ſi ſuper.Per quod dicit ꝙ teſtis ꝓbat
poſſeſſionem deponendo quod vidit eum detinere.Et ſi diceret
quod vidit eum poſſidere,debet intelligi,id eſt,detinere:quia
teſtis habet reſpondere per verba facti,non iuris:vt no.Inn.de
teſti.cum cãm.ad qd no.in l.ſtipulatio.§.hi quoqꝫ.de ver.ob.Di
cam de hoc de proba.lꝫ cãm.Idem quod.ſ.ibi ⁊ Barto.alleg.l.
quedam mulier.ff.de rei ven.l.ij.C.de acqui.poſ.⁊.l.j.ff.de acq.poſ.
⁊.l.Titia.ff.de ſolu.Hec vera,niſi ex circũſtãtijs aliud appareat,
vt q: eſt ſeruus,vel monachus incapax poſſeſſiõis ciuilis,vel lai
cus quo ad ſpiritualia,vel qi tenet ex cauſa apta ad creãdum nu
dum detinere.vt ex commodato,vel depoſito:tunc non conclu
ditur poſſeſſio:vt.l.prima.c.ſi per vim,vel alio modo.l.rei.ff.cõ
mo.Glo.in verbo,nec ſi.inducit decreta.ad quod inducitur litis
conteſtatio ex his verbis,Nõ ſcio:vel Non credo me tibi debere,
vel talem rem tuam eſſe.Et dicit hic Io.And.quod hec decreta
lis,et lex.quã allegat,glo.faciunt pro caſu,qui dixit ꝙ reus negã
do,vel in dubium reuocando,litẽ conteſtatur,ſecundũ Goffredũ.
30 ❡Oppo.quod non poſſit admitti vtraqꝫ pars ſuper poſſeſſio
ne,cum illud priuilegiatũ ſit,contra qd aperte rei nulla admittif
exceptio.ſ.eo.in literis.Glo.dicit intelligendo ꝙ hic actũ fuerit
poſſeſſorio:⁊ multe potuerũt exceptiones admitti.ſ.omnes poſ
ſeſſorie,et iuri agẽdi poſſeſſorio detrahẽtes.Alie autẽ exceptio
nes excludũtur ꝓprietatẽ cõcernẽtes:puta ſi allegat reus ꝙ in
cõtinẽti deiecit,vel ꝙ poſſidẽs poſſidebat ſub cõditiõe.ſ.c.olim.
Item quod inuenit vacuã poſſeſſionẽ:⁊ ſic illũ nõ deiecit:vel dñ
quiete poſſidebat ſub conditione.ſ.c.olim.ille ſponte renuntia
uit.Uel ſm Io.An.ꝙ poſſidebat eo tẽpore,quo aduerſarij ſe di
cunt deiectos.Multos caſus vide obſtãtes agenti poſſeſſorio in
Spec.de peti.⁊ poſ.§.ſi.qui vt plurimum reducunt ad has regu
las.Omnis exceptio inhabilitans perſonã ad agendũ,vel ali
ter impediens pro tunc poteſtatem in iudicio agendi,admitti
tur cõtra agentem poſſeſſorio recuperande.Itẽ omnis exceptio
detrahens poſſeſſorio.Alie autem extrinſece exceptiones regula
riter non repellunt agentem.Fallit in exceptionibus notoriam
concludẽtibus proprietatẽ.Qd dic vt dixi.ſ.eo.in literis.vbi de
exceptione rei iudicate,iuriſiurandi,pacti,⁊ ſimilibus.Fallit qñ
proprietatis exceptio opponitur a tertio,cõtra quẽ nõ agif,ſcꝫ
Gul.ibi.ff.depoſi.bona fides.Qd dic vt.ſ.e.item cũ quis.Fallit
in intruſo in Romanã ſedem,⁊ expulſo,qui propter periculũ nõ
reſtituitur.ij.q.j.§.patet.xxiij.diſtin.in nomine Domini,ꝙ dicit
ibi Spe.ſpeciale in Romana eccleſia.Sed dic vt dixi.ſ.eo.in li
teris.Item propter enormitatem criminis dominus nõ reſtitui
tur.ij.q.v.ſuper cauſa.Ioã.An.remittit ad ibi not.Item ꝓpter
infamiam.ij.q.v.preſbyter ſi.⁊.c.ſi.Mala fama hic non impedit
reſtitutionẽ cõtra partem,licet iudex ex officio ſuſpẽdere poſſit,
propter malam adminiſtrationem.Item criminis notorietas.
Hoc verũ,ſi priuat proprietate,vel ſi priuationem inducit.de ac
cu.ad petitionem.⁊.c.ſi conſtiterit.ad hoc de diuor.ſignificaſti.
Item ſcandalũ.ij.q.vj.hoc quippe.allegat.j.q.j.in primis.⁊ ibi
glo.hi caſus vt plurimi habẽtur.ij.q.i.in ſumma.Hoſt dicit hic
quod cõtrarium ceſſat:q: hic nõ tantum poſſeſſorio,ſed etiã pe
titorio agebatur:⁊ dicit ꝙ fratres produxerũt teſtes ſuper eo ꝙ
ſpoliati erant,⁊ quod ad eos ſpectabãt petita.Epiſcopus ſuper
eo quod erant ſui dioceſani,⁊ ipſa rationabiliter detinebant.

1 ☞ Ad ſpoliationem ſufficienter concludendam que requirãf.
2 Libellus in cauſa appellationis eſt de nouo tradendus.
3 Sententia in cauſa appellationis poteſt ferri ex actis antiquis.
4 Sententia vbi habita illius relatione ad acta apparet iniuſta,nõ
eſt nulla,ſed venit irritanda.
5 Probationum quatuor ſunt ſpeciales.
7 Negatiua coarctata ad certam ſcripturam eſt probabilis.
7 Sententia lata ſuper actione apta,licet intẽtio ſit inepta quo ad
omnem actionis ſpeciem tenet,niſi appelletur ab ea.
8 Spoliato non ſufficit probare ſe ſpoliatũ,⁊ illum,cõtra quẽ ⁊c.
9 Sententia ſuper actione inepta,licet iniuſta ſit,valet vbi inten
tio eſt apta in ſuo genere.
10 Sententiare non debet iudex ſimpliciter ſuper facto,ſed ſuper
actione.
11 Pro ſententia iudicis quando ſit preſumendum.nu.18.
12 Poſſeſſio eccleſie quomodo preſumatur per crucis oblationẽ.
13 Poſſeſſorium recuperande quomodo competit cõtra ſucceſſorẽ
vniuerſalem,⁊ non ſingularem.
14 Succeſſor quomodo in vitium defuncti ſuccedat.
15 Dominus an teneatur de facto familie,vel ſerui.
Furti actione,vel interdicto vnde vi quis poſſit conueniri.
16 Appellari an poſſit de iure canonico a ſentẽtia lata i poſſeſſorio.
17 Appellari an poſſit a ſententia miſſionis ex primo decreto.

Uenio.ad.§.nuper.⁊ hic habemus appellationẽ,⁊ ſen
tentiam:nam deciditur ſuper verbo,⁊.ſ.quod
1 pars epiſcopi appellauit.❡†Nota primo quod ad concluden
dam ſpoliationem non ſufficit probare expulſionem,⁊ poſſeſſio
nem expellentis:quia ex hoc non concluditur deiectio a poſſeſ
2 ſione,ex quo aliter poſſeſſio non probaf.❡†Nota ſcdo argu.in
cauſa appellationis nouũ libellũ producendũ:⁊ nota practicã li
3 belli ꝓ parte appellati,vt petaf ſententia cõfirmari.❡†Nota in
cauſa

cā appellationis ſententiā promulgādā ex antiquis actis, quā-
4 do aliud in appellationis inſtātia nō producitur. ¶ †Not. iij. ꝙ
vbi habita relatione ſententie ad acta appareret ſentētiā fore in-
iuſtā, ſententia nō eſt nulla, ſed eſt irritanda: ideo ſi quis iudex ex
actis ſumit ſentētiā, ac ſi ſoret probatū, ⁊ poſtea ꝯſtet nō eſſe ꝓ-
batū, ex hoc nō eſt nulla ſentētia. Quod eſt verū, quādo iudex ſentē
tiādo nō ſe refert ad acta. Uide qđ no. C. de errore aduo. l. i. de ꝓ-
5 ba. qm̄ cōtra, ⁊ de re iudi. cū Bertoldus. ¶ †Nota quarto qua-
tuor ſpecies probationū. De alijs hic in gl. ⁊ in Sūma de ꝓba.
§. ſi. ⁊ de preſump. c. ij. Et nota hic ꝙ ꝑ inſtrumētū ꝓbari pōt ſpo
liatio, ⁊ cōſequenter pōt probari delictū: de quo in regula, ſemel
6 malus. de re. iur. lib. vi. †Et ꝙ negatiua ad certā ſcripturā coar-
ctata, eſt probabilis, vt no. ſupra de lit. conte. cap. i. de elec. bone. i.
¶ Nota ſecūdū vnū intellectū, de eiecto, q nō poſſidebat, nō dari
poſſeſſoriū: ⁊ remota poſſeſſione omnis modus ſpoliatiōis eijci-
7 tur. ¶ †Nota quod vbi actio eſt apta, ſi intētio eſt inepta quo ad
omnē ſpēm actionis, ſentētia lata tenet. niſi appelletur: ſecūdum
aliū intellectū ꝙ hic probata fuerit poſſeſſio, ſed ſuccubuerit pro
8 pter ſpeciē actionis ineptā. ¶ †No. ꝙ ad cōcludendū interdictū
vnde vi, non ſufficit ſpoliato probare ſe ſpoliatum, ⁊ illū, contra
quem agitur, poſſidere: qꝛ tale nō competit, niſi cōtra ſpoliantē,
mandantē, vel ratam habentē ſpoliationem proprio nomine fa-
9 ctam. †Ex hoc no. ꝙ vbi intentio eſt apta in ſuo genere. actio ine
pta, valet ſentētia ſuper inepta actione, licet ſit iniuſta. ¶ No. hic
expreſſum, ꝙ vbi cauſa agēdi eſt apta, ⁊ actio inepta, agēs ſuccū
bit, licet probet aptā, quā ad partū actiōis nō deduxit. vide de iu
di. examinata. ¶ Et no. ꝙ nedū hoc eſt verū in principali, ſed in
10 appellationis inſtātia. ¶ †Nota ꝙ vbi actio eſt inepta in ſpecie,
in genere apta intētio, ⁊ finis actionis, iudex in cā non dꝫ ſimpl'r
pronuntiare ſuper facto, ſed ſup actione, vt actionem competere,
vel non cōpetere: ⁊ hoc, ne preiudicetur vltra intentū. ¶ Nota ꝙ
a ſententia lata in poſſeſſorio pōt ſecūdum canonem appellari.
11 ¶ †Nota limitationem ad regulā pro ſententia preſumendū: qꝛ
illud verū vt iuſta preſumaꝰ, ex cauſa quacūqꝫ excogitari poſſit,
quando nō apparent acta: ſed quādo apparent acta, nullā aliā ꝓ
ſumamus preſumptionē pro ea, niſi quatenus ex actis iuſtificaꝰ:
ideo ꝓductis actis, licet antea preſumaꝰ pro ſentētia, ſi ex actis
colligiꝰ iniuſtitia, probaꝰ ſentētie iniuſtitia. de quo hic per doc. ⁊
de proba. quoniam cōtra. ⁊ vide Barto. in. l. hi, qui ad ciuilia. C.
de app. ⁊ in. l. j. C. vt cau. poſt pu. adſit tu. ⁊ dicā de ꝓba. qm̄ ꝯtra.
de renū. in preſentia. ⁊ ſic ſentētia appellatiōis ſuſpēſa qꝫ admit-
titur ad dicendā iniuſtitiā ex actis: qꝛ quādo ſententia tranſiuit
in rē iudicatā. dicā poſt Inn. ſ. de prob. a. lꝫ cauſam, ſuper gloſ. fin.
Itē nota ꝙ dicimus pro ſententia preſumi, eſt verū, niſi ſentētia
ſit appellatiōe ſuſpēſa: ⁊ hoc ideo, qꝛ ſurgit ex authoritate rei iu-
12 dicate de re iudi. ſicut. que ceſſat appellatiōe interiecta. ¶ †Ue-
nio ad. ver. nuper. vſqꝫ ad ver. ſnīa. Opp. i. ꝙ ablatio crucis. ⁊ ſi-
milia, vt ſeparata a poſſeſſione eccleſie nihil cōcluderēt. So. Di-
cit Jo. An. qđ ponebāt cruces i domibꝰ, vel forte illas portabāt
ad exquirēdas eleemoſynas, ſecūdū Tan. ⁊ Gof. vel illas deferre
bāt in chlamyde. Dicit Joā. An. ꝙ primū plus ſibi placet. Illa
enī erāt ſigna ꝓpinqua poſſeſſiōi: vt. l. clauibus. de ꝯ emp. ¶ Ue-
13 nio ad ſnīam. ¶ †Opp. ꝙ ꝯ hunc agi potuerit poſſeſſorio, lꝫ nō
fuerit mādans, ⁊c. iij. q. i. reintegrāda. ſ. c. ſepe. cū ſimul. Gl. ponit
ſuū intellectū, ꝙ hic ſuccubuerit ꝓpter ineptā actionē tm̄, ⁊ non
propter intētionē: qꝛ poſſeſſoriū cōpetebat, ſed nō interdictū vn̄
vi. Un̄ cōcludit ꝙ ſi queriꝰ an interdictū vnde vi, trāſeat ad ſuc-
ceſſorē actiue, dicēdū eſt ꝙ tranſit ad ſucceſſorem vniuerſalē, nō
ſingularē: vt patet in. l. i. §. hoc interdictū. ff. de vi, ⁊ vi ar. de teſti.
ſignificauerunt. Si queriꝰ an tranſeat paſſiue in ſucceſſorē: dic, ſi
ſucceſſor eſt vniuerſalis, trāſit. ff. e. l. j. §. vlti. ſecundū verū intelle-
ctum. Si queriꝰ an trāſeat in ſingularē: dic ꝙ interdictū vnde vi
non tranſit cōtra ſingularē, nec actio in factū ex illo edicto, licet
aliqui cōtrariū dixerint per illū. §. qui aliter intelligiꝰ, vt eſt dictū:
ſed cōpetit tātum cōtra mādantē, ſpoliantē, vel ratū habentem.
Unde cū aliud nō cōpetat poſſeſſorium ꝓpriū cōtra ſingularē
ſucceſſorē, nō videꝰ ꝓuiſum de iure ciuili. Sed de hoc dicā. ſ. c. ſe
pe. Quoddā eſt poſſeſſoriū magis latū, vt eſt cōdictio ex decre.
ſepe. ⁊ hec datur cōtra ſucceſſorē habentē cauſam a deiectore, et
ſuccedentē in vitium, dato ꝙ non ſit ſpolians, ⁊c. vt ibi habetur.
14 ¶ †No. gloſ. que exigit ꝙ habeat cauſam a deiectore. vt dicatur
ſuccedere in vitium. Sed hoc examinabiꝰ. ſ. c. ſepe. Quoddā eſt
remediū magis latū, vt eſt cōdictio ex canone, reintegrāda. ⁊ hoc
competit cōtra quēlibet poſſeſſorē in rebus eccleſiaſticis: vt pa-
tet. iij. q. i. reintegranda. Sed hic agitur de iure canonico nō ſtri-
cto interdicto vnde vi: licet quidā dixerint cōtra. ad hoc de iudi.
qꝛ in. xij. q. ij. gēūqꝫ. xvi. q. vi. ſi epiſcopū. de trāſac. veniēs. Scḋm
hoc ergo ſentit gl. ꝙ canon, reītegrāda. inducat ſpecificū ius agē
di per ſe ab alijs remedijs poſſeſſorijs. qđ non placet hic Innoc.
qui dicit quod non oritur condictio ex canone, reintegranda. ſed
ius illud eſt ſtatuens, ⁊ declarans reſtituenda omnia ſpoliatis ꝑ
remedia ſua antiquitus cōpetentia: ſi dolo cōtraxit, actiōe de do
lo: ſi metu, actiōe qđ metꝰ cā: ⁊ ſic de alijs. Sꝫ nō placet hoc Ho-
ſti. q dicit ꝙ Inn. met notat cōtrariū, de elec. querelā. nā vbi non
occurrunt ſpecialia remedia, neceſſaria erit actio i. cōdictio ex illo
canone, ꝓuidēs in caſu nō ꝓuiſo a lege, vel canone: puta ſi a poſ-
ſeſſiōe cecidit, nec eſt aliud ſibi remediū ꝓditū. Hoc etiā no. Inn.
ſ. e. ſepe. ⁊ ibi no. Hoſt. ſm̄ Joā. Cal. Sꝫ hic Hoſt. intellexit Inn.
⁊ ita videꝰ loqui, ꝙ canon, reintegrāda. nullū induceret ius agen
di, nec in genere, nec in ſpecie, ſed ſimpliciter eſſet approbatoriū
aliorū remediorū. Sed dicit Joā. Cal. ꝙ alij intelligunt Inn. vo
luiſſe ꝙ omnia alia remedia poſſeſſoria, vt actio qđ metꝰ cauſa,
de dolo, vnde vi, ⁊ ſimilia, in iſto includerenꝰ, ⁊ per hoc remediū
vt generale poſſit agi, vbi alia cōpetūt, et poſſe ſimul cū alijs ſpe
cialibus in eodē libello accumulari. Et hoc in practica ſeruatur:
quaſi iſtud remediū omnia alia remedia ſparſa in iure colligat, et
cōplectaꝰ, ⁊ cōiungat: ⁊ ſatis ſit actori probare id, ꝓpter qđ ali-
quo iuris bñficio poſſeſſio ſit ſibi reſtituēda. Joan. Cal. dicit ꝙ ꝑ
hoc remediū ſubueniꝰ omnibus, q quomodocūqꝫ iniuſte dimi-
ſerūt poſſeſſionē rei, quā repetūt, etiā ſi nō ꝑ violētiā, vel metum,
vel per dolū: ſed forte alias iniuſte propter metū, preter culpam
ſuā qꝫ decidit a poſſeſſione, quā alius nūc tenet titulo, ſiue vt pri
mus poſſeſſor de loco receſſit propter hoſpitalitatē, vel famē, vel
ſimili de cā: ⁊ hoc velit litera illius canonis, ibi ſi. ꝓpter quaſcūqꝫ
cauſas, res ꝓprias, vel ſubſtātias ꝑdidiſſe noſcunꝰ. Et huic con-
cordare videꝰ. l. ſi coloni. C. de agri. ⁊ cēſi. li. xi. Sed qꝛ ſic amplia
re bñficiū dicti canonis poſſet videri durū, equū eſt dicere ꝙ ſolū
in rebus eccleſie, ⁊ in rebꝰ ꝓprijs clericorū locū hꝫ, ſm̄ Jo. Cal.
nō video cauſam reſtringēdi, cū generaliter loquaꝰ, ⁊ qꝛ ordinaꝰ
ad finē corrigēdi peccatū: vn̄ equū eſſet illa ſeruari etiā in foro ci-
uili: vt no. in regula, poſſeſſor. de re. iu. li. vj. qꝛ dato ꝙ iura illa lo-
quanꝰ de epis, nō ſunt ad illos reſtrigēda, cū eadē ſit rō in alijs: ſꝫ
nec hoc ius corrigat, ſed addat nouā ſpeciē agendi. Quoddā eſt
remediū agēdi actione qđ metꝰ cā: ⁊ hoc daꝰ cōtra quēlibet poſ-
ſeſſorē. ff. qđ metꝰ cā. l. ſi cū exceptione. §. aliquādo. Quoddā eſt
remediū reſtitutoriū edicti, de noui operis nūtiatione. ⁊ hoc ſi'r
tum gl. pe. excipit caſum delegationis, tu dic quando eſt ſuſpectꝰ
de fuga. ff. de his, que fi. in frau. ait pretor. §. ſi debitorem. Fallit et
9 in caſibus, que ponuntur in. c. §. j. ti. pxi. ¶ † Opp. quod nō poſ
ſunt archiepiſcopi de iure facere ante ſe crucē deferri: qꝛ hoc ſolū
competit patriarchis. de priuile. antiqua. Sol. de iure alij patriar
che vel archiepiſcopi non poſſunt facere ante ſe crucem deferri,
niſi patriarche extra prouinciam ſuam: ſed ex priuilegio hoc poſ
ſunt. Hic ergo habebat de iure, ſcilicet ſpeciali, ⁊ ſic de priuilegio.
Et ſic illud dicitur mihi de iure cōpetere, quod tamē cōpetit de
iure ſpeciali. In conſuetudine autem ſecus, qꝛ illa non poteſt da
re hanc prerogatiuam. de priuile. ex tuarum. niſi per eam tale ius
acquireretur non perſonis ſpecialiter, ⁊ perſonaliter, ſed eccleſijs
realiter: ⁊ ſic adeo ſit inueterata, quod ipſius contrarium nō ſit me
moria. de ver. ſig. ſuper quibuſdam. ſm Hoſt. Anto. de Bui.

1 ☞ Lite pendente ſuper coniugio non interdicitur coniugibus
carnale commercium.
2 Poſſeſſione, ſeu quaſi, quis vti non impeditur ratiōe dubij pec
cati ſuper quo queſtio vertitur. 3.
4 De matrimonio ſi agatur ad ſeparationem, debet actio intenta
ri per viam accuſationis. 6.
5 Lis pendere dicitur vſqꝫ ad ſententiam, vel vſque ad probatū im
pedimentum, vt poſſit fieri litigantibus prohibitio.
7 Maritus quomodo poteſt denegare debitum copule ſue vxori.
8 Separatio thori lite pendente non interdicitur ex vi antiqꝫ poſ
ſeſſionis.
9 Uxor non arctatur ad copulam, vt illa poſſit ſuſpendi, quando
attentatur vi poſſeſſionis, que reſtitui petitur, in qua non erat tē-
pore litis.

1 LAudabilis. † Lite pendente ſuper coniu-
gio, non interdicitur coniugi
bus carnale commertium. Cōis diuiſio. Scōa ibi:
2 Ad qꝺ. ¶ † No. primo ꝙ etiam ratione dubij peccati
ſuper quo vertitur qꝺ, quis lite pendente non impeditur vti ſua
3 quaſi poſſeſſione. ¶ † Scōo no. ꝙ lit. pen. quis ꝓhibetur vti ſua
poſſeſſione qn̄ peccatum detegitur manifeſtum, licet nondū ſit ſi
4 nitum iudicium per ſententiam. ¶ † No. tertio quod matrimo-
nium, quando de eo agitur ad ſeparationem, debet accuſari. ad
hoc rubrica. qui matri. accuſa. poſ. ⁊ vide cauſam per doc. de teſti.
5 ſericos. ¶ † Op. quod lis dicatur pendere vſque ad ſententiaz: vt
ſ. c. prox. qua pendente, nihil eſt innouandū. Sol. lis dicit pende
re vſque ad probatum impedimentum: ſubaudi ⁊ latam ſent etiā
tunc enim erit notorium. de cohabi. clerico. ⁊ mulie. veſtra. ⁊. c. tua
⁊ res iudicata pro veritate accipit, certe ſaltem in cauſa matrimo
niali poteſt dici: quod ex quo eſt probatum in cauſa matrimonia
li, ⁊ concluſum in cā, ꝙ debet, ⁊ poteſt ferri ſententia, ſtatim pōt
interdici copula propter euidentiā peccati, maxime hoc verum,
tenendo quod dicunt domini de rota. ſ. c. pceden. Item qꝛ ⁊ noto
rium datur ſola probatione, vt dixi de cohabita. clerico. veſtra.
6 ¶ † Opp. quod poſſit priuari iure quod habet, ſi non eſt in poſ-
ſeſſione: quia lite pēden. non debent copulari: nec alterius poſſeſ
ſio libertatis tolli. Sol. dic qꝺ hi erant inuicē in quaſi poſſeſſione
maritali, ⁊ copule: ⁊ ſic interim non ſunt prohibendi vti quaſi poſ
ſeſſione tali: ſicut. j. de ſponſali. cum locum. ad quod de reſtitutio.
ſpoliato. ex transmiſſa. ſecundū Hoſt. ⁊ hoc ſatis probat verbum
7 ſuſpendendum. ¶ † Opp. quod antea poſſit coniunx denegare
debitum. de reſti. ſpo. literas. de ſenten. excom. inquiſitioni. Solu.
licet iudex non interdicat, non colluntur per hec remedia partibꝰ
competentia, ne ſibi fiat preiudicium. de quo de conu. ſeruo. pro
poſuit, vel ne damnet conſcientiam ſuam. de conu. ſeruo. propo-
ſuit. ſecundum Io. an. ¶ Quid ſi aliquid agat ad demoliendum
opus petens prohiberi ne deinceps attentet ſimilia facere.
8 ¶ † Si op. quod lit. penden. interdicatur copula, de re iudica. te-
nor. Si ibi remittit. Dico quod copula ex vi antique poſſeſſionis
non interdicitur lit. pen, vt hic, ſed bene ex vi poſſeſſionis attenta
9 te lit. pen. interdicitur, vt ibi. ¶ † Op. gl. de reſti. ſpo. literas. vbi li
te pen. non arctatur vxor ad copulam. Sol. ⁊ eſt menꝰ glo. copu-
la, que petitur vi poſſeſſionis, in qua quis eſt, lite pen. non ſuſpē-
ditur, vt hic, ſed bene ſuſpendit copula, q̄ attētat vi poſſeſſionis
que reſtitui petitur, in qua quis non erat tempore lit. vnde vi age
batur poſſeſſorio, ⁊ ſic nullus erat in poſſeſſione: hic petitorio du
rante poſſeſſione vtriuſque.

1 ☞ Litigioſam rem alienans ſi rehaberi nō pōt, debet equiua-

lentem reſtituere in illius locū, quam alienare nō potuit, vbi reus
propter delictum ſuum priuilegium omiſit. nu. 5.
2 Laicus debet conueniri coram iudice ſeculari pro re eccleſiaſtica
alienata ſibi lite pendente.
3 Subrogatus ſapit naturam ſubrogati.
4 Litigioſam rem emens lite pendente, poteſt conueniri duplici a-
ctione.
5 Iudex poteſt ex officio ſupplere, quando contingeret iudicium
ſuum fruſtrari, ſi omitteret.
6 Litigioſi vitium incurrit monaſterium emens ſcienter rem liti
gioſam.
7 Alienatio facta poſt prohibitionem iudicis, ne quis emat a tali
iudicio pendente, vel non, an teneat.
8 Litigioſa re alienata an poſſit alia res illius loco ſubrogari, vt e-
mens non videatur incurriſſe vitium litigioſi.
9 Litigioſi vitium quale ſit, et quis illud incurrat.
10 Litigioſi vitium quando contrahitur.
11 Liti ſe offerens condemnatur, ac ſi verus eſſet reus, in expenſis.

Eccleſia. Hoſt. dicit quod hic eſt ordo facti, vt
primo legatur decre. vſque aduerti. prohi
bemus. Secundo ſequens vſque ad ſi. Tertio c. eccle
ſia. ſ. de conſti. Quarto ver. prohibemus, et propter hoc
1 non diuiditur. ¶ † Qui rem litigioſam alienauit, ita quod rehabe
ri non poteſt, debet equiualentem reſtituere in locū illius, quam
alienare non potuit. h. d. ¶ No. ſ. pro libello, dico talem rem meā
contra iuſtitiam detineri: ideo peto mihi iuſtitiam exhiberi. vide
2 ſ. de ordine cog. cum dilectus. ¶ † No. ſ. quod pro eccleſia lit. pē.
alienata agitur contra laicum in foro ſeculari. Et no. iuncto c. ec-
cleſia. quod ſuper cauſa eccleſie etiam inquantum tractatur coram
iudice ſeculari, non eſt iudicandum ſecundum ſtatuta, ſed ſecūdū
leges canonicas, maxime vbi ſtatuta ſunt contra ius, et a iure, et
3 ratione exorbitantia. ¶ † No. iſ. quod ſubrogatum loco alte-
rius recipit omnes conditiones, et iura, et qualitates eius, in cu-
4 ius locum ſubrogatur. ¶ † Not. iſ. duplicē viā agendi cōtra emē
tem vel accipientem rem ab alia. lit. pen. Primo quia agi poteſt rei
5 ven. Secundo, quia agi poteſt per viam litigioſi cōtractus. ¶ † No.
v. iudicem poſſe ex officio ſupplere, quando ſi omitteret, coram eo
iudicium contingeret fruſtrari. Intereſt enim ſua ne iudiciū fru-
ſtretur, et quod coram eo fit, fruſtra fiat. ¶ Oppo. quod hic dici-
tur quod ſi vult de proprietate, vel de poſſeſſione experiri, reſer
uantur res, et prohibentur alienari ſecundum hoc, cum primo pen
deret rei vendicatio, vt patet de conſti. eccleſia. poterit agere de
vitio litigioſi, contra aut. qui ſemel. C. quomodo, et quando iud.
vbi in prima lite perſiſtere debet. Sol. dicit Hoſt. quod hoc eſt ex
preſſum quod pendente petitorio poteſt haberi recurſus ad poſ
ſeſſorium ſuſpenſo petitorio, de cauſa poſ. paſtoralis. et non ſolū
quando agitur pro primo poſſeſſorio, ſed etiam quando agitur
per viam litigioſi. non ob. C. quomodo, et quando. in aut. q. ſemel
quia illud verum, niſi reus propter delictum ſuū illud priuilegiū
omittat, vt in caſu iſto. et de hoc in. d. c. paſtoralis. ſecundū Hoſt.
6 ¶ † Op. quod contra monaſterium non poterit agi de vitio litigioſi
quia contra monaſterium nulla lis pendebat, ſed ſolum cōtra Ioan. de
Atteia. Hoc autē remediū non videtur cōpetere niſi cōtra ipſum
contra quem lis pendet. per totum iſtum ti. Sol. intellige quod mo
naſterium ſcienter recepit a Io. de Atteia: et ipſas poſſidebat, ideo
agi poteſt contra monaſterium. C. de litigio. l. ſi. eodem modo te-
netur, ſi eaſdem poſſeſſiones dolo deſierit poſſidere. ff. de peti. he
re. l. nec vllā. ſ. ſi quis dolo. C. de ali. iu. mu. ca. fa. l. vna. ¶ Opp. quod
non debuerunt prohiberi alienari res ille ſubrogate loco aliarum,
cum etiam de aliis ſatiſfaciendū ſit: vt. j. c. prox. nec ſunt plus iſte
quam ille obligate. Dic quod monaſteriū ſpecialiter ſubierat pa
pe, et ideo debuit ei cauere quantū potuerit, ne ſua immobilia per
dere poſſet. Alii dicunt quod ſicut date ſunt pro rebus litigioſis.
ſic iure illo cenſentur, vt in iuribus allegatis. in gl. ſ. dicit tamen
Inno. quod in talibus negotiis quaſi ex promiſſione procedit.
7 Remittit de accu. ad petitionem ¶ † Quero an alienatio facta
poſt talem prohibitionem teneat: dicit hic quod non, arg. de dolo.
8 veritatis in ſi. ſecundum Hoſt. ¶ † Gl. ſ. ſignat contra generale
illud quod res ſubrogata loco alterius ipſius naturam ſortitur.
vnde opp. ff. de fur. qui vas. ſ. ſi. dic. remittunt de pecu. cle. c. ingre
rendum in gl. ſ. Dic, in vniuerſalibus res vna loco alteri⁹ poteſt
ſubrogari: vt ff. de pe. here. l. ſed et rem, et precium. In particulari-
bus mandato ſuperioris poteſt vna loco alterius ſubrogari. Cō
uentione etiam partium hoc fieri poteſt, ſed non intercedente cō
uentione partium, vel mandato ſuperioris: an eo quod ex vna re
altera eſtimatur, vel alterius rei pretio ſubrogetur loco prime quo
ad dominium. Dic quod non regulariter. Fallit in caſibus, de qui-
bus in dicto. c. inquirendum. Vbi autem dicimus ſubrogatum
aſſumere naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, hoc verum
in natura primordiali, non accidentali ex poſt facto ex acciden-
te ſuperueniente: vt nota. ff. ſi cer. pe. l. certi condictio. et in l. ſi eum
9 ſ. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. ¶ † Querit glo. de pena litigio
ſi contractus. Gl. dicit quod quandoque alienatur res pēdēte lite, et alie-
natur titulo nō lucratiuo, et pena eſt quod emptor ſciēs, pretiū amit-
tat, et rem reſtituat: vēditor perdit rem, et aliud tantūdem dabit fi
ſco. Si emptor eſt ignorans, pretiū recuperabit a vēditore, et tertiā
partē pretii ſibi dabit venditor, quia ei non manifeſtauit venditor
rem litigioſam fuiſſe. Dic, quandoque vterque ſcit: et dic vt in gloſſ.
Quandoque venditor ſcit, et emptor ignorat: et dic vt in glo. Quandoque
vterque ignorat, quod eſt poſſibile in vēditore, ſi forte ſucceſſerit qui
litigabat ſuper re, et ignorauerit ſucceſſor litigiū, quod de facili ignora-
re pōt, et tolerabilis eſt ignorantia. ff. de reg. iur. qui in alterius. et
regula, cum quis in ius. de re. iu. li. vi. et tūc emptor recuperabit p-
tiū. et reſtituet rem venditori, et neuter alter punietur: debet enim excu-
ſata eſſe legitima ignorantia. de cle. exco. mi. ad apoſtolice. Quandoque
vēdēs eſt ignorans, et recipiens eſt ſciens, et tūc reſtituit vendito
ri, et ille⁹ recuperabit duas partes pretii, et tradenti tertia pars re-
manebit. Vbi ſeruus emit, et ſine mādato, ſpectatur eius ſciētia, nō
dñi, vel ignorātia. Sed ſi de mādato, ſpectatur ſcientia domini,
vel ignorātia, nō ſerui. Et ſi quis rem litigioſam in rē ſacrā dedica
uerit, punitur in duplū applicandum petenti. ff. de liti. l. ſi. et pe. ſcd̄m
10 Hoſt. ¶ † Quero quū contrahitur vitium litigioſi. Gl. dicit, quū quis
rem litigioſam in iudicium deductā, de cuius dominio mouetur
queſtio, in alium lit. pendēn. alienat, ſiue ſint res, ſiue actiones. C.
de litigio. l. vlt. Inquantum gloſ. dicit vitium litigioſi contrahi
ratione dominii: dic idem, ſi rōne quaſi dominii ar. Inſ. de actio.
ſ. alie. de ec. indi. abbate. li. vi. Inquātū dicit gl. ſuper actionibus
lite pendente vitiū litigioſi cōtrahi. de hoc. C. de liti. l. ſ. et dicam
j. c. prox. gl. Hoſt. dicit quod hoc habet locū in rebus corporalibus tan-
tum mobilib⁹, et immobilib⁹, ſed nō in incorporalibus, etiā in hy
pothecaria actiōe. in aut. de liti. ſ. ad hec. Sed nec ſimplex inter-
dictio facit rē litigioſam. ff. de ling. l. ſ. Deinde exceptuat aliquos
caſus, in quib⁹ lite ſpeciali vel vniuerſali pendēte, permittitur alie-
natio. Inquantū excipit tranſactionē, hoc videtur contra hunc
tex. quia Io. tranſtulit in monaſterium in cauſa trāſactiōis. Sed dic
quod hec tranſactio fuit facta in fraudem. Item licet tranſigi poſſit
nō permutari, ſecūdū Inn. Lau. Io. et Lan. Pe. et Abb. ponūt
11 hic aliquos verſus, de quibus non curo. ¶ † Opp. cum gl. vl. quod
ſit impoſſibile in vanū laborare eccleſiam ſancte Marie, dato quod
nō poſſideat illa bona monaſterium, quia monaſterium, ex quo liti
ſe obtulit, cōdēnabitur, ac ſi poſſideret. ff. de rei ven. l. is qui ſe. Gl.
dicit quod leges ille nō habent locū in eccleſiaſticis negotiis, ne de-
lictum perſone, etc. xvi. q. j. ſi epiſ. ſecundum Lau. vel contraria p-
cedunt ſecundū Io. an. quū ignorat actor, quū reus poſſideat, ſecus
ſi ſcit. Vnde vtilis poteſt eſſe, quia ſi ſciret eum poſſidere, non ha-
beret regreſſum: modo habebit. Vel ſecundum Inno. laborare
poſſet in vanū ad rem recuperandam litigando de iure, quod non
fit ſine laboribus, et expen. ff. de mino. l. minor. xxv. de facto pro-
pter potentiam detentoris. de re. eccle. non alie. c. pe. Vel ſecūdū
Hoſt. monaſterium poſſet effici non ſoluendo. de reſti. ſpo. cum.
ſ. ſed nec in rei ven. condemnatur qui non poſſidet. ff. de rei ven. l.
ſin autem. de re iudi. examinata. Dicit autem quod leges omnes
penales per canones ſunt approbate: ſicut de litigioſo patet hic
et. xj. q. j. quia res. et in eccleſiaſticis locum habent, ſaltem cum to-
ta eccleſia deliquit. Et facit quod no. de ordi. cog. c. ij. de do. et con
tuma. c. j. ſecundum Hoſt. dic vt dixi in. d. c. j. Anto. de But.

1 Attentatum ab inferiori lite pendente eſt ipſo iure nullum.
2 Titulus poteſt dici cauſa etiam inhabilis ad transferendum do
minium.
3 Litigioſe res vbi in alium tranſlata non poteſt commode auoca-
ri, eſt alia illius loco ſubroganda.
4 Inſtrumentū debiti debet reſtitui debitori obligatione extincta.
5 Obligatus ad rem, compellitur illam tradere liberā ab omni ob-
ligatione.
6 Alienate res contra iuris prohibitionem qua actione petantur
reſtitui.
7 Iudex inferior poteſt ſe intromittere de cauſa ad Papam euo-
cata.
8 Litigioſi vitium incurrit is, qui lite pendente rē litigioſam locat.
9 Inſtrumentorū traditione videtur debitū vel pignus remiſſum.
10 Debiti inſtrumento remiſſo debitori, ſi de eodem debito habeo
plura inſtrumenta, an illud debitum remiſiſſe videar.

1 Eccleſia. ¶ † Summo tūrſt. ſ. c. pri. ¶ No. ſ.
quod attentatū ab inferiore pendēte re-
uocatione eſt ipſo iure nullum. ad hoc de ap. vt noſtrū.
2 ¶ † No. ſ. quod dicitur etiā inhabilis ad dñiū trāſferēdū po
3 ſit dici titulus. ¶ † Not. ij. quod vbi res litigioſa nō pōt, quia in aliū
tranſla

tranſlata, comode aduocari, eſt alia loco illius ſubroganda, ⁊ pro
ipſius eſtimatione, vel declaratione valoris recurrit ad arbitrium
boni viri: ⁊ ſic vbi rei coram iudice ex aliqua cauſa facienda eſt eſtima-
tio ſemper recurritur ad arbitrium boni viri. ¶ Nota quarto ꝙ ad
officium iudicis ſpectat, vt res, que loco aliarum dantur in ſolutum
4 exonerentur a debitoribus. † Et not. ꝙ extincta obligatione pi-
gnoris cautum eſt ei, ad quem res pignorata ſpectat, vel aſſignatur,
vt inſtrumentum debiti ⁊ pignorum reſtituatur, ⁊ ad hoc agere poteſt:
5 vide. ſ. de tranſac. c. j. vt lit. non conte. accedens. Et no. ꝙ † obligatus
ad rem tradendam compellitur eam tradere ab omni obligatione liberatam. ff. de
6 contrahen. emp. l. ſi emptio. ¶ † Quero qua actione petebat ec-
cleſia poſſeſſiones reſtitui. Dic quod forte agebat condictione ex
7 decre. ſepe. ſ. de re. ſpo. vel forte agebat ex vitio litigioſi. ¶ † Op.
quod cauſa ad papam reuocata, ⁊ alteri delegata aliquando ſe intromittat
inferior. de offi. ord. ſignificauit. Dicit. j. gl. ⁊ bene, ꝙ vbi eſt caſus
ſpecialis, quando delegatus eſt negligens: ⁊ partes remanent in mani-
feſto peccato, non obſtante ſi dicatur papam non potuiſſe reuocare ordi
narium, licet poſſit delegatum quandocunque reuocare. ff. de iudi. l. iudicium.
quia hic loquitur in papa, qui immediatus eſt ordinarius cunctorum.
ix. q. iij. cuncta, ⁊ c. per principalem, ⁊ maxime in hoc caſu cum agitur
inter eccleſias. de foro compe. cum ſit. de iudi. c. ſi. vel hoc, quia talis eſt
conſuetudo vrbis: arg. de fo. compe. ſi clericus. in fi. ⁊ ca. licet. Vel quia
eſt de patrimonio. xcvi. di. conſtantinus. qui ſili ſint le. p venera-
bilem. de elec. fundamenta. lib. vj. alias autem niſi eſſet appellatum non
deberet regulariter proceſſus ordinarij impediri. de appel. vt de-
8 bitus. ſm Hoſt. ¶ † Op. ꝙ monaſterium non poterit conueniri, ex
quo deſiderat poſſidere. ff. de rei ven. l. fin. adit. Sol. dic ꝙ mona-
ſterium etiam locauerat lit. pen. ⁊ ſic etiam inciderat in vitium litigioſi
gl. alleg. iura. Sed compellitur alios reos loco primarum ſubrogare. Sed tunc
vltra videtur ꝙ non arctetur eccleſia ſancte Marie ad ſuſcipiendas alios
reos, quia aliud pro alio non ſoluitur, ⁊ c. ff. de ſol. ſi aliud. Sol. dic ꝙ hoc
fecit iudex ex offi. quia forte ille poſſeſſiones de facto propter poten-
tiam, vel aliter non poterat a poſſeſſoribus, vel conductoribus auo
9 cari. ¶ † Op. ꝙ reſignatione inſtrumentorum non videtur pignus remiſ-
ſum, nec debitum. ff. de pac. l. ij. Sol. aliud eſt pignus reſtituere, et
per reſtitutionem illius non videtur debitum remiſſum, vt ibi. Aliud eſt reſtitue
re inſtrumentum debiti, ⁊ videtur remiſſum debitum inſtrumenti. Aſſi-
gnat glo. cauſam, quia reſtitutio pignoris habet aliam vtilitatem. Non habet
ergo in ſe incluſam remiſſionem debiti: ⁊ quia pignus eſt cautela debiti
⁊ dato quod non habeat pignus, vel non idoneum, non tollitur debitum.
Illud ergo vt extrinſecus a debito non inducit remiſſionem debiti.
Quod ſecus eſt in remiſſione inſtrumenti: quia illud continet debitum
⁊ nullam aliam habet vtilitatem: niſi debitum videretur remiſſum: vn
de pignus ſepe reſtitueretur precario propter vtilitatem, ſed chiro-
graphum nunquam de hoc. in l. iij. hic alle. de offi. dele. coram. in fin. ſ.
gl. ad hoc ꝙ no. lxxvij. di. hunc numerum. Hec vera inquantum ius
coheret inſtrumento: ſecus ſi iam ſit executum extrinſecus ab inſtru
mento: vt patet de renun. ſane per que puto quod ſi re vendita, ⁊ tra-
dita inſtrumentum redderetur venditori ipſius venditionis, vel actio
ne iam ceſſat inſtrumentum ceſſionis cedenti, vel inſtrumentum antiqui
debiti ex hoc non perderet ceſſionarius, vel emptor ius ſuum. pro hoc
dicit Bar. in. d. l. iij. quod ſi redditio inſtrumenti poteſt afferre aliam
vtilitatem, non videtur remiſſum debitum, vt ſi emptori reſtituam in-
ſtrumentum venditionis, vt ſe defendat ſuper euictione, ⁊ in illo
mihi promiſit ſoluere precium. Idem ſi redderem inſtrumentum debi
ti fideiuſſori, vt ageret contra debitorem in caſibus de fideiuſ. capi. ij. Non
obſtat ſi dicatur quod ſemper redditio inſtrumenti affert aliam vti
litatem debitori, quia releuat ab onere probandi debitum: quia hoc com-
modum non attenditur, cum ordinetur in finem liberationis debiti.
Ex his deciditur quid ſi reddam tibi inſtrumentum, in quo tu ⁊
alter eras obligatus, an videor vtrique remiſiſſe debitum: Gui. de cu.
in. d. l. iij. quod videtur liberationem dimittere illi, ⁊ cedere actionem con
tra alium: arg. l. is qui duos. ff. de libe. le. ⁊ l. j. C. de dona. Hoc di
cenum placet, quando animo donandi, vel legandi titulo aliquo lucra-
tiuo ſibi dedit inſtrumenta. Et ſic loquitur iura, que allegat Gui.
Sed ſi inſtrumenta tantummodo reperirentur illi reddita, vel tra-
dita, ⁊ non appareat vere vel preſumptiue ꝙ hoc faceret ex cauſa
lucratiua, potius videretur eum conſtituiſſe procuratorem quo ad alium
⁊ cum hoc poſſet operari inſtrumentum. quod no. de off. dele. coram.
non operaretur hoc quod videatur remiſſum debitum, vel quod vi
deantur ceſſe actiones. Ex his ſecundo deciditur quid ſi tibi reſtitui
inſtrumentum, tu poſtea mihi. Secundo illud reddidiſti: dicit ibi
Gui. ꝙ tunc videtur eſſe factum pactum de petendo. per quod eligitur
prima liberatio. ff. de pac. l. ſi vnus. §. pactus. ⁊ l. ſi vero non remu-
nerandi. l. Pomp. ff. in l. ff. de peti. heredi. l. ſed ⁊ ſi lege. §. conſuluit.
10 ſecundum Gui. de cu. ¶ † Quid ſi habeo plura inſtrumenta de eo-
dem debito, ⁊ reſtituo vnum: an videor remiſiſſe debitum: Bar. dicit
ꝙ ſic, quia vnum eſt inſtrumentum, licet diuerſe ſint copie. ff. de teſta. l. ſi
vnum. Hec omnia procedunt, quando inſtrumentum apparet reſtitutum per creditorem de-
bitori. Sed ſi penes debitorem reperiatur inſtrumentum cancellatum, vel
abolitum, an ex hoc preſumatur abolitio, ſolutio, vel liberatio: Accur.
dicit in. l. vna. §. illo autem. C. de lati. li. tol. ꝙ preſumptio facit pro de-
bitore, ſed non eſt ſufficiens, niſi aliter probet ſibi inſtrumentum reſtitu-
tum a creditore. Spe. in titu. de inſtru. edi. §. poſtque. verſi. inſtrum.
dicit ꝙ illi incumbit onus probandi, quia affirmatiuam proponit: ſi de-
bitor dicit, Tu mihi reddidiſti inſtrumentum, ideo ſum liberatus:
probabit debitor redditionem. Si autem creditor dicit ſe perdidiſſe in-
ſtrumentum, ⁊ illud ad debitorem ſine cauſa peruenisse, probabit creditor:
quia negatiua, ⁊ c. vt de proba. quoniam contra. Ja. de are. dicit ꝙ re-
fert an debitor alleget ſe pacto liberatum: ⁊ oportet quod probet in
ſtrumentum ſibi traditum: quia ex tacita voluntate, tunc ſurgit pa
ctum, niſi alleget ſe liberatum ſolutione. ſi perſona debitoris eſt
perſona domeſtica idem, vt dicto. § illo, quia potuit ſubtrahere de fa-
cili ad hoc. C. in qui. cau. ceſ. lo. te. pre. l. j. Si vero non eſt perſona do
meſtica, preſumitur ſolutione liberatus. ff. de ſolu. l. ſi chirographum.
eatio, quia allegans pactum allegat donare, quod eſt perdere, ⁊ talis ia-
ctatio non preſumitur. ff. de probatio. l. cum de indebito. Secus ſi
allegat ſolutionem, quia tunc ſolet inſtrumentum reddi. ff. de condi. ſi
ne cauſa. l. diſſolute. Nunc ergo ſtabitur, ſi contrarium non probatur.
Hoc ponit Cy. in. l. ſi de poſſeſſione. C. de proba. non tamen: vbi dixi,
⁊ dicit glo. redditione inſtrumenti preſumi quem liberatum, non eſt
per hoc preſumptio iuris: ⁊ de iure per que conſilium eſt quod fiat in-
ſtrumentum ſolutionis, vel liberationis. Hoc tenet Azo in ſum.
de proba. circa medium. Hec maxime vera, ſed Jo. an. in addi. Spe.
in loco preallegato quando perſona, que habet inſtrumentum, eſt perſo-
na legalis, ⁊ tenuit inſtrumentum longo tempore. Et inquantum
dixi contra perſonam domeſticam preſumi, non intelligas ſtricte
vt exigatur quod ſit familiaris, ⁊ de familia, ſed ſatis eſt quod fue
rit eius aduocatus, vel procurator talis, qui conſueuerit ſua in-
ſtrumenta rimari. ſm Jo. an. in loco prealle. Hec omnia dicit poſt
Dy. indifferenter vera, ſiue inſtrumentum reperiatur penes debitorem cancel
latum, ſiue non inueniatur cancellatum, licet aliqui diſtinxerunt, cum facile ſit de-
bitori, ex quo habet inſtrumentum penes ſe, illud cancellare, ⁊ abolere,
vel incidere. ſm Jo. an. Hec omnia, niſi aliquis caſus allegaretur
⁊ probaretur per creditorem, per quem veriſimiliter potuit perde-
re inſtrumentum. ¶ Quid enim ſi repente expulſus fuerit a ci-
uitate, vel aufugiat, ⁊ domus ſua vi populi rapta ⁊ bona inde.
¶ Quid ſi vi ignis omnia exportata ſunt hinc ⁊ inde, ⁊ multa perdita
vt aliquando contingit: tunc de leui potuit cadere ab inſtrumento: his
⁊ ſimilibus caſibus non preſumeretur traditum inſtrumentum.

1 ☞ Reſcriptum impetratum lite pendente non prodeſt impe-
tranti, niſi facta mentione de litis pendentia.
2 Decimas noualium quomodo preſtare tenentur monachi ex
poſſeſſionibus, que colliguntur in parochia aliena. nu. 6.
3 Abbas vti maior monaſterij poteſt impetrare priuilegia pro mem
bris ſui monaſterij.
4 Priuilegium ad merita lite pendente conceſſum quamquam generale
non extenditur ad litem ⁊ cauſam iam in litem deductam.
5 Lite pendente ius reo ſuperueniens quando non proficit ad con-
ſequendam abſolutoriam.
7 Sententia quando poteſt proferri ſecundum ius ſuperueniens
actori vel reo lite pendente in eadem inſtantia.
8 Exceptio notoria debet opponi ante ſententiam.
9 Ius, ſeu titulus ſuperueniens agenti Publiciana, ⁊ titulum probanti,
⁊ poſſeſſionem ſe antea habuiſſe an proficiat ad abſolutoriam.
10 Lis quando dicatur pendere quo ad priuilegij nullitatem.
11 Litigioſi vitium quomodo contrahitur.
12 Litigioſi effectus quis, ⁊ qualis ſit, ⁊ quomodo vitium puniatur.
13 Litigioſa res obligari non poteſt.

1 DIlectus. † Non ob. priuilegium impetratum
lite pendente, de lite non facta men-
tione. h. d. Primo ponit querelam partis: cui ſecundo
2 prouidet. Secunda ibi: ideoque. ¶ † No. j. hic arg. mona-
chos teneri ad decimas noualium ex poſſeſſionibus, que excolunt in pa-
rochia aliena. Et eſt ar. de iure communi decimas parochie deberi, ⁊ non
eccleſie cathedrali de quo de deci. cum contingat. ſalua quarta. de of.
ord. conquerente. ⁊ hoc ſi certum eſt de finibus parochialis recurre,
3 de deci. quoniam. ¶ † No. ij. abbatem vti maiorem monaſterij poſſe pri
4 uilegia pro ſuis membris impetrare. ¶ † No. iij. ꝙ priuilegium ad me
rita lit. penden. conceſſum, quamquam generale, non extenditur ad litem, ⁊ cau
ſam iam in litem deductam: immo ſecundum antiquum ius ante impe-
trationem lis eſt decidenda: ⁊ ſic generalis impetratio priuilegij
non dat formam litibus preteritis, vel pendentibus, ſed futuris.
5 ¶ † No. iiij. ꝙ ius ſuperueniens reo lit. pen. non proficit ad abſo-
6 lutoriam conſequendam. ¶ † Oppo. ꝙ de iure non tenerentur ad de-
cimas noualium monachi. de deci. ex parte. Dic quod forte non
excollebant monachi poſſeſſiones proprijs manibus, vel ſumpti-
bus: vel forte dicebant quod preſbyter preſcripſiſſet contra eos, de
priuilegijs accedentibus. procederet hec difficultas intelligendo
quod hic monachi pretenderent exemptionem decimarum, ⁊ rector

perceptionē:ꝛ tūc expone vēdicare.i.defendere:ſicut ecōtra.viij.
di.quo iure. Sed verus intellectꝰ eſt,qui pꝫ ex verbo, perceptio
ne.ꝛ verbo vēdicare,q̄ monachi nō pretēdebāt exemptionē a de
cimis,quas debēt.ſed ptēdebāt perceptionē decimarū ab aliis
ſubiectis rectori ex poſſeſſiōibꝰ nonaliū:q̄ de iure nō habēt.Et
cū forte pſcripſiſſent decimas,p hoc ēt vendicabāt nonalia:ↄtra
id,q̄ habeť de deci.cum contingat.ꝛ exemplū eſt bonū. Uel po
7 ne exemplū per decr.eo.ti.ꝫ.de pac.c.pe.ſecūdū Hoſt. ¶ †Opp.
ꝙ ex iure ſuperuenienti lit.pen.ſequatur ſentētia in eadē inſtan
tia.ff.de rei vē.l.ſi poſt acceptum.Sol.Dicit Inno.q̄ qñq; reo
ſuperuenitꝰ ius pēdē.lite ab alio,q̄ a cōi domino,ꝛ tūc illud reo
pficit ad abſolutionē:vt.d.l.ſi poſt acceptum. Imo ſi alio modo
reus acquireret,ꝛ proficeret ad abſolutionē,vt q̄ preſcriptione
acqreret dñiū,vel aliis modis acquirēdi,dūmodo nō a cōmuni
dño vel plato. Et eſt cauſa,q2 nō eſt preſumptio q̄ cōmunis do
minꝰ velit p̄iudicare liti pēdēti inter cōmunis ſubditos,ꝛ de alio,
q̄ de cōmuni dño,vel prelato non eſt veriſimile q̄ propter litem
pendētem omitteret dare alicui p̄uilegiū,vel ius ſuū:ideo bene
valeret priuilegiū datū a tali lit.pen. Si aūt ius nouū ſupueniat
a cōmuni dño,vel prelato:ꝛ tūc dicit q̄ nō preiudicat tale priui
legiū liti:ꝛ ſic quo ad preiudiciū litis priuilegiū nō habet vires:
valet tñ quo ad futuram litem. Item valet quo ad cauſam iam
inchoatā,ſi caſu cōtingat aliquo illā litē finiri,vel inſtantiam ex
tingui.p q̄ ſ3 q̄ ſi impetrato priuilegio lite pend.poſtea pereat
inſtātia iudicij,valebit priuilegiū,ſecūdū enim Idē ſi ſentētia fe
rať pro impetrāte. Unde oportet ꝙ lite etiā ſola citatione pen
dente finiatur inſtātia ſententia diffinitiua,vel ſaltē abſolutione
ab obſeruatiōe iudicij.ad hoc vt poſſit valere priuilegiū,vl ſaltē
q̄ renūtiet liti expreſſe,vel ſaltē tacite:q̄ cōtingit ſi alios iudi
ces impetret nō ſubrogādos in lite,vel inſtantia,ſed in cognitiōe
tantū ex noua inſtātia,ſecūdū Inn. Dic,qñq; lite pen.ſuperue
nit ↄſtitutio:ꝛ an hec det formā liti pēdēti,ꝛ pſit partibꝰ,habe
tur p gl.ꝛ doc.de ele.ꝫ canō.de cōſti.c.ij.ꝛ de elec.c.ſi.li.vi.Hic di
cit Inn.vnū verbū.q̄ nō preiudicat.alľ.aut.vt cū de ap.cog.in
prin.col.viij.q̄ pcedit abſq; dubio,qñ ius nouū a iudice impe
trať,ſcḋm Jo.An.ad hoc in aut.in medio lit.ſacras iuſ.nō ſi. S3
dic de hoc.ſ.remiſſ.Qñq; ſuperuenit lit.pend.priuilegium,ꝛ ſi
nō a cōmuni dño:dic vt dicā qñ aliud ius ſuperuenit. Quādoq;
ſuperuenit a cōmuni dño,ꝛ ſic p̄uilegiū eſt conceſſum ex certa
ſcientia,ꝛ valet,ꝛ preiudicat liti:q2 cā preſumiť in priuilegio.Q̄
dic vt de conſti.cum acceſſiſſent.ꝛ hoc tenet hic Inn.ad hoc lite
ra ſequens,que innuit ꝙ ſi feciſſet mentionē de priuilegio valuiſ
ſet.Jo.An.remittit de elec.dudū.ſuper glo.talis.vbi Jo.an.te
net ꝙ legitimatio,ꝛ priuilegiū impetratū lit.pendēte,facta men
tione de lite,tenet.ad hoc de teſti.cauſam.Si nō eſt facta mētio,
de lite,tūc q̄ priuilegiū nō preiudicat liti.vꝫ tñ lite finita.Hoc in
dubitanter eſt verū quando priuilegiū eſt gñale,vt hic erat:quia
tunc nō peccat in ſurreptione,ꝛ ab eo excluſe cauſe cenſenť ſuper
quibus pendēt lites,quatenus pendēt,ꝛ quouſq; pēdebūt. Ubi
aūt ſpecialiter impetratur in certa lite,vel cā,ſuper qua pēdet lis
non facta mentione de lite,magis eſt dubiū,cū tūc peccet in ſurre
ptione.Et puto q̄ ſi doloſe eſt impetratū,nō valeat etiā lit.fini
ta,per.c.ſuper literis.maxime tenēdo ꝙ i priuilegiis ſurreptio vi
tiet ipſo iure:vt tenet Inn.de reſcrip.dilecta.ꝛ.c.ſup literis.ad ſi.
viti.gl.magne.Si ex ſimplicitate,vel ignorātia nō valebit vt pro
cedať ad preiudiciū lit.ſed bene vt lite finita proſit cāe,ſup qua
lis pendebat:niſi 3 priuilegiū ſit decīſa,ar.dicti.c.ſup lris.Qñq;
ius,q̄ ſuperuenit lite pen eſt alias cōe,priuatū tamē,vel appro
priabile,ꝛ tunc dic ꝙ qñq; ſuperuenit ex parte actoris,ꝛ dubitať
an proficiet ad cōdēnationē.De hoc per Bar.in.l.eadē.§.actiōe.
ff.de excep.rei iudi.Jo.de ligna.in.c.j.de libel.ob.ꝛ Bar.in.l.non
poteſt.ff.de iudi.Dic,quando ius in ſubſtantia cōpetebat tēpore
libelli,ꝛ ſic ſuperuenit ſolū ius dilectoriū ex parte conuenti,ꝛ ea
dē inſtantia pōt ſequi cōdēnatio:vt.l.ij.ff.de peti.heredi.ꝛ.l.que
ſitum.in prin.ff.de pecu.ꝛ no.in.d.l.non pōt.ff.de iudi.ꝛ.l.finaūt
§.j.ff.de rei ven.Quandoq; a principio deficit ius actoris,ꝛ ſic
ſuperuenit ius in ſubſtantia agēdi pēdēte iudicio,ꝛ ſi ſuperuenit
ex cauſa de preterito,pōt ſequi ſnia.l.ſi rē.§.j.ff.de pi.ac.ꝛ.l.ſi mā
dato.§.ſi tibi mandauero.ff.man.Si eñ ago cōtra te pignorati
tia actione,vt reſtituas pignus.Si ſolui debitū pēdēte iudicio,
ſequitur condēnatio,ſi ſuperuenit ſubſtantia iuris agendi pendē
te iudicio ex cā de nouo nō habente originē a facto de preterito
dic de equitate canonica,ſi iudicium eſt generaliter ppoſitū non,
expreſſa cā remota:vt q2 ago rei vendi.q2 dñs:vel pſonali,q2 ob
ligatus:ꝛ tunc ſequi pōt cōdēnatoria ex tali iure ſupueniēte poſt
actionē propoſitā.de re iudi.abbate ſane.lib.vj.Si aūt ſuperue
nit ius de nouo ppoſita cauſa ſpāle,ſiue remota,vt q2 ago quia
dñs,q2 emi a tali,vel ago cōtra te ex mutuo:tūc ſuperueniēs ius
lite pen.de nouo nō proficit ad cōdēnationē,q2 illud nō eſt dedu
ctum.Et eſt cauſa remota,q2 cā remota preſupponit locū:ꝛ tpꝰ:
q2 ſi dicas,ex cā emptionis,vel mutui,oportet q̄ ſit facta certo

loco vel tempore.Sic ergo dicendo intelligis de certa emptione,
dato q̄ non determineť locus,vel tpꝰ.Si ergo deduciť certa,ꝛ
circunſtantiata cā,nō ſufficit illā ſuperuenire pēdēte iudicio. S3
ſi pono cauſam proximā,vt q2 obligatus,vel q2 dñs:tunc obliga
tio,vel dominiū nō clauditur tpe:ideo ius ſupueniens clauditur in
illo iudicio,ſecūdū Bar.in.d.l.ꝛ in eadē.§.actiones.Ad illud ꝙ
expreſſa certa cauſa nō pficiat ius ſuperueniēs,alle.Dy.l.hacte
nus cum.l.ſeq.ff.de aqua plu.ar.ꝛ.l.nō pōt.ff.de iudi.ꝛ.l.ſi rnř.§.
eandē.ff.de excep.rei iudi.Per que dicit Bar.in.d.§.actiones.ꝙ
expreſſa cā remota,ꝛ probato iure,ſed nō determinato tempore,
ita q̄ appareat ſibi cōpetiſſe ante iudiciū inſtitutū,reus abſol
uetur,ꝛ ſic nō proderit probatio.alle.ff.de re.ge.l.cum actuꝫ.per
glo.ff.de no.oper.nun.l.non ſolū.§.ſed ꝛ pbari.Et dicit q̄ hoc
tenet Jo.an.de ver.ſig.abbate.lib.vi.Hec vera in tangentibꝰ pri
uatam vtilitatē:in tangentibus autē publicā vtilitatē ex iure ſu
peruenienti poſt iudiciū ceptum iudex poteſt ferre ſententiam.
de reſcrip.olim.ſ.de dolo,ꝛ contu veritatis.Quandoq; dubita
tur an ex iure ſuperueniēte ex parte rei illud ſibi proſit ad abſolu
toriam obtinendā.Bar.hoc expedit in l.ſi.ff.de exce.Dic:ſi ex
ceptio ſuperuenit ex facto de preterito,illa prodeſt ad abſolutio
nem,vt in iuribus,que.ſ.allegant ad actionē:ꝛ eſt expreſſum in
in.l.cum mihi decem.§.ſi.ff.de ſoluti.Si ſuperuenit ius excipien
di pendente iudicio ex noua cā,ꝛ ſi ſuperueniat facto aduerſarij,
hoc prodeſt,vt pendente iudicio ſuperueniens pſit ad abſoluto
riā.Inſti.de perpe.ꝛ temp.ac.§.ſi.ꝛ.l.uſurā dū ꝛ ad pecunias.de
iureiurān.l.eleganter.§.ſi quis poſt.ff.de condi inde.Si ſuperue
erit mihi exceptio pēdēte lite abſq; facto aduerſarij:ꝛ nō poſſuꝫ il
la vti:vt in aut.vt cū de ap.cog.§.i.ad hoc.l.excuſať.ff de exc.tu.
ſm Pe.ꝛ But.ad hoc al.l.ſi poſt accepti.ff de rei vēd.Sed dicit
Bar.in.d.l.ꝙ quicqd dicat Pe.qñocūq; ſuperueniat exceptio
pendente iudicio,ꝙ illa prodeſt ad obtinendā abſolutionē ff.ſol.
ma.l.rei iudicate.de pig.l.Pau.qui.mo.pig.vel hypo.ſol.Fallit
8 in.l.ij poſt acceptū.ff.de rei vē.ꝛ hoc.q2 odioſa eſt illa exceptio.†
Nunquid aūt notoria exceptio debeat opponi:Dic ꝙ ſic,vt in.c.
9 accedēs.§.vt lite nō conte.ꝛ de ap.in cle.appellanti.†Ex his de
cidiť q̄,quā format Joā.an.in addi.Spe.in ti.de cauſa poſ.ꝛ p
prie.ad ſi.§.nunc dicendum.Si aliquo agente Publiciana.ꝛ p
bante titulū,ꝛ poſſeſſionem ſe antea habuiſſe,ſi poſſeſſori lite j ē.
ſuperueniat titulus,an ille proficiat ad abſolutoriā.Et ꝙ pficiat
ad abſolutoriā,facit.l.ſi duobus.ff.de Publiciana.vbi obtinet
poſſidens habens tī.ſicut actor:q2 in pari cā melior eſt ↄdō poſ
ſidentis.Diſputauit Odof.cōtrariū p.l.cū nemo.C.de acq poſ.
ꝛ quia reus tpe quo cepit habere titulū,erat male fidei poſſeſſor,
cū conteſtata eſſet lis in Publiciana.Itē q2 emptio eſt facta cō
tra legem,ꝛ ſic ceſſat Publiciana.ff.de Publicia.l.cū ſponſus.§.
ſi res.ꝛ res litigioſa,nō pōt alienari:vt per totū hūc ti.ad hoc.ff.
de acqui.poſ.l.qui bona fide.§.ꝙ ſcriptū eſt,ꝛ dicit Jo an.ꝙ hāc
q.etiā diſputauit dñs Phi.de formaginis,qui fuit gener Joan.
an.vt ibi recitat.Hec vero qñ ſuperuenit ius publiciani:ſecus ſi
duobus litigantibus ſuperueniat poſſeſſori dñium ſup re.in qua
pendet iudiciū rei vendicationis,vt q2 emerit a vero domino:q2
ſm Inn.prodeſt reo quo ad hoc,vt ſoluatur.C.ma.l.l.p diuerſas.
quia ꝛ ſi non acquiſiuiſſet,prodeſſet ſibi vt abſolueret.de cā poſ.
cum eccleſia.ad ſi.Et ſatis puto q̄ tūc obtinebit declaratoriā,ꝛ
forte idē ſi pendente Publiciana,q2 hic non eſt in mala fide,qui
emit a vero domino,ꝛ dñiū obſtat Publiciane.l.ſi a Titio.de rei
10 vend.ꝛ.l.ſi a titio.ff.de excep.rei iudi.tradite. ¶ †Quero qñ dica
tur lis pendere quo ad nullitatē priuilegij lit.pen.impetrati.Dicit
Inno.ꝙ forſan ſola citatione facta.vel cā in iudicio pꝓpoſita,li
cet nondum lis ſit conte.nam dum proponitur,cā eſt,de ver.ſign.
forus.ꝛ ſic non ſolū lit.conte.ſed etiam actione ppoſita dicit lis
11 pendere.ſecūdū Hoſt.qui remittit.ſ.c.proxi. ¶ †Quero cū glo.
de cauſa nullitatis huius priuilegij.glo.alle.multas cauſas,inter
ceteras,q2 hoc ius erat effectum litigioſum,ꝛ ſic nō poterat ſuper
eo aliquid impetrari.Gof.nō placet.q2 hoc iꝰ non fuit nullum,
q2 res fuerit litigioſa:q2 in iure incorporali,vt eſt ius decimale,nō
ↄhitur vitiū litigioſi per leges veteres.ff.de litigi.l.ij.ad hoc.in
autentico de litigio.§.i.colla.viij.ꝛ hoc tenuit Azo.in ſum.de liti.
Alij dicūt quod dupliciter contrahiť vitiū litigioſi.Primo per
iura antiqua per lit.conte.Secundo per noua,per ſolā conuentio
nem in actione reali:ꝛ iſto modo non contrahitur.Si agatur p
incorporalibus,vel hypothecaria:ſed bene contrahiť per modū
iuris antiqui.ſ.per litis cōte.vt fiat actio litigioſa.Si ergo aliena
tio cōtingat circa citationē realē,ꝛ ſit actio litigioſa,vel ius p lit.
conteſt.Si agitur de alienatione rei,ad quā cōpetit res:tunc res
nō efficiť litigioſa,niſi de dominio rei ↄtēdať,vl parte,vel quaſi
Ipſa tñ actio nō afficitur niſi per lit.cōte.vt eſt dictū,l3 ergo res
non poſſit vendi,ipſa tamē actio ante lit.conte.poterit cedi.aliud
enim eſt vitiū,quod afficit actionē:aliud,q̄ afficit rem.Si quera
tur de actione perſonali,res,ad quam agitur,nō afficitur,ſed affi
citur actio poſt lit.cōte.C.de litigio.l.ſi.ꝛ ſic intelligit q̄ no.ſ.eo.

ecclesie

eccleſia.in.ij.gl.ſm Jo.And.Bar.in.l.j.ff.de litigi.dr q̄ ſi agit̄
reali,vbi cõtendit̄ de dñio,vel parte dñij per ſolã citationẽ affi
citur res,⁊ acti.C.de liti.aut.litigioſo.⁊ ibi per gloſſ. Si agitur
reali,⁊ non contenditur de dñio,vel parte dñij,ſed de alio iure,
vt hypothecaria,cõfeſſoria,vel negatoria:⁊ nõ afficit̄ res:vt in
aut.de liti.§.ad hec.Ipſa tñ actio afficit̄ litigioſi vitio,ſed de-
mũ per lit.cõte.ar.huius.§.⁊.C.e.l.ij.Et idẽ ſi litiget̄ de poſſeſ-
ſione,ſi agit̄ actione perſonali.Si nõ contendit̄ de re,ſed de ali-
quo opere facto in re,res nunq̄ efficit̄ litigioſa,etiã ſi illa actio
ſit in re ſcripta.ff.de aqua plu.arcẽ.l.q̄q̄.§.iul.⁊ ibi no.Ipſa ve-
ro actio bñ efficit̄ litigioſa.ſed p lit.cõte.vt.l.ij.C.e.ti.Si cõten
dit̄ de ipſa re,ſic afficit̄ res,⁊ actio p lit.cõte.vt.d.l.ij.C.e.ti.Si
vero agit̄ actione mixta,ſi actio eſt vniuerſalis:⁊ olim,⁊ hodie
efficit̄ res litigioſa per ſolã citationem.ff.de peti.here.l.diuus.⁊
fa.ercif.l.alienatiões.Si vero eſt actio particularis,res,⁊ actio
afficit̄ per lit.cõte.l.j.in ſi.C.cõi diui.Per ſolã autẽ denũtiatio-
12 nẽ nõ afficit̄ nec res,nec actio.C.de liti.l.ij.†Si queris autẽ qs
ſit effectus litigioſi.Dic q̄ magnus:⁊ q̄ ſm tẽpora antiqua,ſi
res,vel actio erat affecta,ĩpediebat̄ alienatio:vt.l.alienati Se
cũdo,ille,in quẽ fiebat alienatio,nõ poterat cõtinuare ad p̄ſcri
ptionẽ cõplendã tẽpora ſui authoris.l.j.C.de long.tem.preſcri.
Tertio,q̄ ſi cadebat a poſſeſſione,non poterat illã recuperare,
obſtãte exceptione.ff.de liti.l.j.Hodie vero eſt additũ q̄ cõtra-
ctus ſuper litigioſa re eſt ipſo iure nullus.Item q̄ accedentib⁹
ad cõtractũ imponunt̄ certe pene,que ponunt̄ in.l.ſi.C.e.tit.de
quo in.l.creditores.de pig.Itẽ q̄ ſi ſñia ferat̄ cõtra alienantem
põt exequi cõtra ementẽ:vt.l.ſi.C.de liti.qḋ dic vt in.d.l.credi-
tores.C.de pig.Itẽ põt agi cõtra illũ,qui emit ex vitio litigioſi
cõtractus,vt rem ad priſtinũ ſtatũ reſtituat:vbi ab olim tãtum
põt exequi,vt hic.Et forte poſſet dici qḋ ſentiũt doct.q̄ reme-
diũ illius tituli ſe extenderet ad illũ poſſeſſorẽ,qui ſciẽter rem
emit:ar.de reſti.ſpo.ſepe.alias decre.nõ eſſet ſub cõgruo titulo.
Quas penas intellige habere locũ ſi ſit alienatio lite pendẽte:
nam ſi perẽpta eſt inſtãtia,licet tũc duret vitiũ litigioſi:vt no.
in.l.properandũ.§.⁊ ſiquidem.⁊ no.in.l.ij.iud.ſol.tamen cõtra-
13 ctus valet:vt.d.l.j.C.de preſcri.lon.tem.†An autẽ res litigio-
ſa poſſit obligari:dic q̄ non:vt.l.ſi filius.§.ſi.C.que res pig.obli
gari poſſ,et no.per gloſ.in.l.j.ff.de litigio.⁊ ponit in.l.j.⁊.l.ſi.C.
de litigio.

¶ De ſequeſtra.poſſeſ.⁊ fructuum. Rubrica.

¶ Viſo in titulo precedẽti quõ contumax ſua poſſeſſione pri-
uet̄ propter cõtumaciã,per ſequeſtrationem hoc interdũ cõtin
git,ideo ⁊c.Vel q̄ aliqñ ex cauſa lite.pen.aliqḋ innouat̄ ex ſeq̄-
ſtrationis actu,ideo ⁊c.Materiã ſequeſtrationis vide ſup re-
gula,locupletari.de reg.iu.li.vj.per Jo.Mo.ad materiam.ij.q.
vj.quoties.ij.lxxvij.di.quamuis.⁊ repetitur in Cle.

1 ☞ Sequeſtrari non debet res propter contumaciam rei.
2 Sententia poteſt ſuper eodẽ articulo partim pro vno,⁊ partim
pro alio ferri.
3 Delegatus ſimpliciter ad cauſam,videt̄ commiſſus tam quo
ad proprietatem,quam poſſeſſionem.nu.15.
4 Reſcripti verba vbi ſunt dubia,recurrit̄ ad mentẽ reſcribentis.
5 Abſolute idem eſt dicere,quod indiſtincte.
6 Clauſula,facias pro tuo arbitrio:quomodo intelligitur.
7 Sententiã,que tranſiuit in rem iudicatam,põt papa tractare.
8 Sequeſtri conditio que ſit.
9 Poſſeſſio transfertur in ſequeſtrum per actum ſequeſtri.
10 Sequeſtrari nõ dz poſſeſſio lite pendente propter contumaciã.
11 Ad poſſeſſionem reſtituendam non arctatur eijciens miſſus.
12 Succeſſor temporalis ſicut ſuccedit ſuo predeceſſori in iudicio,
ſic ⁊ temporalis.
13 Poſſeſſionis queſtio iam deciſa reuocari non debet.
14 Sententia condẽnatoria ad expenſas moderatas an dicatur
incerta.
15 Reſcriptum licet ſit iuris ſtricti,quomodo poſſit extendi ad
alias cauſas in reſcripto non expreſſas.
16 Libellus ſuper ſpoliatione,⁊ detentatione,ſeu occupatiõe rei,
quam libellans dicit ad ſe pertinere,an concludat in petitorio,
vel poſſeſſorio.
Verbum Pertinere,eſt latiſſimum.
17 Corã diuerſis iudicib⁹ an quis poſſit pro vna ⁊ eadẽ re trahi.

1 AD hec. ¶ †Propter contumaciã rei res
ab eodẽ petita ſeq̄ſtrari nõ dz.Sũt
due ptes.In prima p̄ceſſus narratio p abbatẽ fa
cta.que continet delegationẽ cauſe,diffinitionem,
poſſeſſorij inchoationem,petitorij exceptionem,
miſſionem,delectionẽ,⁊ interpretationẽ Celeſtini,ſeq̄ſtrationẽ
⁊ declarationẽ p eum factã.Scḋa ibi:Et cũ pape pronũtiatio,
que duo facit.Primo reuocat ſequeſtrationẽ,⁊ rẽ in ſtatũ priſti
2 num.Scḋo iubet expenſas reſtitui,⁊ caueri ¶ †No.j.ſup eodẽ
articulo poſſe ſententiã partim pro vno,partim pro alio p̄mul
gari.¶ Not.ij.iudicẽ datũ ſup pluribus articulis fungi officio
p̄nũtiando ſup vno quo ad illũ tñ,⁊ nõ quo ad alios,⁊ ſepara
tos articulos.Et nota in diuerſis articulis iudicẽ poſſe p ptes
pronũtiare maxime,qñ diuerſis libellis in iudicio deducuntur.
3 ¶ †No.iij.q̄ ſimplici cõmiſſione cauſe vr̄ q̄ ad rẽ cõmiſſa tã cã
p̄prietatis,q̄ poſſeſſionis:⁊ hoc propter cauſe cõtinentiã.Ad
4 qḋ.ſ.de cã poſſe.l.no.e.ti.paſtoralis.C.de iudi.nulli.† Et not.q̄
vbi verba reſcripti ſunt ambigua,ſtandũ eſt declarationi pape
cõcedentis reſcriptũ.Ad hoc de iud.cũ veniſſent.de ſen.ex cõ.
5 inter alia.de ver.ſig.ex pte.† Et no.q̄ verba abſolute p̄lata,ab
ſolute debẽt intelligi.Et not.q̄ idem eſt dicere abſolute,qḋ in-
6 diſtincte,⁊ ſimplr.¶ †No.de ſignificato horũ verborũ,Facias
pro tuo arbitrio:q̄ intelligi videt̄ de arbitrio rectitudinis iuris
nõ regulato.Vide Bart.in extraua.ad repri.⁊ qḋ hr̄ in.l.ſi ſic.
7 ff.de leg.j.¶ †No.pap.i poſſe retractare ſñiam,q̄ tranſiuit in rẽ
iudicatã ad cõmodũ petij.ẽt ſine appellatiõe.Ad q̄.ſ.de dolo.
8 cũ olim ¶ †Nota cõditionem ſequeſtri:q̄ eſt vt poſſeſſio reſti-
9 tuatur ei,qui de proprietate triũphũ obtinet.†Et no.q̄ ſeque-
10 ſtrationis actu transfertur poſſeſſio in ſequeſtrũ.¶ †Nota lite
pendẽte ẽt pp̄ter p̄tumaciã nõ debere poſſeſſionem ſequeſtrari.
11 ¶ †Nota eijcientẽ miſſum nõ arctari ad poſſeſſionẽ reſtituẽdã
dũ tñ ſit parat⁹ cauere de iudicio ſiſti,⁊ ſatiſfacere de expenſis,
12 q̄ debent̄ vſq̄ ad tp̄s cautionis oblate †Circa primum colligit
Jo.an.q̄ ſicut ſucceſſor tp̄alis ſuccedit p̄deceſſori ſuo in iudicio
ff.de ſeruis orationes.§.illud.ſic ⁊ ſpiritualis,vt hic,⁊.ſ.ti.j.c.ſi.
13 q̄ ẽt ſatiſfacere tenet̄ p creditis ipſi⁹.de ſolu.c.j.¶ †Opp.q̄ in
alio malefecerit celeſtin⁹ reuocando,⁊ cõmittẽdo,q̄nẽ poſſeſ-
ſio.iã deciſam.de re iudi.cũ inter.Sol.Dic poſſeſſiõis ⁊ p̄prie
tatis:⁊ pro.i.p̄prietatis.Vel loquit̄ de poſſeſſiõe ſubtracta mo
naſterio p archiep̄m,vt de illa cognoſceret an deberet reſtitui.
Vel dictũ fuit ex ſupabũdãti,vel qḋ ſequit̄,⁊ poſſeſſionẽ,⁊c.ve-
nit expoſitiue.i.poſſeſſionẽ.¶ Opp.q̄ ñ debuerit papa cãm cõ
mittere in ſtatu q̄ erat tp̄e p̄miſſiõis celeſtini:q̄ ñ debuit p̄iudi-
cari abbati iuſte i poſſ.miſſo.Dic q̄ ñ mãdat̄ ſibi reſtitui poſſeſ
ſio:q̄ hic fuerat ab aliqua pte oblata cautio de ſtãdo iudicio:⁊ non
ſtabat per eũ,quo minus ſatiſfaceret de expẽſis.Ad qḋ ſ.eo qui
14 mit.in poſ.cã rei ſeruã.c.ij.⁊ iij.ſm Inno.¶ †Opp.q̄ male p̄dẽ-
nauerit ad expẽſas moderatas:q̄ hec ſñia eſt icerta.Cõtra id.C.
de ſen.q̄ ſine cer.quã.l.j.⁊.ij.Inſt.de act.§.iurare.Scḋo.q̄ cõtra
ius:q̄ p̄denationẽ expenſarũ dz p̄cedere taxatio:vt.l.ſancim⁹
cũ aut.ibi poſita.C.de iudi.Inn.fatet̄ p̄trariũ,⁊ dic it q̄ hic pre-
ceſſit taxatio:⁊ dz intelligi qḋ hic papa mãdabat q̄ agere debe-
bãt.vt.ſ.cõdẽnarẽt in expen.moderatis:⁊ ſic erat mãdatũ pape,
qḋ intelligi dz ſcḋm ius,vt taxatione p̄miſſa ad ſic moderatas cõ
dẽnat expenſas.Hoſt.dicit qḋ ſup expẽ.põt dari ſñia generalis,
⁊ incerta,⁊ nõ ſolum ſuper futuris.ſ.de dolo.cũ dilecti.de p̄cur.
auditis.ſz ẽt ſuper p̄teritis.vt hic.Aduerte vt videamus practi
cã huius cõdẽnatiõis,reperiũtur diuerſe practice.Quidã ſeruãt
vt primo taxẽt.ſecũdo deferãt iuramẽtũ.tertio cõdẽnẽt:⁊ hic or
do iuridicus eſt.de reſti.ſpo.frequens.li.vi.de excep.pia.C.de iud.
aut.poſt iuſiurãdũ.iij.q.iij.qḋ ſieri.Dicit tñ Spe.in ti.de exe.§.vi
ſo.ver.quid ſi reus.in.xviij.col.q̄ hec practica nõ eſt tuta:q̄ ſi iu-
dex anteq̄ ferat ſñiam diffinitiuã faciat taxationẽ,iã patefacit
animũ ſuũ p̄ quẽ iudicare itẽdit p̄ id.C.de fal.l.vbi.Cui aſſentit
Jo.an.in.§.poſtremo.in pri.⁊ ver.vt ſcias.qñ p̄ſona eſſet talis,
q̄ verisĩr ingereret facultatẽ,vel impedimentũ ſñie p̄ferende,ſz
hoc caſu ad periculũ euitãdũ poſſet taxare expẽſas p vtraq̄ p-
te,⁊ poſtea deferre iurm.Scḋa practica eſt,q̄ qdã ſeruãt,q̄ pri
mo deferũt iurm.Scḋo taxãt:tertio p̄dẽnãt.Iſti faciũt p̄ ius:ſz
eu p̄dẽnatio tenet:Vidi p̄ſultũ q̄ ſic:q̄ ſñia ẽ p̄ i⁹ ptis.Poſ-
ſet dici q̄ ſñia ſit nulla:q̄ ex q̄ delatũ ẽ iurm,notoriũ eſt ſibi de
expẽſis nec eſt ibi data ptis moderãdi iurm.Vñ cum iudicet p̄
notoriũ,ex iuſo ſñia redit̄ nulla.Nõ obſtat.l.nã ẽt poſtea.§.⁊ ſi
dãnet.q̄ ibi iudici nõ p̄ſtabat de iuſo.Ad hoc optime facit qḋ
no.gl.ff.de in lit.iurã.l.videam⁹.Tertia practica q̄ fiat condem
natio gñalis tp̄e ſñie ⁊ reſeruet̄ taxatio ſibi,vel ſucceſſori:⁊ hic
dt Hoſt.q̄ vz ſñia,quãtũcunq̄ ſit vaga,⁊ gñalis:⁊ hoc ſiue cõ
dẽnatio fiat ad expẽſas,de futuro,de p̄cu.auditis.de dolo.cũ
dilecti.ſiue de p̄terito,vt hic,⁊.ſ.c.ij.cũ veniſſent.Nõ ob.q̄ ſñia
ſit vaga ⁊ gñalis:vt.l.ij.C.de ſen.q̄ ſine cer.quã.q̄ vt dt Barto.
in.d.l.terminato ſñia põt ſequi gñalis,qñ petitio eſt generalis.
Item q̄ ſñia hec generalis valet in acceſſorijs.de reſti.ſpo.cum
ad ſedẽ.lz cõtra ſenſerit Inn.de lib.obla.c.j.Et hec practica plz
Inn.de dolo.ſinẽ.per.d.l.terminato.C.de fruct.⁊ lit.expen.vbi
plus Bar.tz q̄ valebit cõdẽnatio gñalis,licet non reſeruauerit

